Unc. quatuor; effundantur in modulos et refrigeratum committatur scatulis. — Dispens. Brunsvic. Gelat. cydoniat. Libr. duas semis cum Resin. Jalappae Unc. quatuor in Spir. Vini rectificatissimi Unc. sedecim solutis misceri praescribit.

DIACYDONIUM SIMPLEX GALENI seu Gelatina Cydoniorum SPIELM.
Rec. Cydoniorum, unde lintei ope omne tomentum ablatum fuit, Unc. centum viginti et octo. Scindantur in taleolas et omnia Semina inde auferantur; coquantur ex Aqua, dum emollita fuerint, committantur cum Aqua sacco et valde exprimantur; in liquore expresso dissolvantur Sacchari Unc. sex et nonaginta. Clarificentur aliquot Albuminibus Ovorum; liquor clarificatus leni calore evaporetur, dum aliquot ejus Guttae disco frigido instillatae in modum Gelatinae consistant, tunc committatur ollis, non nisi Gelatina refrigerata operiendis. (V. etiam Conserva, Miva et Panis.)

DIAGRYDIUM v. Diacrydium.

DIAMORON CUM MELLE v. Syrupus Rubi fruticosi.

DIANUCUM Ph. August. — Fit Succi Cort. Nuc. Jugl. virid. rec. cum dimidia Mellis Parte ad justam consistentiam coquendo.

DIAPHORETICUM JOVIALE est Antihecticum POTERII (p. 36.).

DIAPHORETICUM MARTIALE est Antimonium diaphoreticum et Bezoardicum martiale (p. 31 et 129.).

DIASATYRIUM v. Electuarium.

DIASCORDIUM v. Electuarium et Tinctura.

DIATESSARON v. Electuarium.

DIASTASIS. Diaſtaſe. *Diastase.* — Hoc nomine Substantia quaedam intelligitur novissimis temporibus prope germen Cerealium detecta; quae macerando Hordeum germinatum Aqua frigida, exprimendo et calefaciendo liquorem filtratum ad 56° R. usque, iterum filtrando et praecipitando Diastasin Alcoholis Vini ope obtinetur. — Pulvis albus et insipidus, Dextrino similis, praecipue facultate Amylum in Dextrinum immutandi insignis. — Qua de causa eo adhiberi potest. (V. Dextrinum.)

DIGESTIVUM ACRE PLENCKII. — Miscella est Unguenti digestivi Unc. unius et Pulveris caustici Drachmae unius.

DIGESTIVUM LIQUEFACTUM PLENCKII.
Rec. Terebinth. clarae Unc. duas, Vitelli Ovor. Unc. unam. Subactis admisce Mellis communis Unc. duas, Spirit. Vini Unc. sex, Aq. font. Unc. quatuor. Calefactum et probe mistum injiciatur. (V. etiam Balsamum Arcaei liquefactum p. 110.).

DIGESTIVUM SICCUM PLENCKII = Colophonium pulveratum.

†DIGITALINUM. Fingerhutbitter. *Digitaline.* — Simili forsitan modo atque Cornium (p. 205.) tractando Herbam Digitalis obtinetur. — Principium medicatum Digitalis hucusque in statu purissimo nondum recognitum, quod magis investigetur meretur et medicorum attentione summopere dignum est.

DRACO MITIGATUS = Calomel (p. 146.).

DRAGEAE KEYSERI et VERMIFUGAE v. Pilulae et Trochisci. — De reliquis v. Tragea.

DRAUGHT COMMON BLACK v. Potio purgans.

DRINK, YOUNG's PURGING v. Aqua laxans (p. 73.).

DROGUE AMÈRE Ph. anticholer.
Rec. Aloës Succotr. Libr. unam, Gumm. Myrrh., Mastich., Benzoës, Rad. Columb., Croci Anglic., Rad. Gentian. āā Unc. quatuor, Spir. Vini Libr. triginta sex, Spir. Juniper. Libr. duodecim. Macera per 40 dies et filtra. — Angli hoc nomine Tincturam intelligunt ex Justicia paniculata aliisque ingredientibus amaris cum Spiritu Vini paratam.

DROPS v. Guttae.

DROPAX ANTIPARALYTICUM v. Emplastrum piperitum.

DROPAX SIMPLEX. — Fit liquando Picis navalis cum quarta circiter Parte Olei cujusdam pingui leni calore et extendendo supra linteum. Applicatur adhuc calescens. (Alias pristinas formulas praetereamus.)

EAU D'ANGE DISTILLÉE GRAY. — Fit *destillando l. a. Benzoës Unc. duas, Storacis* Unc. unam, Cinnamomi Drachm. unam, Caryophyllorum Drachm. duas, Rad. Calami Frustum et Sem. Coriandr. integri paullulum cum Aquae Octariis duobus. — EAU D'ANGE DISTILLÉE ET MUSQUÉE GRAY similis est compositio, addita Moschi Folliculi Drachm. una. (V. etiam Aqua Angelica p. 43.)

EAU DE BOUQUET, DE HUSSON, JAVELLE, DE LUCE, DE MILLE FLEURS, SANS PAREILLE cet. v. quaeque Aquae.

EAU DE CREOLE. — Fit destillando Spiritum Vini supra Flores Mammeae Americanae.

EAU DE MARECHAL. — Miscella est ex Moschi Granis viginti, Ol. Bergamottae, Lavend., Caryophyllor. āā Unc. una, Essent. Ambrae gris. Unc. duabus, Ol. Sassafras Guttis quindecim, Ol. Origani Guttis viginti et Spiritus Vini rectif. Octariis quatuor. — GRAY praeterea Ess. Violar. Unc. unam, Bergamottae, Caryophyll. āā Drachm. duas et Aquae Naphae Unc. octo, absque Moscho, addi praescribit. Praecepta inconcinna et dubia.

EBUR USTUM ALBUM seu Spodium et NIGRUM PRAEPARATUM. — Pari modo atque Cornu Cervi praeparatum parantur, quocum uti et cum Carbone Ossium omnino congruunt.

ECLEGMA v. Linctus et Looch.

**ELAEOSACCHARA** seu Oleosacchara. Oelzucker. *Oleo-Saccharums* ou *Sucres huilés.* — Parantur plerumque triturando Saccharum albissimum cum Quantitate definita Olei cujusdam aetherei, donec intime mixta sint, et pul-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0275-9
DFG

verem subtilem aequabilem exhibeant. — Huiusmodi Elaeosacchara semper, si praescribuntur, ex tempore sunt paranda, quia tempore facile corrumpuntur. — Sic conficitur

ELAEOSACCHARUM ABSINTHII, Wermuth-Oelzucker, *Oleosaccharum d'Absinthe*, — terendo Sacchari Unc. unam cum Ol. Absinthii aetherei Guttis sedecim. — Eadem ratione paratur

ELAEOSACCHARUM ANISI. Anis-Oelzucker. *Oleosaccharum d'Anis.* — Ph. Argent., Disp. Brunsvic., Ph. Palat. et Wirtemb. formulae cum hac congruunt. — Ph. Borussic., Danica ed. prior., Hannov., Oldenb., Polonica et Slesvico-Holsat. ad Unc. unam Sacchari viginti quatuor Guttas Olei praescribunt. et rationem hanc in omnibus reliquis Elaeosaccharis observant. — Ph. Augustana, Austriaca, Helvet., Disp. Ratisb. cet. Grana viginti Olei sumi jubent et sic in ceteris. — Ph. Danica nova et Gallica octo tantummodo Guttas Olei ad Unc. unam Sacchari praescribunt, et sic in omnibus reliquis. — Ph. Bavarica ad unam Olei Partem undeviginti Sacchari Partes sumi jubet et sic in reliquis quoque Elaeosaccharis. — Ph. Suecica ad unam Sacchari Unc. quindecim Ol. aeth. Guttas praescribit; — Spielmannus decem Guttas.

ELAEOSACCHARUM AURANTIORUM. Pomeranzen-Oelzucker. *Oleosaccharum d'Orange.* — Paratur etiam, desiderante medico, ut Elaeosaccharum Citri, deterendo epidermidem Aurantiorum cum Saccharo (v. infra.).

ELAEOSACCHARUM CAJEPUTI — pariter atque Elaeosaccharum Anisi paratur. — Uti et

ELAEOSACCHARUM CALAMI, Kalmus-Oelzucker, *Oleosaccharum de Calamus aromatique.*

ELAEOSACCHARUM CARDIACUM Ph. Helvet. – Fit miscendo Sacch. alb. Candi Unc. unam cum Ol. Cinnamomi Guttis viginti et Conf. Alkermes compl. Drachm. una.

ELAEOSACCHARUM CARVI, Kümmel-Oelzucker, *Oleosaccharum de Carvi.* — Uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM CARYOPHYLLORUM. Nelken-Oelzucker. *Oleosaccharum de Girofles.* — Paratur terendo Olei Caryophyllorum Guttas octo cum Sacchari Unc. una. — Ph. Hass. El. duodecim Guttas Ol. ad Unc. unam Sacchari praescribit. — Ph. Austriaca, Borussica et reliquae uti Elaeosaccharum Anisi parari jubent.

ELAEOSACCHARUM CEPHALICUM Ph. Helvet. — Fit miscendo Sacchari Candi albi Unc. unam cum Ambrae gris Scrup. uno, Moschi opt. Scrup. semis, Ol. Caryophyll. et Cinnamomi āā Guttis decem.

ELAEOSACCHARUM CHAMOMILLAE. Kamillen-Oelzucker. *Oleosaccharum de Chamomilles.* — Uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM CINNAMOMI. Zimmt-Oelzucker. *Oleosaccharum de Cannelle.* — Ex Oleo Cinnamomi Ceylanici et Saccharo uti Elaeosaccharum Caryophyllorum paratur. — Ph. Hass. El. pariter atque Elaeosaccharum Caryophyllorum sec. suam formulam et quidem et ELAEOSACCHAR. CINNAMOMI INDICI (Cassiae cinnamomeae) et CEYLANICI (acuti) parari praescribit. — Ph. Austr. Grana viginti quatuor Ol. Cinnamomi Indici, — Ph. Boruss., Oldenburg. et Slesvico-Holsat. totidem Guttas praescribunt. — Ph. Hannov. pariter, sed Ol. Cinnam. Ceylanici sumi jubet. — Ph. Argentorat. duas tantummodo Olei Guttas ad Unc. unam Sacchari praescribit. — Reliquae Pharmacopoeae, uti Elaeosaccharum Anisi parari suadent. (V. etiam Pulvis cordialis.)

## ELAEOSACCHARUM CITRI. Citronen-Zucker. *Sucre d'Ecorce de Citron.*

*Synon.:* Elaeosaccharum Corticum seu Flavedinis Citri recentium. Citronenſchalen-Zucker.

Rec. Citrea grandia, turgida, odoratissima, quantum vis.

Atterantur Sacchari frustis, cultri ope saepius partes Sacchari imbutas abradendo, donec tota epidermis cum particulis oleosis defricata sit, ita ut ex quolibet Citreo tres Elaeosacchari Unciae obtineantur; denique omnia in pulverem aequabilem terendo redigenda et Elaeosaccharum rite paratum in vasis bene clausis asservandum. — Pulvis flavescens, humidiusculus, odore gratissimo citreo, uti et sapore, simul dulci. — *Vis:* Corticis.

Elaeosaccharum parum aromaticum vel odore et sapore ingrato alieno rejiciatur.

*Usus:* In pulvere et solutione; ad parandam Limonadam cet. inservit.

Plures Pharmacop., ut Austriaca,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0276-5
DFG

Gallica, Hannoverana, Palatina, Slesvico-Holsatica, Wirtemb. cet. praescribunt non nisi Citrea cum Sacchari frustis atteri, donec Saccharum satis impraegnatum sit, quod cultri ope abrasum in pulverem terendum. — Ph. Bavaric. et Hass. El. formula cum nostra congruit. — Ph. Boruss. nova, et Danica ex Oleo aethereo et Saccharo uti Elaeosaccharum Anisi parari jubent.

ELAEOSACCHARUM CROTONIS seu Granorum Tiglii Ph. Batav. — Fit triturando Olei Crotonis Guttam unam cum Elaeosacchari Cinnamomi Drachm. una. — HUFELANDIUS Ol. Crotonis Guttam unam cum Sacchari albi Drachmis duabus misceri praescribit.

ELAEOSACCHARUM ERRHINUM Ph. Helvet.

Rec. Sacchari albi Drachm. unam, Elaterii Grana quinque, Ol. dest. Majoranae et Ligni Rhodii āā Guttas duas. Misce exactissime. (V. etiam Pulvis sternutatorius albus.)

**ELAEOSACCHARUM FOENICULI.** Fenchel=Oelzucker. *Oleosaccharum de Fenouil.* — Uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM JUNIPERI. Wachholderbeeren=Oelzucker. *Oleosaccharum de Genièvre*, — pari modo paratur, — non minus

ELAEOSACCHARUM MACIDIS.

**ELAEOSACCHARUM MENTHAE CRISPAE et MENTHAE PIPERITAE.** Krauſemünze= und Pfeffermünze=Oelzucker. *Oleosaccharum de Menthe crêpue et poivrée.* — Uti Elaeosaccharum Caryophyllorum parantur. — Pleraeque Pharmacopoeae uti Elaeosaccharum Anisi secundum ipsarum formulas parari jubent.

ELAEOSACCHARUM MYRRHAE v. Saccharum.

ELAEOSACCHARUM SALVIAE uti Elaeosaccharum Anisi paratur.

ELAEOSACCHARUM SASSAFRAS uti Elaeosaccharum Caryophyllorum paratur. — Ph. Batav. ad Sacchari Drachm. tres decem Olei Guttas sumi proponit. — GRAY Sacchari albi et Magnesiae albae āā Unc. unam cum Ol. Sassafras Guttis sedecim misceri praescribit.

ELAEOSACCHARUM SPERMATIS CETI Ph. Helvet.

Rec. Spermat. Ceti rec. Unc. semis, Rad. Irid. flor. Drachm. duas, Sacchari albi Unc. duas. M.; f. Pulv. subtilissimus.

ELAEOSACCHARUM SUCCINI. — Ex Oleo purissimo rectificato et Saccharo uti Elaeosaccharum Anisi paratur. — Pariter paratur

ELAEOSACCHARUM TEREBINTHINAE. (V. etiam Pulvis terebinthinatus.)

**ELAEOSACCHARUM VALERIANAE.** Baldrian=Oelzucker. *Oleosaccharum de Valeriane.* — Pariter atque Elaeosaccharum Anisi paratur.

Reliqua Elaeosacchara ex Oleis aethereis, si desiderantur, simili modo parantur. Simul natura Olei aetherei consideranda, ita quidem Olei cujusdam peracris minus quam Olei mitioris sumatur. Melius autem semper erit, medicum ipsum Olei aetherei et Sacchari quantitatem definite praescribere.

**ELAEOSACCHARUM VANIGLIAE** sec. Taxam milit. Badens. — Fit terendo Vanigliae minutim concisae Drachm. semis cum Sacchari albi Unc. una, donec optime mixta sint.

†ELATERINUM. Elaterin, Eſelskürbis=Bitter. *Elaterine.* — Obtinetur contundendo et exprimendo Cucumeres asininos fere maturos, evaporando succum expressum in balneo Mariae ad Extracti consistentiam, tractando hoc extractum Spiritu Vini rectificatissimo (0,825 p. sp.), abstrahendo Spiritum ex solutione clara et infundendo residuum, adhuc calens, in Aquam destillatam bullientem. Inter refrigerationem Elaterinum deponitur, quod primum Aqua, deinde Naphtha Vitrioli lavandum. — Prismata exhibet tenuissima, alba, sericea, vel pulverem crystallinum album; primum fere insipidum, post subacre, insolubile in aqua, facile solutu in spiritu vini; solutio neutralis sapore amarissimo gaudet, in aethere minus est solubile, solvitur etiam in oleis, praecipue *adjuvante calore; in oleo vitrioli cum colore sanguineo solvitur; leni calore liquefit*, calore auctiore partim sublimatur, partim destruitur. — *Part. const.* (?) — *Vis:* maxime drastica et emetica, in exiguis dosibus; Grani pars sedecima ad duodecimam partem jam sufficit; in majori dosi facile toxica, unde summa cum circumspectione administrandum!

†ELATERIUM seu Extractum Cucumeris asinini sive Elaterii, Succus spissatus Momordicae Elaterii, Inspissamentum Cucumeris agrestis. Eingedickter Eſelskürbis=Saft oder Extract. *Extrait de Concombre sauvage.* — Est succus inspissatus seu Extractum methodo uti supra in parando Elaterio edoctum, obtentum. Hoc praeparatum etiam ELATERIUM NIGRUM appellatur. — Extractum exhibet virescente-fuscum, massae pilularis consistentia, sapore amarissimo. — ELATERIUM ALBUM autem est succus in decerptione Fructuum sponte ejaculatus, qui cribri ope a seminibus separatur et aëre libero, calore non adhibito, exsiccatur. — Massam exhibet subhyalinam albido-griseam, sapore plus acri et minus amaro, quam praecedentis. — Ambo *Vi* summopere drastica sunt praedita, quam Elaterino debent, et pariter in parva dosi caute sunt adhibenda!

ELECTRICITAS, MATERIA ELECTRICA. Electricität, electriſche Materie. *Electricité.* — Vis nota, apparatu idoneo provocanda, ut medicamentum efficacissimum in casibus convenientibus permagni est momenti! — Machina ad provocandam Electricitatem communem cum requisitis necessariis in officinis plerumque non invenitur; medicum ipsum possidere, conducat, cui etiam applicandi modus plane relinquendus. (V. etiam Pila Galvanica.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0277-1
DFG

ELECTUARIUM ABSORBENS ET APERIENS MITCHILL.

Rec. Salis Sodae dep., Carbon. vegetab. āā Drachm. unam, Elect. lenitiv. Unc. duas. M.

ELECTUARIUM ABSORBENS ET APERIENS SELLE.

Rec. Electuar. e Senna, Pulp. Cass., Tamarind. āā Unc. unam, Tart. dep. Drachm. duas, Rad. Jalapp. Scrup. duos ad Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant., Cinnam. āā Drachm. duas. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM ABSORBENS ET APERIENS SUNDELIN.

Rec. Tart. natron. Unc. unam, Kali nitric. Drachm. unam ad duas, Pulp. Tamarind. Unc. unam semis, Oxym. simpl. q. s. Fiat Electuarium.

ELECTUARIUM ABSORBENS ET LAXANS WEIKARD.

Rec. *Rad. Jalapp. Drachm. unam*, Tart. dep. Drachm. tres, Succi Sambuci insp. Unc. duas. M.; f. Electuar.

ELECTUARIUM ACIDUM FULLERI. Fuller's ſaure Latwerge. *Electuaire acide de* FULLER.

Rec. Conservae Acetosellae Unc. unam semis, Rosar. rubrar., Cynosbati āā Unc. unam, Syr. Violar. Unc. semis, Ol. Vitrioli q. s. ad gratum saporem acidum. — LEWIS Conservae Acetosellae Unc. unam, Pulp. Tamar. Unc. semis, Spir. Vitrioli q. s. ad gratum saporem acidum et s. q. Syr. Citri praescribit. — *Ph. Hamb. p. p.* ed. prim. Pulv. subtiliss. Chinae el. Unc. unam cum Spirit. Vitrioli Drachm. tribus irrorari et Mell. desp. Unc. quatuor addi praescribit.

ELECTUARIUM DE ACORO, DIACORI seu Pseudacori Ph. Wirtemb. cet. Acorus- oder Waſſer-Schwertellatwerge, Magenlatwerge. *Electuaire Diacore.*

Rec. Rad. Pseudacori recentium, mediante instrumento culinari, quod scabinam (Reibeiſen) vocant, in rasuram redactarum, Unc. sex. Coque in vase figulino, addita Vini rubri Libr. una, ad remanentiam Unc. decem, adde Sacchari albi Unc. triginta, Rad. Calami aromatici conditarum et minutim concisarum, Zinziberis, in India conditi et minutim incisi, āā Unc. quatuor, Cort. Aurantiorum condit., Cort. Citri condit. āā Unc. unam semis. Cardamomi min., Nuc. Moschat., Piper. longi āā Drachm. tres, Caryophyll. arom. Drachm. quinque, Cinnam. acuti Unc. unam, Conservae Rosar. Libr. unam. M.; f. Electuarium. (Alias pristinas formulas similes praetereamus.)

ELECTUARIUM ADSTRINGENS BALLY.

Rec. El. Theriacae et Diascordii āā Unc. unam, Aq. Angelicae, Valerian. et Menthae āā Drachm. unam, Gummi Tragac. Drachm. semis, Syr. Chinii sulphurici q. s., ut f. Electuarium.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS BARTHEZ. sec. RICHARD.

Rec. Conserv. Rosar. rubr. Unc. quatuor, Syr. Bals. Tolutan. Unc. unam, Syr. Diacod. Drachm. duas. M.; f. Electuarium.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS BORIES. — Miscella est Bals. Locatell., Conserv. Rosar., Theriacae et Sem. 4 frigid. maj. āā Unc. unius.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS BRERA.

Rec. Chinae gris. pulv. Unc. unam, Bals. Tolut., Catechu āā Drachm. unam, Syr. e Rosis siccis q. s. M.; f. Elect. in 10 Partes aequal. dividendum, duabus vel tribus vel etiam quatuor vicibus quoque die sumendas.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS DUHAUMI.

Rec. Aluminis Drachm. duas, Sang. Dracon., Extr. Chinae āā Drachm. unam, Cons. Rosar. rubr. Unc. semis, Syr. Corallini q. s., ut f. Elect. — ST. MARIE Alum. Drachm. unam, Catechu et Extr. Chinae āā Drachm. duas, Cons. Rosar. rubr. Drachm. sex et Syr. Corall., Granat., Cydon. aut Consolid. maj. q. s. sumi praescribit.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS FULLERI, *Confectio Rosarum rubrarum adstringens Ph. Hispan.*

Rec. Conserv. Rosar. rubrar. Unc. duas, Electuar. Diascordii Unc. semis, Boli rubrae Drachm. duas, Sang. Dracon. Drachm. unam semis, Flor. Balaust. Drachm. semis, Ol. Nucist. dest. et Cinnamomi āā Guttas duas, Syr. e Rosis siccis Unc. unam. M. — BORIES, PIERQUIN et ST. MARIE Conserv. Rosar. rubr. Unc. quatuor, Nitri Drachm. unam, Syr. Diacodii Unc. unam et Aq. Naphae Drachm. duas misceri proponunt.—In alia formula ST. MARIE Syr. Granati Drachm. duas Aquae Naphae loco et Nitri Scrup. duos praescribit, ceterum ut praecedens. — *Ph. castrens. Lusit.* Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas et Nitri *dep.* Scrup. unum misceri jubet. (V. et Elect. Peruvianum adstringens.)

ELECTUARIUM seu OPIATUM ADSTRINGENS RICHARD.

Rec. Extr. Ratanh. Drachm. semis, Pulv. Catechu Scrup. unum, Syr. Diacod. Drachm. duas, Conserv. Rosar. rubr. Unc. quatuor. M.; f. Elect. (V. etiam Opiata.)

ELECTUARIUM ADSTRINGENS ST. MARIE.

Rec. Chinae pulv., Theriacae āā Unc. unam, Limat. Martis alcoh. Drachm. duas, Syr. Catechu vel Croci q. s. — Alia formula: Rec. Pulv. Rad. Lopez Drachm. duas, Conserv. Rosar. et Cynosbati āā Unc. duas, Syr. Gummi Arab. q. s., ut f. Elect. (V. etiam Opiata.)

ELECTUARIUM ADSTRINGENS SAUNDERS.

Rec. Vitrioli coerulei Grana viginti, Opii puri Gran. unum, Boli Armenae et Catechu āā Drachm. unam semis. Syr. Myrtillor. q. s., ut f. Elect. — Aliud: Rec. Elect. Diascordii, Sang. Dracon. āā Drachm. sex, Alumin., Catechu, Cinnamomi āā Drachm. duas, Syr. simpl. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS SWEDIAUR.

Rec. Kino Drachm. sex, Aluminis, Cinnamomi āā Drachm. duas, Syr. simpl. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ADSTRINGENS ET TONICUM RICHARD cum Elect. adstring. ST. MARIE prior. formul. congruit, nisi quod Syr. Catechu vel Croci loco Syr. Consol. maj. sumitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0278-7
DFG

ELECTUARIUM ALBUM BATE.
Rec. Ceruss. Antimon. Unc. quatuor, Sacchari albiss. Unc. duodecim, Syr. Rad. Eryngii Unc. quatuor vel q. s., ut f. Elect. albissimum.

ELECTUARIUM ALCALINO-FERRATUM SWEDIAUR.
Rec. Aethiopis martialis Unc. semis, Salis Tartari Scrup. duos, Calcariae carbonic., Rad. Zinziber. āā Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ALEXIPHARMACUM PETRI DE SP. F. f.
Rec. Rad. Dictamni, Caryophyllat., Cyperi rot., Flor. Rosar., Hb. Rutae, Masticbes āā Unc. unam semis, Spic. Indic. Unc. unam, Rad. Asari, Bacc. Junip. et Lauri, Boli Armen., Pulv. liberant. āā Drachm. sex, Cinnamomi, Croci āā Unc. semis, Hb. Dictamni Cretici, Rad. *Ireos* flor. āā Drachm. tres, Agarici trochisc., Myrrhae āā Drachm. duas. Cont. omnia subtiliss., postea Rec. Caric. ping. Unc. novem, Nuc. Jugl. Unc. tres. Contundantur simul additoque modico Vini, trajiciantur per cribrum ad pultis consistentiam, deinde Rec. Sacchari opt. Libr. duas et Unc. novem, Mell. desp. Libr. tres. Coquantur simul in s. q. Aquae ad Elect. consist., tunc dilue Pulpam Ficuum et Nucum, Conserv. Rosar. rubr. liquid. Libr. unam semis, Theriacae ANDROMACHI Unc. novem, Succi Absinthii *insp.* Unc. *unam semis; deinde misceantur pulveres, in fine adde* Ambrae gris. Drachm. unam, Moschi Scrup. unum. F. s. a. Elect.

ELECTUARIUM ALEXITERIUM BOERHAAVII. — Miscella est Pulv. R. Contrajerv. et Serpentar. āā Drachm. unius cum Confect. Zinzib. Drachm. sex, Alkermes Drachm. una et s. q. Syr. Cort. Aurant.

ELECTUARIUM ALEXITERIUM CAMPHORATUM HOFFMANNI. — Similis est compositio atque Electuarium alexipharmacum; praeter talem ingredientium farraginem etiam Camphoram continet.

ELECTUARIUM ALKERMES Ph. August. cum Confectione Alkermes completa (p. 196.) congruit.

ELECTUARIUM DE ALOË, MURIATE HYDRARGYRI ET FERRI v. Electuarium mesentericum.

ELECTUARIUM DE ALLIO MANGETI.
Rec. Digitos Allii rec. Nro. quatuor; frixis et cont. cum Melle et Mithridatii Drachm. duabus semis adde Sperm. Ceti, Bacc. Junip. āā Scrup. unum, Castorei Scrup. duos, Hb. Parietar. Scrup. unum, et Oxym. squillit. s. q.

ELECTUARIUM ALOËS COMPOSITUM v. Electuarium Hierae picrae.

ELECTUARIUM ALTERANS SAUNDERS et SWEDIAUR.
Rec. Aethiop. miner., Resin. Guajaci āā Unc. semis, Pulp. Prunor. Unc. unam, Syr. simpl. q. s., ut f. Elect. — LEWIS Resin. Guajaci Drachm. duas, Antim. crudi ppt. Drachm. tres, Ol. Sassapar. Gutt. sex, Conserv. Rosar. rubr. Unc. unam semis et s. q. Syr. balsamici praescribit.

ELECTUARIUM AMARUM MAGISTRALE MAJUS Ph. Londin. prist.
Rec. Agarici albiss., Rad. Turpethi el., Spec. Hierae picrae *simpl.*, Rad. Rhabarb. opt. āā Drachm. unam, Aloës el. Drachm. duas, Rad. Zinzib., Crem. Tartari āā Scrup. duos, Rad. Irid. flor., Farin. Sem. Foenic. dulc. āā Scrup. unum, Syr. rosat. solut. q. s., ut f. Elect. (Alias similes formulas praetereamus.)

ELECTUARIUM AMBROSIAE seu Ambrousia Ph. Persic.
Rec. Sem. Cumini nigri, Dauci, Xylobalsami, Cass. lign., Cardamomi, Flor. Schoenanthi, Sem. Apii āā Drachm. unam, Costi, Pip. albi et longi āā Drachm. semis, Myrrhae el. Drachm. tres, Bacc. Lauri Nro. decem, Rad. Acori et Croci āā Drachm. duas. F. cum s. q. Mellis Elect.

ELECTUARIUM AMMONII PYRO-OLEOSI WOLLKOPF. — Fit miscendo Sal. Corn. Cervi Drachm. duas et R. Valerian. Unc. unam cum Syr. simpl. Unc. tribus.

ELECTUARIUM ANACARDINUM MESUES v. Confectio (p. 196.).

ELECTUARIUM ANALEPTICUM FULLERI. Fuller's stärkende Latwerge. *Electuaire analeptique de* FULLER.
Rec. Chocolad. pulv., Amygd. excort., Sacchari albi et Butyri rec. āā Unc. semis. *Pinsendo omnia bene misceantur, tunc addantur Conservae Rosar. Unc. una semis*, Succi Granorum Kermes Unc. semis, Opobalsami Scrup. duo, Syrupi balsamici Unc. duae. M. — Aliud ex Chocoladae Unc. duabus, Succi Gran. Kermes Unc. semis, Ambrae griseae, Saccharo tritae, Gran. octo, Ol. Cinnamomi Gutta una, Ol. Nucist. dest. Guttis duabus et Syr. balsamici Unc. duabus constat.

ELECTUARIUM ANODYNUM (vel potius AROMATICUM) Ph. Austr., Theriacae ANDROMACHI (?) loco.
Rec. Pulv. Hb. Absinthii, Menthae pip., Salviae, Saturejae, Serpylli āā Unc. unam, Rad. Angelic., Serpent. Virg., Zinziber. āā Unc. semis, Cinnamomi, Caryophyllor., Nuc. Moschat. āā Drachm. duas, Mell. desp. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANODYNUM PRO INFANTIBUS seu antacidum Disp. Brunsvic.
Rec. Magnes. alb. Unc. unam, Pulv. Sem. Anisi Unc. semis, Syr. Cichorii cum Rheo Unc. tres. M., f. l. a. Electuarium. (V. etiam Electuarium pro Infantibus, mitigativum, Mithridaticum et Requies NICOLAI.)

ELECTUARIUM ANT-ARTHRITICUM Ph. Hamb. p. p. ed. II. — Ex Pulv. Hb. Sabinae Drachm. una, Rad. Calami arom. Drachm. duabus et Mellis desp. Unc. duabus constat. (V. Electuarium antiarthriticum.)

ELECTUARIUM ANT-EPIDEMICUM GODDARDI. — In capite rei cum Electuario opiato sive theriacali minus composito congruit.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM BLOCH.
Rec. Stanni limati Unc. unam, Pulv. R. Jalapp. Scrup. duos, Mellis dep. Unc. tres. M.; f. Elect.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0279-5
DFG

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM BORIES, PIERQUIN.

Rec. Vitrioli Martis fact., Helminthochorti āā Drachm. duas, Rad. Valer. silv. et Paeoniae āā Unc. semis, Fol. Aurant. Drachm. quinque, Aloës Drachm. unam, Syr. Paeoniae q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Ph. Francof. p. p. — Miscella est ex Rad. Jalappae, Valer. opt. et Sem. Tanaceti āā Drachm. una et Oxym. squillit. Unc. tribus.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM sec. P. FRANK.

Rec. Sem. Santon. Drachm. unam, Rad. Jalapp. Drachm. semis, Vitrioli Martis fact. Gran. duodecim. M.; f. pulv. Divide in sex part. aequales cum Melle in Elect. redigendas.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Disp. Fuldens. et Ph. Rossicae.

Rec. Pulv. Rad. Jalapp., Valerian. silv. et Arcani dupl. āā Drachm. unam, Oxym. squillit. Unc. tres. M.; f. Elect. — CADET, Ph. Gallic. ed. FEE, RATIER et HENRY Arcani dupl. loco Cremor. Tartari praescribunt, ceterum cum hac formula congruunt.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM FERRARINI. — Ex Sem. Cinae Drachm. duabus, Rad. Jalappae Drachm. una, Calomel. Gran. duodecim et s. q. Syr. Cinnamomi constat. — TADDEI formula cum hac congruit (V. etiam Electuarium anthelminticum VOGLERI.)

*ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM* Ph. Hamb. p. p. ed. II. — Ex Pulv. Rad. Valer., Sem. Cinae āā Drachm. duabus, Rad. Jalappae Scrup. duobus et Mellis Liquir. Unc. tribus constat.

## ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Ph. Hannoveranae.

Rec. Pulv. Rad. Valer., Filicis Maris opt. virescentis, Sem. Cinae āā Drachm. tres, Mellis communis q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM HEISTERI.

Rec. Mercurii vivi Unc. semis. Probe teratur cum Gummi Arabici Unc. una, affundendo paullatim Aquam fontanam, usque dum Mucilago surrexerit, in qua nulli ulterius Mercurii globuli appareant, tunc addantur Chinae tenuissime pulv. Unc. una, Syr. Menthae q. s. ad consist. Electuarii mollis.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM HUFELANDI Ph. p.

Rec. Pulv. Rad. Valer. Drachm. unam semis, Jalapp. Drachm. unam, Sem. Cinae Unc. semis, Tart. tartaris. Drachm. duas, Oxym. squillit. Drachm. sex, Syr. commun. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM JAHN.

Rec. Aethiop. antim. Drachm. unam, Sem. Santon., Rad. Jalapp. āā Unc. semis, Oxym. squill. q. s., ut f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM seu vermifugum Disp. Lippiaci. — Ex Pulveris anthelmintici et Rad. Valer. āā Drachm. duabus, Oxym. squillit. Unc. una et Syr. Allii Unc. tribus constat. — Ph. Lusit. ed. PINTO Pulv. anthelmintici Drachm. semis et Syr. Cichor. comp. q. s. praescribit.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM MARCUS.

Rec. Pulv. Sem. Cinae, Rad. Jalapp., Valer., Kali sulphuric. āā Drachm. duas, Oxym. scillit. q. s., ut f. Electuarium. (V. etiam Electuarium Seminis Santonici.)

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM MATHIEUI. — Ex Limat. Stanni Angl. Unc. una, Pulv. Rad. Filicis Maris Drachm. sex, Sem. Cinae Unc. semis, Rad. Jalapp., Salis polychresti āā Drachm. una et Mell. commun. q. s. constat. — Aliud ex Pulv. Rad. Jalappae, Sal. polychresti āā Scrup. duobus, Scammon. Halepp. Scrup. uno, Guttae Granis decem et s. q. Mellis commun. constat. — PARIS Limat. Stanni Unc. tres cum Conservae Rosar. rubr. Unc. semis et s. q. Syrupi misceri praescribit.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM ROBORANS Ph. Hamb. p. p. ed. I.

Rec. Mercurii vivi Drachm. unam. Cum Gummi Arabici Scrup. duobus bene tritis, adde Pulv. Chinae fusc. opt. Unc. semis, Rad. Rhabarb. el. Drachm. semis, Mellis desp. Unc. tres.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM SCHUBARTH.

Rec. Pulv. Sem. Santonic. Unc. semis, Pulv. Rad. Valer. min. Drachm. duas, Pulv. Rad. Jalapp. Scrup. duos, Syr. Cort. Aur. q. s. M.; f. *Electuarium molle.*

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM ROSENSTEINII et SELLII seu Seminis Santonici AUGUSTIN.

Rec. Sem. Cinae Drachm. unam, Aethiopis miner. Drachm. duas, Syr. Rhei q. s., ut f. Elect. — Vel: Rec. Vitrioli Martis fact., Extr. Chinae āā Scrup. unum, Sem. Cinae Drachm. unam, Syr. Cinnam. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM STÖRCKII sec. Ph. Batav. ex Sal. polychrest., Rad. Jalappae et Valer. sylv. āā Drachm. una et Oxym. squillit. Unc. quatuor constat. (Conf. Electuar. anthelmint. Disp. Fuldens.) — Ph. Hamburg. p. p. ed. I. hoc nomine Pulv. Rad. Jalappae, Valerian. et Sal. Ammoniaci āā Drachm. unam cum Oxym. squillit. Unc. tribus misceri praescribit. — Ph. Hannov., Codex Hamburg. et Ph. Slesv.-Hols. Sem. Cinae pulv. Unc. unam, P. Rad. Valer. et Jalapp. āā Drachm. duas, Arcani dupl. Unc. semis et Oxym. squillit. Unc. quinque misceri jubent. — AUGUSTIN nomine ELECTUARII SEMINIS SANTONICI Sem. Cinae, Pulv. Rad. Jalapp., Valer. min., Natri sulphurici cryst. (vel Salis commun.) āā Drachm. unam cum Oxym. scillit. Unc. quatuor misceri praescribit.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM SUNDELIN.

Rec. Sem. Santonic. Drachm. duas ad tres, Ferr. pulv. Scrup. unum, Rad. Rhei opt. Drachm. semis, Syr. simpl. q. s., ut f. Elect. molle.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0280-6
DFG

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM seu contra Taeniam Thompson.

Rec. Ol. Terebinth. rect. Drachm. tres, Mell. crudi Unc. tres. M.; f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Vogleri. Rec. Pulv. Sem. Cinae el. Drachm. duas, Rad. Jalapp. Drachm. unam. Calomel. Gran. sex ad decem, Aq. Flor. Cassiae Drachm. semis, Syr. rosat. solut. seu Flor. Persic. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Van Mons. — Ex Calomel. Scrup. uno, Pulv. Rad. Rhabarb., Hb. Santolinae, Fell. Tauri insp. aa Drachmis duabus, Conserv. Tanaceti et Absinthii aa Unc. semis et Syr. simpl. q. s. constat. — Aliud ex Pulv. Rad. Jalappae et Rhabarb. aa Part. una, Rad. Valer. Part. duabus, Arcani dupl. Part. quatuor, Hb. Santolin. Part. octo et s. q. Oxym. squillit. constat.

ELECTUARIUM ANTHELMINTICUM Ph. mil. Wurceb. — Ex Pulv. Rad. Valer. Drachm. una semis, Jalapp. Drachm. una, Sem. Cinae Unc. semis. Arcani dupl. Drachm. duabus, Oxym. squillit. Drachm. sex et Mell. desp. q. s. constat.

ELECTUARIUM ANTIARTHRITICUM Cadeti. Rec. Cinnabaris Unc. unam semis, Conserv. Rosar. Unc. duas, Resin. Guajaci pulv. Unc. unam, Syr. *Zinziber. q. s., ut f. Elect.*

*ELECTUARIUM ANTICACHECTICUM* v. Electuarium antihaemorrhoidale.

ELECTUARIUM ANTICARDIALGICUM St. Marie.

Rec. Pulv. Chinae Unc. unam, Camphorae, Myrrhae aa Drachm. semis, Syr. Capit. Papav. et Menthae aa Drachm. sex. M.

ELECTUARIUM ANTICHOLERICUM Wedekindii.

Rec. Gumm. Arab. pulv. Unc. duas. Solve in mortario lapideo in Aq. ebullient. s. q., adde Cerae flav., purae, rasae Unc. duas. Terantur inter se, usque ad perfectam mixtionem; deinde admisce Syr. Diacodii Unc. unam, Elix. acid. Dippelii vel Elix. Vitrioli Mynsichti q. s. ad gratam aciditatem. (V. etiam Electuarium Cerae.)

ELECTUARIUM ANTIDOTALE seu Antidotum Matthioli praeservativum.

Rec. Rad. Rhabarb. el., Rhapont. veri, Phu, Calami ar., Cyperi, Quinquefol., Torment., Aristol. rot., Paeon., Enul., Costi, Irid. Illyr., Chamaeleont. albi aa Drachm. tres, Galang., Imperator., Dictamni albi, Angelic., Millefol., Filipend., Zedoar., Zingib. aa Drachm. duas, Agarici Drachm. tres, Libanotidis Maris, Gentian., Succisae aa Drachm. duas semis, Sem. Citri Mali, Vitic., Cocci infect., Fraxin., Oxalid., Pastinac. silv., Napi, Nigell., Paeon., Ocimi, Irion., Thlasp., Foenic., Ammii aa Drachm. duas, Bacc. Lauri, Junip., Heder., Smilac. asper., Cubeb. aa Drachm. unam semis, Hb. Scord., Chamaedr., Chamaepyth., Centaur. min., Stoechad., Nardi Celt., Calaminth., Rutae, Menth., Beton., Verben., Scabios., Card. bened., Melissophyll. aa Drachm. unam semis, Dictamni Cret. Drachm. tres, Sampsuchi, Hyperici, Junci odor., Marrub., Galeg., Pimpin, Sabin. aa Drachm. duas, Caric., Nuc. Jugland., Pistac. aa Unc. tres, Mirobal. Embl. Unc. semis, Flor. Buglossi, Rosar., Lavend., Salviae, Anthos aa Scrup. quatuor, Croci Drachm. tres, Cass. odor. vel Cinnam. opt. Drachm. decem, Caryoph., Nuc. Mosch., Macid. aa Drachm. duas semis, Pip. nigri et longi, Santalor. omn., L. Aloës aa Drachm. unam semis, Cornu Cervi crudi Unc. semis, Unicorn. Drachm. unam, Oss. Cord. cerv., Rament. Ebor., Virgae cervin., Castor. aa Scrup. quatuor, Terr. Lemn. Drachm. tres, Opii, Margarit. Orient., Fragm. Smaragdi, Hyacinth. Corall. rubr. aa Drachm. unam semis, Camph. Drachm. duas, Mastich., Styrac., Thuris, Myrrh., Gummi Arab., Tereb., Sagap., Opopan., Laserpitii aa Drachm. duas semis, Moschi, Ambrae aa Drachm. unam, Ol. Chalcanthini rite par. Unc. semis, Pulv. cordial. temperat, Diamargariti, Diamoschi, Diambrae, Elect. de Gemm., Pastill. Camph., Scill. aa Drachm. duas semis, Pastill. Viperae Unc. duas, Succi Oxalid., Sonchi, Scord., Echii, Buglossi, Melissophylli aa Libr. semis, Hypocist. Drachm. duas, Theriac. el., Mithridat. opt. aa Unc. sex, Vini albi vet. odoratiss. Libr. tres, Sacch. Mader. vel Mell. opt. Libr. *octo et Unc. sex. M; f. l. a. Elect.* — *Si hujus Antidoti e gr. Libr. semis* cum Spirit. Vini Libr. duabus semis aliquamdiu digeratur et liquor filtratus cum Syrupi Cort. Citri Libr. semis misceantur, constituit AQUAM ANTIDOTALEM Matthioli. — ELECTUARIUM ANTIDOTALE seu Antidotum CURATIVUM Matthioli fit admiscendo Elect. antidotal. prior. Libr. uni, Camph. Unc. unam, Sulph. vivi ppt. Scrup. duos et Gran. quinque, Fol. Argenti sex et s. q. Syr. de Succo Citri. Alii addunt Boli Armen. Unc. semis. — Exemplum dare voluimus miscellae immensae ingredientium farraginis. — Alia autem praecepta similia, v. g. ad ANTIDOTUM Cortesii, Estrae, HAEMAGOGUM cet. praetereamus. (V. etiam Electuarium Mithridatium, Theriacae cet.)

ELECTUARIUM ANTIDYSENTERICUM seu ad Dysenteriam Cadet.

Rec. Cort. Angusturae ver. Unc. semis, Cinnamomi Drachm. semis. Mellis albi q. s. M. — Aliud ex Confect. Japonic. Unc. duabus, Bals. Locatelli Unc. una, Rad. Rhabarb. pulv. Unc. semis et s. q. Syr. Althaeae constat.

ELECTUATIUM ANTIDYSENTERICUM Heroldi sec. Reuss cum Electuario Cerae congruit, Syr. Rubi idaei loco Syr. simpl. sumendo et omisso Acido. — Lewis formula cum Electuario demulcente congruit.

ELECTUARIUM ANTIDYSENTERICUM seu stimulans Ph. Lusit. ed. Pinto.

Rec. Cort. Simarubae Drachm. sex, Catechu Drachm. duas, Rad. Hypecac. Gran. viginti, Opii, in Vino soluti, Grana viginti quatuor, Syr. Chinae q. s. ad Elect.

ELECTUARIUM ANTIEPILEPTICUM Disp. Fuldens.

Rec. Chinae rubr. alcoh. Unc. unam, Rad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0281-2
DFG

Valer. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. quinque. M., f. Elect. — Ph. Batav. sec Meadium Chinam fuscam praescribit, ceterum cum hac formula congruit. — Ferrarini Chinae, Rad. Valer., Fol. Aurant. aa Unc. unam et Mell. desp. Unc. novem praescribit. — Bories et Pierquin Pulv. Chinae Drachm. unam, Rad. Valer. Gran. triginta, Visc. querni Gran viginti, Cinnabar. Gran. decem et Syr. Cort. Aurant. q. s. sumi jubent. — Cadet Pulv. Chinae Unc. unam, Pulv. Stanni et Valer. aa Unc. semis cum s. q. Syr. simpl. in Elect. redigi suadet. — Ferrarini Chinae et Fol. Aurant. pulv. aa Unc. unam cum Mell. desp. Unc. novem misceri proponit. (V. etiam Electuarium Peruvianum antiepilepticum.)

ELECTUARIUM ANTIEPILEPTICUM seu antispasmodicum sive Conditum epilepticum Ph. Lusit. ed. Pinto.

Rec. Cort. Salicis Drachm. sex, Rad. Valer., Fol. Aurant. aa Drachm. duas, Cupri ammoniacal. Scrup. unum. M.; f. c. s. q. Syr. simpl. Elect. — Interdum Opium addi convenit. — Swediaur Rad. Valerian. et Fol. Aurant. aa Drachm. sex cum s. q. Syr. Absinthii misceri proponit. — St. Marie Rad. Valer. Unc. duas et Magnes. alb. Drachm. duas cum s. q. Syr. Paeoniae misceri suadet.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Brera.

Rec. Pulv. Cort. Peruv. Unc. unam, Rad. Valer. silv. pulv. Unc. semis, Cort. Cinnam. Scrup. unum, Mell. opt. desp. q. s., ut f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE VALIDIUS Brera.

Rec. Opii puri Gran. unum, Tartari emet. Gran. tria, Sal. Absinth. Scrup. duos. M. et tere simul, postea adde Chinae Chinae subt. pulv. Unc. unam semis, Syr. Absinth. q. s. M.; f. l. a. Electuarium. — Ferrarini Chinae Unc. unam, Sal. Tartar. et Ammoniaci simpl. aa Drachm. unam, Tart. emet. Gran. duodeviginti et Syr. Absinthii q. s. praescribit.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Fr. Hoffmanni v. Electuarium Chinae.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Herrmanni.

Rec. Pulv. Chin. fusc. Unc. unam, Rad. Calam. arom. Drachm. duas, Cort. Cinnam. Drachm. semis, Syr. Cort. Aurant. q. s. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE, FEBRIFUGUM seu roborans Masdevalli sec. St. Marie.

Rec. Chinae pulv. Unc. unam semis, Mellis albi Unc. quatuor, Croci Martis aperitivi Unc. semis, Pulv. Valerianae Drachm. duas, Ocul. Cancri Drachm. unam, Syr. Absinthii q. s., ut f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Quarin.

Rec. Pulv. Chinae Unc. unam, Rad. Gentianae, Flor. Sal. Ammon. mart. aa Drachm. unam, Oxym. squillitici et Syr. 5 Rad. aper. aa q. s., ut f. Elect. — Aliud: Rec. Chinae pulv. Unc. unam, Sal. Ammon. Gran. viginti, Laud. liq. Syd. Guttas viginti et Mell. despum. q. s. — Ph. Lusit. ed. Pinto Chinae Unc. semis, Sal. Ammon. Gran. viginti et Mellis q. s. — Pierquin Chinae Drachm. duas, Salis Absinth. et Ammon., Sal. Martis River. aa Gran. decem, Rad. Rhabarb. Gran. octo, et Syr. 5 Rad. aper. q. s. praescribit. — Aliud ex Chinae Unc. una, Magnes ustae Drachm. sex, Caryophyllor. arom. Drachma una et Syr. commun. s. q. ad Elect. constat.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Richard.

Rec. Cort. Chin. reg. Unc. duas semis, Sal. Ammon. Drachm. duas, Mell. puri, Syr. Cort. Aurant. aa Unc. duas. M.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Sundelin.

Rec. Sal. Ammon. dep. Drachm. duas, Flor. Chamom., Rad. Calam. arom., Cort. Salic. pentandr. aa Drachm. tres. M.; f. cum Mell. dep. q. s. Elect.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Ph. Ticinensis. — *Miscella est ex Pulv. Chinae fusc. Unc. semis et Mellis desp. Drachm. decem.*

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE Trilleri.

Rec. Pulv. Chinae opt. Unc. unam, Flor. Chamom. vulg. Drachm. duas, Nitri depur., Diaphoretici (seu Bezoardici) martialis aa Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. q. s., ut f. Elect. (Alias similes pristini temporis formulas, sed magis complicatas, praetereamus.)

ELECTUARIUM ANTIHAEMORRHOIDALE Cadet.

Rec. Mannae in Lacrymis Unc. duas, Arcani duplicati, Nitri, Lact. Sulphuris aa Drachm. duas, Mellis albi q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM (OPIATA) ANTIHAEMORRHOIDALE seu anticachecticum Cadet et Swediaur.

Rec. Pulv. Rad. Enulae et Foenic. aa Unc. tres, Piper. nigri Unc. unam, Sacchari albi et Mellis aa Unc. duas. Misce.

ELECTUARIUM ANTIHAEMORRHOIDALE Van Mons.

Rec. Fol. Sennae, Flor. Sulphuris, Cremor. Tartari aa Part. unam, Mannae el. Part. sex, Pulp. Tamarind. Part. octo, Syr. Sennae q. s., ut f. Elect. — Gray Flor. Sulph. et Crem. Tartar. aa Unc. unam, Rad. Zinziber. Drachm. unam semis, et Confect. Sennae Unc. quatuor misceri proponit. (V. etiam Confectio Sennae composita p. 199.)

ELECTUARIUM ANTIHERPETICUM seu ad Herpetem Bories.

Rec. Mercurii vivi Scrup. unum, Flor. Sulphuris, Reguli Antimonii aa Unc. semis, Extr. Dulcamarae et Pulsatillae nigric., Pulv. Hb. Jaceae aa Drachm. duas, Camphorae Drachm. unam, Syr. Fumar. q. s., ut f. Elect. — Aliud ejus et Pierquini sec. Fouguet. Rec. Merc. sublimati corros. Gran tria, Antim. crud. pulv. Unc. semis, Extr. Fumar. Unc. unam, Resin. Guajaci Unc. semis, Syr. Cort. Aurant. q. s., ut f. Elect. — Aliud ex Tartari emetici Grano uno et Extr. Rhois Toxicodendri Granis quinque constat. — Aliud Pierquini sec. Fages ex Tartari emetici Gran. decem et Extr. Dulcamarae Drachm. semis constat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0282-8

ELECTUARIUM ANTIHYDROPHOBICUM seu antilyssicum Blücheri sive Strackwitzii.

Rec. Nuc. Jugl. matur. Nro. triginta, Herb. Rutae Man. unum, Mellis Unc. octo (Mensur. semis sec. Blücher.) Misce terendo optime. (V. etiam Electuarium Meloës proscarabaei.)

ELECTUARIUM ANTIHYDROPICUM Sundelin.

Rec. Calcar. muriat. sicc. Drachm. unam, Pulv. Rad. Calam. arom. Drachm. tres, Rad. Seneg. Drachm. unam semis, Oxym. squillit. q. s. M.; f. Electuarium.

ELECTUARIUM ANTIPHTHISICUM Timaei.

Rec. Conserv. Rosar. rubr. Libr. semis, Cons. Hederae terrestr. et Rad. Symphyti āā Unc. tres, Pulv. Haly Abbat. Unc. unam, Fungi Salicis Drachm. duas, Extr. Liquir. Drachm. tres, Farfar. Drachm. duas. M.; f. c. s. q. Syr. pectoral. Timaei Elect. (Alias pristinas formulas praetereamus.)

ELECTUARIUM ANTIRHEUMATICUM = Chelsea Pensioner (p. 175.).

ELECTUARIUM ANTISCORBUTICUM Guitteni.

Rec. Tubarum Solani tuberosi Part. centum, Pulv. Chinae Part. sex, Aquae Part. centum. Terantur simul in pultem et trajiciantur per cribrum, tunc admisceantur Syr. Sacchari Part. viginti quinque.

*ELECTUARIUM* ANTISCORBUTICUM Van Mons.

Rec. Cinnamomi, Sem. Sinap. nigri āā Part. unam, Cort. Aurant. exter. rec. defricat., Extr. Trifol. fibrini āā Part. duas, Conservae Beccabungae, Cochleariae, Nasturt. aquat., Raphani āā Part. tres. Misce l. a. exactissime. (Alia praecepta similia praetereamus; v. etiam Electuarium Cochleariae cum Calamo aromatico.)

ELECTUARIUM ANTISCROPHULOSUM v. Electuarium ad Scrophulos.

ELECTUARIUM ANTISPASMODICUM v. Electuarium antiepilepticum et Peruvianum antiepilepticum.

ELECTUARIUM ANTISYPHILITICUM Lebrecht.

Rec. Mercurii vivi puri Unc. semis, Spermat. Ceti Unc. unam semis. Tere inter se in mortario calefacto et adde Pulv. Gummi Arabici, Syr. Alth. āā Unc. semis.

† ELECTUARIUM ANTISYPHILITICUM EXTERNUM Lebrecht.

Rec. Merc. subl. corros. Gran. sex, Extr. Cicutae, Chamomill. āā Drachm. duas, Tinct. Opii simpl. Drachm. unam, Mell. rosat. Unc. unam.

† ELECTUARIUM ANTISYPHILITICUM seu cum Hydrargyro muriatico Stollii.

Rec. Merc. subl. corros. Gran. tria. Solve in pauxillo Aq. dest., adde Extr. Gratiol. Drachm. tres, Roob Sambuci Unc. tres. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM APERIENS Ph. Danicae. ed. secund. Miscella est ex Pulpae Tamarind. Drachm. sex, Pulv. Fol. Sennae Drachm. tribus, Tartari tartaris. Drachm. semis, et Syr. Mannae Unc. una semis. (V. etiam Electuarium lenitivum.)

ELECTUARIUM APERIENS ANTIHYDROPICUM v. Electuarium deobstruens.

ELECTUARIUM APHRODISIACUM St. Marie.

Rec. Confect. Alkermes Unc. unam semis, Elect. Theriacae Drachm. sex, Confect. Hyacinth. Drachm. tres, Trochisc. Viperar., Boracis āā Drachm. duas, Tinct. Ambrae liquid. Guttas triginta, Syr. Zingiber. q. s., ut f. Elect. (V. etiam Electuarium diasatyrium.)

† ELECTUARIUM ARISTOTELICUM Ph. Persicae.

Rec. Opii Unc. semis, Succ. Acaciae et Piper. āā Drachm. decem, Rad. Pyrethri Drachm. tres, Sem. Amomi Drachm. viginti, Cass. lign. Unc. semis, Croci Drachm. tres, Sulph. citrini Drachm. decem, Euphorbii Drachm. tres, Spic. Indic. Drachm. decem. M.; f. cum s. q. Mellis Electuarium.

ELECTUARIUM (FLORUM) ARNICAE Augustin.

Rec. Summit. Arnicae Drachm. tres, Pulv. Cort. Chinae Unc. semis, Rad. Serpent. Virg. Drachm. tres, Syr. Cort. Aurant. Unc. sex. F. Elect.

ELECTUARIUM AROMATICO-OPIATUM et AROMATICUM CUM OPIO v. Electuarium *opiatum et Theriaca.*

*ELECTUARIUM AROMATICUM* seu stomachicum Ph. Borussic. ed. secund.

Rec. Pulv. Hb. Menth. pip. Unc. duas, Rad. Calami et Cinnamomi Indici āā Unc. unam, Rad. Zedoar. et Caryophyllor. āā Unc. semis, Mellis desp. Unc. quindecim vel q. s. ad Elect. (V. etiam Electuarium anodynum et stomachicum.)

ELECTUARIUM AROMATICUM Ph. Edinburg. cet. — Miscella est Pulv. aromatici Edinb. Part. unius et Syr. Cort. Aurant. Part. duarum. — Ph. Dublin. Pulv. Cinnamomi, Nuc. Moschat. āā Unc. semis, Sacchari albi et Croci āā Unc. unam, Cardam. min., Caryophyllor. āā Drachm. duas, et Cretae praecip. Unc. duas, cum s. q. Syr. Cort. Aurant. misceri praescribit. — Van Mons formula in summa rei cum hac congruit. — Brugnatelli Conserv. Cort. Aurant. Unc. tres, Cinnamomi, Nuc. Moschat. āā Unc. semis, Croci et Rad. Zinziber. āā Drachm. duas, Sacchari albiss. Unc. unam cum s. q. Syr. Cort. Aurant. misceri proponit. — Swediaur sec. pristinam Ph. Edinb. Conserv. Cort. Aurant. Unc. tres, Conserv. Nuc. Moschat. Unc. unam semis, Cons. Zingiberis Drachm. sex, et Cinnam. pulv. Unc. semis cum Syr. Cort. Aurant. q. s. misceri suadet. (V. etiam Confectio aromatica et cordialis, et Electuarium cum Chamomilla.)

ELECTUARIUM ASTHMATICUM Bate.

Rec. *Flor.* Sulphur. Unc. tres, Cinnamomi Drachm. unam, Croci Drachm. duas, Moschi Gran. sex et Mell. desp. Unc. sex vel q. s. ad Elect.

† ELECTUARIUM ATHANASIAE seu ATHANASIA MAGNA Nicolai Ph. Augustan.

Rec. Cinnamomi, Cass. lign. āā Drachm.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0283-4
DFG

tres et Gran. septem, Croci, Schoenanthi, Styrac. Calam., Opii, Rad. Phu, Betonic., Sem. Hyosc., Seseleos, Apii, Dauci, Anisi āā Gran. nonaginta tria, Spic. Ind., Rad. Symphyti, Enul., Acori, Asari, Mei, Cort. Rad. Mandragor., Folii, Hb. Polii, Bacc. Lauri, Piper. albi et longi, Castorei, Myrrhae, Mumiae, Sang. Dracon., *Boli* Armen., Carabe, Corall. rubr., Lapid. Haematit. āā Drachm. semis, Sem. Oxyacanthae (Berberis) Unc. duas, Plantag. min. Grana sexaginta quatuor, Sem. Petrosel. Drachm. semis, Bacc. Myrti, Flor. Rosar. āā Gran. sexaginta quatuor, Succi Plantag. Unc. tres, Succ. Hypocyst., Acaciae et Oxyacanthae āā Unc. duas, Mellis Triplum. F. l. a. Electuarium. (Alia praecepta vetusta ad parandas Athanasias praetereamus.)

ELECTUARIUM AUREUM seu AUREA ALEXANDRINA Nicolai.

Rec. Rad. Asari, Carpobalsami āā Drachm. duas semis, Caryophyllor., Opii, Myrrhae, Rad. Cyperi rot. āā Drachm. duas, Sem. Hyoscyami albi Drachm. duas semis, Seseleos, Sinapis, Saxifrag., Anethi, Anisi, Cardamomi min., Folii, Salviae, Opobalsami, Cinnamomi, Cass. lign. verae, Costi veri, Rad. Mei, Zedoar., Zinzib. Euphorb. ppt., G. Tragac., Thuris masculi, Styrac. Calam., Corall. āā Drachm. unam, Aliptae moschat., Rad. Rhabarb. aut Rhapont. veri, Galang., Spic. Indic., Rad. Paeon., Eryngii, Acori veri, Aristoloch. long., Gentian., Phu, Cort. Rad. Mandragor., Sem. Ligustici, Rutae, Sisoni seu Amomi vulgaris, Carvi, Amomi veri, Petros. Maced., Ammeos, Dauci Cret., Anacard. ppt., Bacc. Lauri, Pip. longi et albi, Fl. Rosar. rubrar., Hb. Thymi, Pulegii, Chamaedryos, Ligni Aloës, Xylobalsami vel Santal. citrini, Castorei, Opopanacis, Mastiches, Sulphuris vivi, Margarit. alb., Blattae Byzantin., Ossis de Corde Cervi āā Grana triginta tria, Folia Auri Nro. viginti quinque, Fol. Argenti Nro. duodecim, Limat. Eboris, Rad. Calami arom. et Pyrethri āā Gran. novem, Mellis Triplum. F. l. a. Elect. — Hoc et praecedens Electuarium exempla sunt cumuli ingentis ingredientium, passim quam maxime contrariorum! in capite rei cum Electuario antidolali, Theriaca et similibus compositionibus congruunt.

ELECTUARIUM E BACCIS LAURI RHAZIS v. infra (p. 270.).

ELECTUARIUM BALSAMICUM Ph. Hamb. p. p. ed. pior. — Miscella est Extr. Millefol. Drachm. trium, Bals. Peruv. Drachm. unius cum s. q. Vitell. Ovi subact., et Mell. desp. q. s. ad Elect.

ELECTUARIUM BALSAMICUM ADSTRINGENS Brera.

Rec. Conserv. Rosar. Unc. quatuor, Syr. Bals. Tolut. Unc. unam. M.; f. Elect.

ELECTUARIUM BECHICUM Ph. Gallic. ed. Fee.

Rec. Mannae el. Unc. unam, Aq. Naphae q. s., ut Manna triturando in mortario marmoreo mollis fiat; tere continue et adde Pulv. Gummi Arabici Unc. semis, Extr. Liquirit. mollis Drachm. unam, Syr. Capill. Vener. q. s. M.

ELECTUARIUM BENEDICTAE LAXATIVAE. V. Benedicta solutiva Nicolai (p. 129.).

ELECTUARIUM BEZOARDICUM DE SEPTEM RADICIBUS ET SEPTEM HERBIS Georgii Morali.

Rec. Rad. Angelic., Torment., Enul., Imperator., Anthorae, Zedoar. et Contrajervae āā Unc. unam, Hb. Rutae hort., Scord., Card. bened., Cent. min., Anthos, Dictamni Cretici, Absinthii āā Drachm. sex, Mellis albi puri, in quo tribus vicibus per totam noctem sint infusi Hb. Melissae rec. non conquass., Flor. Calendulae, Cort. exter. Citri rec. āā Man. unus, posteaque colati et ad consist. convenientem cocti Libr. duas semis. M.; f. l. a. Electuarium. (Alias formulas ad paranda Electuaria bezoardica praetereamus.)

ELECTUARIUM BOLETI SUAVEOLENTIS Augustin.

Rec. Boleti suaveol. (Fungi Salicis) Unc. semis, Syr. (vel Mellis) q. s. ad Electuarium.

ELECTUARIUM EX BOLO ARMENA Hoffmanni.

Rec. Nuc. Jugland. Nro. triginta, Rad. Olsnitii, Carlinae āā Unc. unam, Scorzoner. Unc. duas, Zedoar., Nymphaeae, Cort. Citri āā Unc. semis, Macid. Drachm. duas, Bacc. Lauri Drachm. sex, Cornu Cervi ppt., Corall. rubr. ppt. āā Drachm. duas, Boli Armenae Unc. duas, *Hb. Scabios.*, *Meliss.* āā Unc. unam semis, Card. *bened.*, *Scord. Cretici*, Verbenae, Sem. Acetosae āā Drachm. sex, *Ol. Nucistae* Unc. semis. F. cum Succi Calendul. et s. q. Mellis Elect.

ELECTUARIUM Boyleanum, Fulleri seu ad Haemoptysin Ph. Batav. — Fit ex Pulv. Sem. Papav. albi et Hyoscyami āā Drachm. semis, Syr. Papav. errat. et Conservae Rosar. rubr. āā Unc. una semis.

ELECTUARIUM BUTYRI CACAO Henry et Guibourt cum Cremore pectorali Tronchini (p. 207.) congruit.

† ELECTUARIUM CAMPHORATUM Kegleri sec. Disp. Brandenburg. cet.

Rec. Pulv. Rad. Dictamni albi, Tormentillae āā Drachm. duas, Zinziber. Unc. semis, Sacchari Candi Unc. duas, Matris Perlar. ppt. Unc. semis, Nuc. Vomic. exteriori cortice liberatar., Cornu Cervi ppti āā Drachm. duas, Camphorae Unc. unam, Theriacae Andromachi Unc. quatuor, *Sacchari albi, in Aq. Acetosae soluti*, q. s., ut f. *Elect.* (V. etiam Julep.)

ELECTUARIUM EX (seu cum) CARBONE Ph. Batav. — Miscella est Pulv. Carbon. puri Unc. trium, Gummi Arab. Drachm. duarum et Sacchari albi Unc. unius cum s. q. Aquae.

ELECTUARIUM CARDIACUM. = Electuarium aromaticum.

ELECTUARIUM CARMINATIVUM seu ad Flatus Tronchini. — Miscella est Conservae Anthos Unc. quatuor, Succini ppti et Catechu āā Drachm. duarum et Syr. Stoechadis s. q. — Le Mort Sacchari rosati tabul. Unc. sex, Ol. dest. Lauri Guttas tredecim, Ol. Cort. Au-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0284-9
DFG

rant., Anisi, Foenic., Carvi, Cumini āā Guttas duas et Syr. Cort. Aur. q. s. misceri praescribit.

ELECTUARIUM CARYOCOSTINUM Disp. Viennens. cet.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca officinalis Disp. Fuldens. — Constat ex Roob Junip. Unc. quatuor, Myrrh. el. in s. q. Hisp. solut., Pulv. R. Angelicae, Aristoloch. tenuis et Enulae āā Unc. duabus, Syr. Cort. Aurant. et Papav. albi āā Unc. octo. — Ph. Danica ad THERIACAM PAUPERUM R. Aristoloch. rot., Enulae, Myrrhae et Roob Junip. āā Part. aequales cum Syr. Cort. Aurant. s. q. misceri praescribit.

ELECTUARIUM THERIACA MULIERUM sec. Mynsichtium.

Rec. Theriac. Andromach. Unc. tres, Bezoard. Jovial. Unc. semis, Corn. Alcis et Cervi calcin. Dr. semis, Extracti Angelicae, Enulae āā Drachm. unam, Tinct. Castorei Drachm. semis, Magister. Matris perlarum, — Corall. rubr. āā Scrup. unam, Olei Succini alb. Gran. decem. Misce cum Roob Sambuci ut fiat Electuar. l. a.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca Saxonica Mynsichti.

Rec. Roob Sambuci, Chamaeact. āā Unc. duas, Corn. Cerv. spagyr. calc. Unc. unam, Succi insp. Fumar., Syr. de Papav. simpl., Spir. Junip. āā Unc. semis, Bol. rubr. Drachm. duas, Ol Sem. Angel., — Zedoar. āā Drachm. unam. F. l. a. Elect.

† ELECTUARIUM seu Theriaca Ph. Ticinensis.

Rec. Pulv. Summitat. Centaurii min. Unc. sedecim, R. Serpent. Virg. Unc. quatuordecim, Caryophyllor. Unc. tres, Myrrhae Unc. tres et semis, Opii, s. q. Vini albi soluti, Unc. duas, Mellis opt. Libr. decem et semis. M. exact.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca simplex Zwelferi.

Rec. Rad. Angel., Imperat., Mors. Diab., Scorzon., āā Unc. quatuor, Enulae, Valer. āā Unc. duas, Hb. Scord. Unc. sex, Rutae Unc. tres, Bacc. Junip. Unc. quatuor. Coquantur in Aq. font. repetitis vicibus, colentur et colaturae clarificatae ad Mellis vel Extracti spissit. evaporent. Tunc adde Mell. pur. virgin. Libr. octo, Pulv. R. Zedoar. Unc. tres, Angelic., Succis. āā Unc. duas, Gentian., Dict. albi āā Unc. unam semis, Hb. Scord. Unc. tres, Sem. Citri excort., Rutae hort., Napi silv., Bacc. Junip., Lauri āā Unc. unam et semis, Croci opt. Unc. unam, cum Vino citrato triti, Myrrh. el. Unc. duas, Cinnam. ac., Nuc. Mosch. āā Unc. unam, Ol. aeth. Junip. Drachm. duas, Rutae Drachm. unam et semis. M.; f. l. a. Elect.

ELECTUARIUM THERIACAE seu Theriaca smaragdina Thiermaieri sec. Ph. August.

Rec. Smaragd. ppt. Drachm. tres, Hyacinth. ppt., Rad. Paeon., Sem. ejusdem, Visci querni, Cinnam., Zedoar. āā Drachm. duas, Croci Drachm. semis, Dict. Cret., Sem. Citri āā Drachm. tres, Acetos., Corall. rubr. ppt. āā Drachm. unam et semis, Rasur. Unicornu, Eboris āā Drachm. duas, Syr. Succ. Limon., Mell. desp. āā q. s., ut f. Elect. molle. — (Alia praecepta vetustiora ad parandas varias Theriacas, quae hodie nunquam praescribuntur, praetereamus.)

ELECTUARIUM TONICO-APERITIVUM Brückneri.

Rec. Pulv. Rad. Rhei opt. Drachm. unam, Tart. dep. Drachm. duas, Pulp. Tamar. Unc. unam. M.; f. cum s. q. Syr. simpl. Elect.

ELECTUARIUM TONICO-RESOLVENS seu tonicum Brera.

Rec. Pulv. Chin. Unc. unam, Aethiop. mart. Drachm. duas, Flor. Sal. Ammon. Drachm. unam, Mell. opt. q. s., ut f. Elect.

ELECTUARIUM TONICUM Cadet.

Rec. Pulv. Chinae Drachm. sex, Limat. Mart. alcoh., Elect. Theriac. Diatessar. āā Drachm. duas, Syr. Cinnam. q. s. ad Elect. — Swediaur Chinae Unc. unam, Cinnam. Drachm.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0304-0
DFG

unam, Aethiop. mart. Drachm. duas et Syr. Cort. Aurant. q. s. praescribit.

ELECTUARIUM (GUMMI) TRAGACANTHAE v. Electuarium Diatragacanthae.

ELECTUARIUM TRAUMATICUM Burggravii. Burggraf's Wundlatwerge. *Electuaire vulnéraire de* Bourggrave Disp. Brunsvic.

Rec. Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas, Bals. Locatelli Unc. unam, Syr. balsam. Unc. semis. M. — Disp. Fuldens. Conserv. Rosar. rubr. Unc. duas et Bals. traumat. Unc. unam cum s. q. Syr. balsam. misceri praescribit.

† ELECTUARIUM VERMIFUGUM Bate. — Miscella est Herbae Helleborastri Unc. duarum et Mellis despumati Unc. sex.

ELECTUARIUM VERMIFUGUM Fougier sec. Richard, Ratier cet.

Rec. Stanni limati Unc. unam, Extr. Artemis., Pulv. R. Jalapp. āā Drachm. unam, Syr. Cichor. comp. q. s., ut f. Boli Nro. duodecim. — Ellis solummodo Stanni limati Drachm. sex ad Unc. unam cum Mell. desp. Unc. quatuor misceri proponit. (V. etiam Electuarium joviale ad Taenias et Remedium contra Taeniam Matthieui.)

ELECTUARIUM VERMIFUGUM Swediaur.

Rec. Calomel. Gran. decem, *Pulv. R. Rhabarb., Sem. Cinae, Rad. Jalapp. et Valer.* āā Drachm. duas, Conserv. Absinth. Unc. unam semis, Oxym. squill. q. s., ad Elect. (V. etiam Electuarium anthelminticum.)

ELECTUARIUM VISCERALE Vogleri.

Rec. Pulv. Scill. comp. Stahlii, Gummi Ammon. puri, Tartari tartaris. āā Drachm. duas vel Sal. Friedericiani Unc. semis, Nitri dep. Scrup. duos, Magnes. albae opt. Drachm. semis, Sal. Ammon. dep. Scrup. unum, Sulph. Antim. aur. Gran. sex, Aq. Flor. Cass. Drachm. unam, Syr. Capill. Vener. q. s. M., f. Elect.

ELECTUARIUM VITAE Arnoldi de villa nova.

Rec. Uvar. pass. Libr. unam, Rad. Liquirrasae Unc. semis, Myrobalan., Chebul. citrinar., Indar., Emblicar., Belliricar. āā Drachm. unam. Coq. cum Aq. font. s. q., postea colentur et exprimantur. In colat. solvatur Sacch. Libr. semis; add. Cinnam. el., Caryoph., Galang., Nuc. Mosch. āā Drachm. unam, Sem. Anisi, Foenic. āā Unc. semis. M. l. a., f. Elect.

ELECTUARIUM VOMITIVUM v. Electuarium Ipecacuanhae moschatum (p. 270).

ELECTUARIUM VULNERARIUM v. Electuarium traumaticum.

Alias formulas ad paranda Electuaria, praecipue pristinas, partim nimis et inconcinne compositas praetereamus. (Conf. etiam Confectiones, Conservae nonnullae et Marmelada cet.) — Praestat, medicum formulas ad Electuaria semper ipsum definite specialiter que praescribere, quia multa eorum tempore corrumpuntur.

ELIXIRIA, Elixir, *Elixir*, medicamina denominantur quaedam liquida, extractione corporum solidorum cum liquoribus spirituosis vel vinosis parata. Quorum solubilia hac ratione eliciuntur, sunt Cortices, Flores, Herbae, Radices, Semina, Aromata, Resinae balsamicae, purgativae, Gummi; adduntur interdum Extracta, Salia, Acida, Olea aetherea, cetera. Parari possunt Elixiria in Prelo Realiano, quamquam saepius non satis bene, et cum magna aut solventium aut solutorum jactura. Nam Spiritus Vini Aqua pura ex speciebus depelli non potest sine praecipitatione corporum solutorum in fibris vegetabilium. Resinae praeterea et Gummi liquoribus spirituosis humectata in massam lentam, glutinosam, liquoribus imperviam concrescunt. Quum denique Preli Realiani, non ubique pervulgati, tractatio varios casus adversos subeat, et pro parva parandorum copia minime aptum sit, in hoc medicaminum genere laudandum non est.

Parentur Elixiria in lagenis amplioris orificii, bene obturatis. Calide paranda in balneo Aquae tepidae vel calidae tractentur, vel, si animum bene adverteris, in balneo arenae et prope fornacem. Lagenas vesica bubula, passim perforata, obligare *moris est. Cave ne incuria Spiritus* aliqua pars avolet. *Prodest, liquorem*, cum quo extractio instituenda est, non totum speciebus infundere, sed post primam transfusionem vel expressionem partem addere reliquam, ita, ut quasi dilutione solubilia omnia evorcentur.

Sub digestione crebra mixtorum agitatio conducit. Bene digesta et frigefacta per pannum linteum vel gossypinum vel laneum trajiciuntur; residua, sacculo inclusa, in prelo torculari citissime exprimuntur, et liquores eliciti mixti sive per subsidentiam sive filtri chartacei ope depurgantur.

Elixiria a Tincturis et Essentiis mole paulum spissiore differunt; coloris sunt intense fusci vel rubri, ab extractis solutis interdum turbida, sedimentum in quiete demittentia, odoris fortis, plerumque grati, saporis ex diversa materiarum indole pendentis.

In vasis bene clausis in cella frigida serventur.

ELIXIR ABSINTHII seu amarum Ph. Boruss. castr. — Solutio est Extr. Absinthii Unc. unius in Aq. Menth. pip. Unc. octo, addendo Tinct. Cort. Aurant. Unc. semis.

ELIXIR ACIDO-AROMATICUM v. Elixir Vitrioli Mynsichti et Tinctura aromatica acida.

ELIXIR ACIDUM Ph. Danicae.

Rec. Spirit. Vini rectificatissimi Part. quatuor. Sensim et guttatim instillatur Olei Vitrioli rect. Pars una, add. Coccionell. q. s. ad Tincturam saturandam. Digesta per triduum filtrentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0305-5 DFG

## ELIXIR ACIDUM Halleri. Haller's Sauerelixir. *Elixir acide de Haller.*

*Synon.:* Liquor acidus Halleri, Guttae acidae tonicae, Elixir antipodagricum seu antinephriticum, Acidum Vitrioli seu sulphuricum vinosum sive alcoholisatum.

Rec. Spiritus Vini rectificatissimi, Olei Vitrioli rectificati āā Partes aequales.

Instilletur Oleum Vitrioli sensim et caute, in Spiritum, ne mixtura adeo calefiat, et servetur post refrigerationem in vase epistomio vitreo munito. — Liquor subflavescens, tempore fuscescens, odore spirituoso et subaethereo, sapore acidissimo, corrosivo, pond. spec. 1,197. — Miscella est Acidi sulphurici et sulphovinosi cum Spiritu Vini et Aetheris vestigiis. — *Vis:* in statu diluto, nervina, confortans, adstringens, temperans, per se autem corrodens.

Sit liquor pellucidus, grate odorus, minime odore sulphuroso, p. spec. supra designato; acido hydrothionico liquor dilutus minime coloretur.

*Usus:* Per se datur guttatim, aqua vel syrupo valde dilutum, et mixturis admiscetur.

Ph. autem Borussica et Slesvico-Holsat. hoc vel Mixturae sulphurico-acidae nomine Aquam Rabelli (p. 87.) intelligunt.

ELIXIR ACIDUM Dippelii sec. Ph. Wirtemb.

Rec. Spir. Vini rectificatiss. Unc. sex, Olei Vitrioli, successive instillandi, Unc. unam, Granor. Kermes, Croci āā Drachm. duas. Mixta digerantur leni calore, vitro bene clauso per aliquot dies, tandem clarum decanthetur et servetur. — *Vis* et *Usus:* praecedentis, minus autem acidum et corrodens est. (V. etiam Aqua Rabelli p. 87.)

ELIXIR ACIDUM Vogleri. — Miscella est Spirit. Vitrioli et Spir. Nitri dulc. āā Part. aequalium. — Westrumb Spiritus Nitri dulcis loco Spiritum Salis dulc. sumi suadet.

ELIXIR ACIDUM ALBUM Heroldi — ex Spir. Vini rectificatiss. Part. quatuor et Ol. Vitrioli Anglici Parte una constat.

ELIXIR ADSTRINGENS seu Extracti Campechiensis Ph. Hamb. p. paup.

Rec. Extr. L. Campech. Drachm. duas, Aq. dest. Unc. quatuor, Elix. acidi Halleri Drachm. unam. M. — Augustin Extr. L. Campech. Unc. semis in Vini rubri Gallici Unc. duabus solvi praescribit, Elixir acidum autem omittit.

ELIXIR ALEXIPHARMACUM Dolaei.

Rec. Spirit. Bacc. Junip. Libr. semis, Rad. Viperin. et Valer. āā Unc. duas, Croci, Myrrhae āā Unc. semis. Digere sufficienter et in colat. solve Ol. Succini et Camphorae āā Guttas sex. (Alia pristina praecepta ad Elixir alexipharmacum praetereamus.)

ELIXIR ALEXIPHARMACUM Huxhami.

Rec. Cort. Chin. Unc. duas, Flav. Aurant. Unc. unam semis, Rad. Serpent. Virg. Drachm. tres, Coccionell. Scrup. duos, Croci Scrup. quatuor, Spir. Vini Gall. Libr. duas, digere per aliquot dies, et filtra.

ELIXIR ALEXIPHARMACUM Hoffmanni.

Rec. Rad. Dictamni, Angelicae, Vincetoxici, Contrajervae āā Unc. semis, Hb. Scordii, Cardui bened. āā Drachm. sex, Croci, Myrrh. elect., Salis Tartar. depur. āā Drachm. duas, fiat extractio in Aquae Scordii cohobatae Libr. una et adde Liquoris anodyni mineralis Unc. tres.

ELIXIR ALKERMES, Alcohol Alkermes seu cum Coccionella compositus, Alkermes liquidum Ph. Ferrar.

Rec. Caryoph., Cinnam. āā Drachm. tres, Vanill. Drachm. duas, Alcohol. Vini Libr. tres. Digere per 24 horas, tunc adde Tincturam praeparatam cum Coccionellae Unc. semis, Alumin. Scrup. uno et Alcohol. Vini Unc. sex. Stent per 3 dies in digestione, denique admisce Aq. Cinnam. Libr. duas, Sacch. Libr. quinque. Filtra. — Ferrarini praeter Aq. Cinnam. (Libr. unam) etiam Aq. Naphae Libr. duas sumi proponit, ceterum in summa rei cum praecedente formula congruit. — Cadet Cinnam., Macid., Caryoph., Nuc. Mosch. āā Drachm. duas cum Alcoh. Vini Libris quinque per 7 ad 8 dies macerari, deinde addi praescribit Sacchari Libr. quatuor in Aquae Libris quinque solutas, denique mixturam cum Syrupi Alkermes aut Aluminis Sesquidrachma, et Coccionell. Drachm. una colorari. — Gray Fol. Lauri Libr. unam, Macid. Unc. sedecim, Nuc. Mosch. et Cinnam. āā Unc. duas, Caryoph. Drachm. sex cum Spir. Vini Gallici (Cognac) Libris triginta septem per 3 hebdomades digeri et colaturae admisceri praescribit Syr. Kermesini Libr. duodeviginti.

ELIXIR ALLIATUM Schroederi. — Paratur iterata cohobatione Spir. Vini rect. super Rad. Allii, donec odore gaudet penetrantissimo Allii et addito paullulo Camphorae.

ELIXIR ALOËS COMPOSITUM Richard.

Rec. Aloës Succotr. Drachm. novem, Rad. Gentian., Rhei, Croci, Agar. albi āā Drachm. unam. Macera per 14 dies in Alcoholis (22°) Libr. duabus, cui adde Sacch. albi Unc. unam,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0306-1
DFG

Canell. alb. Drachm. unam. (V. etiam Elixir aperitivum, Proprietatis, sacrum et Tinctura.)

ELIXIR ALOËS SAPONACEUM v. Elixir Proprietatis Stahlii.

ELIXIR AMARO-AROMATICUM Ph. Batav. — Fit miscendo Tinct. Absinth. Unc. unam semis, Carvi Unc. semis et Vini Gallici Unc. sex.

ELIXIR AMARUM Ph. Boruss. Bitteres Elixir. *Elixir amèr.*

Rec. Extr. Trifol. fibr. et Cort. Aurant. āā Unc. semis. Solve in Aq. Menth. pip. et Spir. Vini rect. āā Unc. quatuor; filtra et adde Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas.

ELIXIR AMARUM Taxae milit. Badens.

Rec. Aq. Menth. pip. Unc. quatuor, Extr. Gentian., Tinct. amar. āā Drachm. duas. M.

ELIXIR AMARUM Cadet.

Rec. Aloës Libr. tres, Myrrh. Libr. duas, Olibani Libr. unam, Croci Unc. quatuor, Mastich. Unc. duas, Spir. Vini Libr. tredecim. Macera saepius per mensem agitans; destillent duae Partes tertiae, tunc adde Sacch. albi q. s.

ELIXIR AMARUM seu aperiens Disp. Fuldens.

Rec. Extr. Gentian. rubr. Unc. unam, Tart. tartaris. Unc. semis, Aq. destill. Unc. sex et Menth. pip. Unc. duas. Solve et misce.

ELIXIR AMARUM STIMULANS seu roborans Ph. Lusit. ed. Pinto.

Rec. Aloës opt., R. Zedoar., Extr. Tarax., Gentian., Croci, Rhabarb., Electuar. Opii āā Unc. unam. M., digere cum Spir. Vini Libr. quinque per 12 dies, cola cum expressione et filtra.

ELIXIR AMARUM Hiaerne v. Elixir ad longam Vitam (p. 293) et Tinctura Aloës composita.

ELIXIR AMARUM AQUOSUM Augustin.

Rec. Extr. Absinth. Unc. unam, Aq. Menth. pip. Unc. octo, Tinct. Cort. Aurant. Unc. semis. M. — Vel: Rec. Aq. Cinnam., — fontan. āā Unc. tres, Extr. Cort. Aurant. Drachm. tres. Solve. — Vel: Rec. Aq. Menth. pip. Unc. quatuor, Extr. Card. bened. Drachm. duas. Solve.

ELIXIR AMARUM Stoughton v. Elixir de Stoughton.

ELIXIR AMARUM VINOSUM seu cum Vino Augustin.

Rec. Extr. Gentian. Drachm. duas, Vini Hisp. Unc. quatuor, Essent. Cort. Aurant. Drachm. duas. M. — Vel: Rec. Cort. Chin. Unc. unam, Rad. Gentian. rubr., Clavell. Cinnam. āā Drachm. tres, Spir. Vini Gallic. Unc. octo. M., digerantur per 24 horas. — Ph. Hamb. p. paup. Extr. Trifol. fibr. Unc. semis in Vini Gallic. alb. Unc. duabus solvi praescribit. (V. etiam Tinctura roborans et Vinum.)

ELIXIR AMBARI seu Ambrae Lemeryi.

Rec. Succini albi, Sacchari Candi āā Unc. unam, Ambrae griseae Drachm. tres, Moschi Drachm. unam, Spir. Vini Gallici Libr. unam. Digere per 15 dies, filtra et adde Ol. dest. Juniperi et Bals. Peruv. āā Unc. duas; iterum digere, ut solvantur.

ELIXIR AMERICANUM, *Elixir americain ou antilaiteux de Courcelles, Alcoolat d'Aunée composé Henry et Guibourt.*

Rec. Rad. Enul. Libr. quatuor, Rad. Aristol., Rad. Sacchari officinar. āā Libr. tres, Rad. Arund. Donac., Fol. Laur. pers. āā Libr. duas, Flor. Hyper. Libr. unam, Sambuci Unc. octo, Cort. Siderodendr. triflori, Fol. et Flor. Aurant. āā Unc. sex, Fol. Croton. balsamif. Unc. quatuor, Bacc. Junip. Unc. tres, Flor. Tiliae, Hb. Anthos, Hb. Justic. pectoral. āā Unc. duas, Rad. Asari, Arec. olerac. āā Unc. unam, Opii Unc. duas semis, Cucurb. lagenar. Nro. duas, Spir. Vini rectif. Libr. decem, Aq. q. s., Cineris, ex plantis ad compositionem Elixirii servientibus obtentae, Libr. duas. — Cadeti formula emendata: Rec. Alcohol. Vini Libr. centum viginti, Rad. Enulae Libr. sedecim, Flor. Hyper. Libr. octo, Fol. Aurant. Libr. sex, Flor. Sambuci Libr. quatuor, Flor. Tiliae Libr. duas semis, Rad. Donac., Bacc. Junip., Flor. Anthos, Opii āā Libr. duas, Rad. Asari Libr. unam, Aquae q. s. ut Liquor 20° Baumé indicet. Macera l. a. et colora tincturam cum Flor. Papav. Rhoead.

† ELIXIR AMMONIATO-OPIATUM v. Elixir *pectorale et e Succo Liquiritiae.*

ELIXIR (stomachicum et antispasmodicum) AMSTELODAMENSE sec. Kraus. Amſterdamer Elixir. *Elixir d'Amsterdam.*

Rec. Bacc. Junip., Lauri, Cort. Aurant., Hb. Alth., Farfar., Rad. Calam. arom. Gent. rubr. āā Unc. semis, Hb. Absinth., Marrub. albi, Trifol. fibr., Menth. pip., Rad. Bryon., Polypod., Stip. Dulcamar. āā Drachm. duas, Hb. Menth. cr., Millefol., Potentill., Equiseti āā Drachm. unam, Ligni Santal. rubri Drachm. duas. Conc. et cont. affunde Spir. Vini Gall. Mensur. duas, digere per dies 6 — 8, saepius agitata.

ELIXIR ANTACIDUM seu cum Aqua Calcariae ustae Ph. Hamb. p. p. et Augustin.

Rec. Extr. Quass. Drachm. unam, solve in Aq. Calc. rec. Unc. octo. M.

ELIXIR ANTARTHRITICUM CARIBAEUM, Tinctura Guajaci Emerigonis. *Liqueur ou Ratafia des Caraibes.* — Solutio est Resin. Guajaci nat. Unc. duarum in Taffiae (I. 345.) Unc. nonaginta sex. — Van Mons ad unam Resinae Partem triginta octo Spiritus Sacchari Partes praescribit. (V. etiam Liquor.)

ELIXIR ANTARTHRITICUM seu Remedium contra Fungos venenosos Cadet.

Rec. Aloës Succotr., Resin. Guajaci āā Drachm. decem, Myrrh. Unc. unam. Solve singula separatim in Alcoholis Vini Unciis sedecim et misce deinde trium harum tincturarum Partes aequales.

ELIXIR ANTARTHRITICUM Ph. Hamb. p. p.

Rec. Extr. Aconiti Drachm. unam, Vini Antimon. Huxhami, Liq. antarthrit. Elleri āā Unc. semis. M.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0307-7
DFG

ELIXIR ANTHELMINTHICUM seu Jalappae compositum Suecorum, Essentia catholica purgans Rothii, Tinctura Jalappae composita sec. Spielmann.

Rec. Rad. Jalapp. Unc. quatuor, Sem. Cartham. Unc. duas, Scammon. Unc. semis, G. Guttae Drachm. duas. Inc., cont. et pulv. affund. Spir. Vini rectif. Unc. viginti quatuor. Digere per 4 dies, cola cum expressione et filtra. — Ph. Suecic. Semen Carthami omittit, ceterum cum hac formula congruit. — Ph. Herbipol. pariter cum formula superiori congruit, praescribit autem ingredientia cum Spir. Citri Libr. una semis per aliquot dies digeri, liquorem tinctum decanthari, residuo denuo Spir. Citri Libr. unam affundi, et post digestionem separari; denique ex Tinctura commixta tertiam Partem Spiritus abstrahi et residuum usui asservari. — Pierquini formula cum hac congruit, nisi quod ad secundam abstractionem Libr. semis tantummodo Spirit. Citri praescribit, Spiritus abstractionem omittit. (V. etiam Tinctura purgans.)

ELIXIR ANTIAPOPLECTICUM JACOBINORUM DE ROUEN. *Alcoolé de Canelle et de Santaux composé Henry et Guibourt.*

Rec. Cinnam., Santal. citr. āā Drachm. duodecim, Santal. rubr. Drachm. sex, Sem. Anisi, Bacc. Junip. āā Unc. unam, Sem. Angelic., Rad. Contrajerv. āā Drachm. quinque, Galang., Imperat., Liquir., Ligni Aloës, Caryoph., Macid. āā Drachm. duas, Coccionell. Drachm. unam, Spir. Vini (32°) Libr. octo. — Cadet Ligni Aloës loco Lign. Sant. album et insuper Viperar. pulv. Drachm. quinque praescribit, ceterum cum praecedente formula congruit, nisi quod ponderum ratione partim discrepat.

ELIXIR ANTIARTHRITICUM v. Elixir antarthriticum (p. 285).

ELIXIR ANTIASTHMATICUM Boerhaavii sec. Van Mons.

Rec. Camph. Part. unam, Rad. Asari Part. tres, Irid. flor., Sem. Anisi āā Part. quinque, R. Enul. et Calami āā Part. decem, R. Liquir. Part. quindecim, Spir. Vini Part. octoginta. Macerentur omnia, excepta Camphora, in Spiritu per aliquot dies; deinde solvatur Camphora in liquore expresso. — Baumei formula cum hac congruit.

ELIXIR ANTIASTHMATICUM Fürstii, sec. Tabul. Smaragd.

Rec. Sulphuris, Salis Tartari āā Unc. tres, liqua, et frigefacta in pulverem redige; adde Gummi Ammon., Aloës, Myrrh. āā Unc. unam, Croci Unc. semis, Spirit. Vin. Tartar. Unc. viginti octo, Tinct. Meliss. Unc. novem, Spiritus Salis Ammon. urinos Drachm. quatuordecim. Digere, filtra.

ELIXIR ANTIASTHMATICUM seu asthmaticum Le Mort.

Rec. Ol. Anisi Drachm. semis, Camphor. Scrup. duos, Acidi benzoici subl., Opii āā Drachm. unam, Croci Unc. semis, Mell. Narbonn., Rad. Liquir. āā Unc. quatuor, Spir. Vini Unc. triginta quatuor. M., digere l. a., exprime et filtra. — Gray Opii et Ol. Anisi āā Unc. unam, et Camphorae Drachm. quinque cum Spir. Vini simpl. Libr. decem digeri praescribit. (V. etiam Elixir asthmaticum et paregoricum.)

ELIXIR ANTICOLICUM CROCATUM v. Elixir de Garus (p. 292).

ELIXIR ANTIFEBRILE seu febrifugum Ph. Wirtemb., Disp. Brunsvic. cet.

Rec. Rad. Gent. rubr. Unc. unam, Serpent. Virg., Hb. Card. bened., Centaur. min., Trifol. fibr., Absinth. Pont. āā Drachm. tres, Cort. Peruv. Unc. unam et semis, Cascarill., Winterani āā Unc. semis, Flor. Sal. Ammon. mart. Drachm. sex. Inc. infunde cum Spir. Vini rectif. Libr. duabus. Post digestionem per 4 dies exprimantur et Elixir, per chartam filtratum, usui servetur. (V. etiam Elixir febrile.)

ELIXIR ANTIFEBRILE Mynsichti.

Rec. Rad. Aristol. rotund., Calami arom., Ostruthii, Tormentillae, Zedoariae āā Unc. semis, Hb. Absinth., Card. bened., Cent. min. āā Man. sex, Hb. Quinquefolii, Rutae āā Man. tres, Sem. Hyperici Drachm. duas, Sal. Absinthii,— Card. bened.,— Cent. min. āā Unc. semis, Camphorae Drachm. unam, Arcani duplic. Drachm. duas. M. pulverisentur omnia, et extrahentur l. a. iterate Spiritu Vini, donec exhausta sint. Commisceantur tincturae et abstrahatur Spiritus ex baln. Mar. ad medietatem. Tincturam remanentem filtra et serva. (Alias similes formulas pristinas praetereamus.)

ELIXIR ANTIFEBRILE Wedelii Disp. Argent. et Ratisb.

Rec. Rad. Galangae, Zedoariae, Hb. Absinth. āā Unc. unam, Rad. Calam. arom. Drachm. sex, Cort. Chinae, Lign. Colubrin., Cassiae Caryoph., Florum Centaur. min. āā Drachm. tres, Cort. Citri, Aurant., Rad. Rhabarb. āā Drachm. duas, Macidis, Nucis Moschat., Caryophill. āā Drachm. unam semis, Costi veri, Hb. Schoenanth. āā Drachm. unam. Incisis et mixtis affunde Acidi Salis Unc. unam et extrahe tincturam cum Spir. Vini rectificatissimi Libr. quatuor.

ELIXIR ANTIHYPOCHONDRIACUM v. Elixir roborans Whyttii.

ELIXIR ANTIHYSTERICUM seu uterinum Durietii.

Rec. Asae foet. Drachm. duas, Opii, Sal. C. Cervi āā Drachm. semis, Tinct. Castor. Unc. tres. M., digere et exprime. (V. etiam Elixir foetidum, uterinum, Essentia seu Tinctura hysterica et Castorei composita.) Alias pristinas formulas praetereamus.

ELIXIR ANTIHYSTERICUM OFFICINALE seu Alcohol cum Asa foetida et Opio Ferrarini. — Fit digerendo Castorei Unc. semis, Asae foetid. Drachm. duas, Opii Drachm. semis et Sal. Succini volat. Drachm. unam in Sp. Vini rect. Unc. quatuor per dies 4 et filtrando.

ELIXIR ANTIMONIALE Sachsii ex Jungkenio. — Fit Scammonii Unc. duas et Antimon.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0308-3
DFG

crudi ppt. Drachm. duas cum Spirit. Anisi Libra semis digerendo et filtrando.

ELIXIR ANTINEPHRITICUM v. Elixir acidum.

ELIXIR ANTIODONTALGICUM v. Elixir odontalgicum, Tinctura odontalgica et Pyrethri.

ELIXIR ANTIPESTILENTIALE de Spina. *Elixir de Spina*, Balsamum vitae Lelièvre sec. Cadet.

Rec. Aloës Succotr. Unc. unam, Theriac., Rad. Rhei āā Drachm. duas, Agaric., Myrrh., Croci āā Drachm. unam, Rad. Gentian., Zedoar. āā Drachm. semis, Spir. Vini opt. Libr. duas, Sacch. Unc. tres. Cont. digere per dies 8 soli exponendo, tunc cola cum expressione et adde Aloën et Saccharum, digere denuo et filtra. (V. etiam Elixir longae Vitae.) Alia pristina praecepta praetereamus.

ELIXIR ANTIPODAGRICUM Guldenklée et Timaei.

Rec. Rad. Artemis. Unc. duas, Rhapont. Mosc., Aristol. rot. āā Unc. unam, Hb. Chamaedr., Flor. Centaur. min. et Hyper. āā Drachm. quinque, Sem. Petros. Macedon. Drachm. sex. Inc., cont. infunde Spir. Vini tartarisati Unc. viginti quatuor. Digerantur per aliquot dies, filtretur tinctura et inde abstrahatur Spir. Vini Libr. una. (V. etiam Elixir acidum.)

ELIXIR ANTIPODAGRICUM Villetii seu Sassaparillae et Chinae compositum *Elixir antigoutteux de Villete sec. Henry et Guibourt.*

Rec. Cort. Chin. gris. Unc. quatuor, Flor. Papav. Rhoead. Unc. duas, Lign. Sassafras Unc. unam, Spiritus Sacchari (Rhum) Unc. centum sexaginta. Digere per dies 15 cola cum expressione et adde Resin. Guajac. pulv. Unc. duas. Digere denuo per dies 15 et adde Syrupum ex Rad. Sassaparill. Unc. quatuor et Sacchar. Unciis quadraginta paratum. Filtra post dies 4.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM Boerhaave.

Rec. Sem. Sinap., Armorac., Erucae, Erysimi, Nasturt. āā Unc. unam, Hb. rec. Cochlear., Lepid., Armorac. āā Manip. duos. Cont. in mortario adde Hb. Lupuli Unc. unam, Spir. Vini rectif. q. s. Macerentur l. a. et exprimatur Elixir.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM Bontokoe.

Rec. Cinnam. Unc. duas, Nuc. Moschat. Unc. semis, Macis Drachm. duas, Caryoph. Drachm. unam, Cort. Citri Unc. unam, Aurant. Unc. semis, Rad. Calami arom., Croci āā Drachm. tres.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM Disp. Fuldens.

Rec. Extr. Trifol. fibr., Fumar., Gramin. āā Unc. semis; Aq. Chamom. Unc. decem, Aq. Raphani rust. comp. (ex Spir. Armorac. Part. una et Aq. Pimentae Part. duabus constantis) Unc. quatuor, Ol. Vitrioli albi Unc. semis. Solve et misce l. a. — Ph. Lusit. ed. Pinto Extr. Tarax. et Gentian. āā Drachm. unam semis, in Succ. Nasturt. expr. Unc. sedecim solvi et solutioni admisceri praescribit Ol. Vitrioli Drachm. unam, Spir. Vini Unc. tres, denique post 24 horarum sepositionem decanthari.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM Sellii.

Rec. Extr. Trifol. fibr., Centaur. min., Fumar., Gramin. āā Unc. semis; solve in Aq. Cochlear. Libr. quatuor, admisce Spir. Cochlear. Unc. duas, Ol. Vitrioli albi Drachm. duas.

ELIXIR ANTISCORBUTICUM seu scorbuticum amarum Brandenburgensium correctum sec. Spielmann.

Rec. Rad. Enul. Drachm. duas, Filic. Unc. semis, Hb. Absinth. Drachm. tres, Cort. Aurant. immat. Drachm. duas, Tamarisci Drachm. sex. Inc. affunde Succi expr. Beccabung., Borrag., Buglossi, Cochlear., Fumar., Nasturt. aq. āā Drachm. duas, Spir. Cochlear. et Nasturt. āā Unc. quatuor. Digerantur per aliquot dies et exprimantur. — Ph. Palat. Succorum loco Herbar. designatar. āā Drachm. tres praescribit, ceterum cum praecedente formula congruit, Spir. Cochleariae quantitatem minus definite indicat et Spiritum Nasturtii omittit, cujus loco pariter Hb. rec. Drachm. tres sumi praescribit. (Alias pristinas similes sed magis compositas, formulas praetereamus.)

ELIXIR ANTISCROPHULOSUM seu amarum Peyrilhe, Tinctura Gentianae alcalina seu digestiva.

Rec. Rad. Gentian. rubr. et Ciner. clav. dep. āā Drachm. duas, Spir. Vini simpl. Unc. triginta. Digere per 24 horas et filtra. — ELIXIR FORTIUS ANTISCROPHULOSUM fit digerendo Rad. Gentian. Drachm. quinque et Ciner. clavell. dep. Drachm. sex in Spir. Vini simpl. Libr. duabus. — Richard Rad. Gentian. Unc. unam et Sal. Alcali vol. sicci Drachm. duas in Spir. Vini simpl. Libr. duabus digeri praescribit.

ELIXIR ANTISEPTICUM Chaussier, Tinctura Chinae seu Kinae Kinae composita Ph. Gallic.

Rec. Chin. fusc. Unc. duas, Cort. Cascar. Unc. semis, Cinnam. Drachm. tres, Croci Drachm. semis, Sacch. albiss. Unc. quatuor Drachm. sex. Conc., cont. macerentur per biduum in Vini Hisp. albi vel Gallici moschati et Spir. Vini Gall. āā Libr. una, decanthetur liquor et admisceatur Naphth. Vitrioli Drachm. una semis. — Van Mons Spir. Vini Unc. viginti, Sacchari Unc. quatuor et Naphthae Vitrioli loco Naphthae Nitri Sesquidrachmam praescribit, ceterum cum praecedente formula congruit. — Rennie Spir. Vini omittit, ceterum pariter cum data formula congruit.

ELIXIR ANTISPASMODICUM Disp. Fuldens.

Rec. Camph. Drachm. unam. Solve in Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. duabus, subigatur cum Extr. Valer. silv. Unc. una, sensim affundantur Aq. Chamom. Unc. sex. M. — Riemer Camphor. Scrup. unum, Liq. anod. Hoffm. Drachm. duas, Extr. Valer. Drachm. sex, Aq. Menth. pip. Unc. sex et Laud. Liq. Sydenh. Drachm. unam l. a. misceri proponit. — Swediaur Rad. Valer. et Serpent. Virg. āā Unc. unam in Spir. Vini rect. Unc. duodecim digeri, et tincturae filtratae admisceri praescribit Camph. Drachm. unam, in Naphth. Vitrioli Unc. duabus solutam. — Van Mons Camphor.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0309-1
DFG

Drachm. unam in Tinct. Valer. Unc. duabus et Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. duabus solvi suadet.

ELIXIR ANTISPASMODICUM et APHRODISIACUM Farines. — Fit miscende Spiritus Cerembycis Moschati, Aquae et Sacchari āā Part. aequales.

ELIXIR ANTISYPHILITICUM seu antivenereum Le Mort.

Rec. Bals. Copaiv. Unc. unam, Resin. Guajac. Drachm. duas, Ol. aeth. Sassafr. Drachm. semis, Spir. Vini rect. Unc. quinque et semis. Leni calore totum digere et filtra. — Praescribitur etiam simul addito pauco Sale Tartari servari. — Disp. Viennense et Spielmannus ad ELIXIR ANTIVENEREUM VIENNENSIUM insuper Bals. Peruv. Unc. semis et Sal. Tartari Drachm. duas addi et Spir. Vini rectificatiss. Unc. sex praescribunt, ceterum ut praecedens. (V. etiam Balsamum polychrestum p. 119.)

ELIXIR ANTISYPHILITICUM seu antivenereum Wrightii usuale in Insula Jamaika.

Rec. Ligni Guajaci Drachm. duodeviginti, Rad. Serpent. Virg. Drachm. tres, Sem. Amomi Drachm. duas, Opii Drachm. unam, Merc. subl. corros. Drachm. semis, Spir. Vini simpl. Libr. duas. Mercur. spirit. antea solvatur, cetera digerantur per 3 dies et filtrentur.

ELIXIR APERITIVUM Clauderi Ph. Wirtemb. cet., Elixir aperiens seu Proprietatis aquosum, Elixir aloëticum, Tinctura Aloës cum Myrrha. Clauders eröffnendes Elixir, wäſſerige Aloëtinctur. *Elixir aperitif de Clauder.*

Rec. Sal. Tartari vel Ciner. clavell. dep. Unc. unam, solvantur in Aq. Sambuci, Cochlear., Nasturt. aquat. āā Unc. quinque. Solutio filtretur et affundatur Aloës Succotr., Myrrh. āā Unc. uni, Croci Unc. semis. Per triduum digerantur et filtrentur. — Codex Hamburg. ciner. clavell. dep. Unc. duas, Aq. et Sambuc. Unc. quindecim praescribit Aq. Cochl. et Nasturt. autem omittit, ceterum ut praecedens. — Disp. Fuldens. et Mayr Sal. Alcali veget. dep., Sal. Ammon. dep. āā Unc. unam in Aq. Chamom. Unc. duodecim solvi et in solutione Extr. Aloës et Myrrh. aquos āā Unc. semis, Croci Austr. Drachm. duas sufficienter digeri praescribunt. — Disp. Lippiac. Sal. volat. Sal. Ammon. Drachm. tres et Sal. digestivi Drachm. sex in Aq. Chamomill. Libr. una solvi et cum solutione filtrata commisceri praescribit, Extr. Aloës et Myrrhae aq. āā Unc. semis et Syr. Croci Unc. duas, deinde post 2 dies digest. denuo colari. — Hufeland. Sal. Tartari, Sal. Ammon. āā Unc. unam in Aq. Cochlear. Unc. viginti tribus solvi et in solutione Aloës lucid., Myrrh., Res. Guajaci, Rad. Rhabarb. āā Unc. semis et Croci Drachm. duas digeri praescribit. — Disp. Viennens. Myrrhae el. cum Liq. Nitri fixi irrorat., Aloës Succotr. āā Unc. semis, Ciner. clavell. Unc. unam, et Croci Austr. Drachm. duas cum Aq. Sambuci Unc. sedecim l. a. digeri praescribit.

ELIXIR APERITIVUM Ph. Hamb. p. paup. Rec. Extr. Tarax., Tart. tartaris. āā Unc. semis, Infusi Rhei, Aq. Menth. pip. āā Unc. tres.

ELIXIR APERITIVUM Rosensteini v. Elixir Sennae.

ELIXIR CUM AQUA CALCARIAE USTAE v. Elixir antacidum p. 285.

ELIXIR AROMATICUM seu Tinctura aromatic. Disp. Lippiac.

Rec. Flor. Cass. Unc. duas, Rad. Calami, Cardam. min., Caryoph., Rad. Zinzib. alb. āā Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere per 14 dies tunc filtra. — Mayr Flor. Cassiae, R. Calam., et Galangae āā Unc. unam, Hb. Menth. pip., Flav. C. Citri rec. āā Unc. unam semis, Cardam. min. et R. Zingib. āā Drachm. duas in Vini Austriaci generos. Libr. tribus per 6 dies macerari tunc exprimi et filtrari praescribit. (V. etiam Claretum p. 183, Essentia seu Tinctura aromatica et Calami composita.)

ELIXIR AROMATICUM ACIDUM v. Elixir Vitrioli Mynsichti et Tinctura.

ELIXIR AROMATICUM ADSTRINGENS Bories.

Rec. Flor. Urtic. mort. Libr. unam, Rosar. pallid. Unc. duas, Summit. Anthos Unc. unam, Sem. Urtic. Unc. octo, Hb. Plantag. Unc. duas, Gland. Querc. Nro. viginti quatuor, Rad. Bistort. Unc. duas, Vini albi Libr. octo. Post 24 horas infusionis adde Tereb. Venet. Unc. quatuor. Destillent in balneo Mariae ad siccum; producto adde Sal. Tartari Unc. unam, Roob Sambuci Unc. quatuor, Sacchari albi Libr. unam. M.

ELIXIR ARTHRITICUM Hoffmanni.

Rec. R. Paeon. Unc. semis, Pyrethri, Cyperi rot., Irid. Illyricae (Hermodactylor) āā Drachm. unam semis, Cardam. Cubebar. āā Drachm. unam, Caryophyll., Cinnamomi āā Drachm. duas, Nuc. Moschat. Unc. semis, Myrrhae el. Unc. unam semis, Hb. Puleg., Majoran. āā Drachm. unam, Hb. Salviae, Chamaedr. et Chamaepithyos āā Unc. duas, Flor. Chamom., Lavend. et Anthos āā Unc. tres. Infund Spir. Vini rect. Libr. quatuor, digere per 14 dies, tunc destilla e baln. Mariae. Destillato adde Extractum cum Sale. Alias pristinas formulas praetereamus. (V. etiam Elixir antarthriticum.)

ELIXIR ASTHMATICUM de Spina.

Rec. Gummi Ammoniaci in Aceto soluti et Myrrhae āā Unc. tres, Croci, Mastich. āā Unc. unam, Succi Liquir., Benzoës āā Unc. semis. Digere cum Spirit. Sulphuris (Vitrioli) q. s. ad suff. humect. per 14 dies, tunc adde Spirit. Anisi vel Foeniculi q. pl. et f. Elixir. (V. etiam Elixir antiasthmaticum, paregoricum et pectorale dulce.)

ELIXIR AURANTIORUM COMPOSITUM seu viscerale Ph. Boruss., Vinum amarum seu aromaticum alcalisatum Tinctura amara,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0310-2
DFG

stomachica seu Corticum Aurantiorum alcalisata. Zuſammengeſetztes Pomeranzen-Elixir. *Elixir d'Oranges composé.*

Rec. Flaved. Cort. Aurant. Unc. quatuor, Fruct. Aurant. immat., Cinnam. Indici āā Unc. duas, Ciner. clavell. dep. Unc. unam. Conc., cont. affunde Vini Malacens. Libr. quatuor; post suffic. digestionem exprime. In colatura Unciar. quadraginta quatuor solve Extr. Absinth., Cascarill., Gentian., Trifol. fibr. āā Unc. unam. Post subsidentiam et decanthationem liquori limpido adde Olei Citri Drachmam, in Liq. anod. Hoffm. Unc. duabus solutam. — Liquor fuscus, subturbidus, non ingrate aromaticus et amarus. — Elixir balsamicum temperatum Hoffm. supplere destinatur; (v. infra.) — Ante dispensationem hoc Elixir semper agitandum est. — Codicis medic. Hamburg. formula cum hac congruit. — Ph. Palatina omittit Cinnamom. et Fructus aurantior. — Ph. Hannov. uti et Ph. Boruss. ed. prior., duas Ol. de Cedro Drachmas praescribunt, ceterum pariter cum hac formula congruunt. — Ph. Saxonica Extracti Trifolii loco, Extr. Centaur. min. praescribit; ceterum ut Ph. Hannover. — Ph. Oldenb. *Extr. Cascarillae et Card. bened.* loco *Extr. Trifolii fibr. praescribit, ceterum pariter ut praecedens.* (V. etiam Elixir balsamicum temperatum et viscerale Hoffmanni, Tinctura amara cet.) — Ph. Hispan. v. Elixir stomachicum Ph. Hisp. — Ph. d'Anvers. Rec. Cort. Aurant., Hb. Scordii āā Unc. unam, Florum Centaurii min., Myrrh. āā Drachm. duas, Rad. Zedoar., Succini āā Drachm. semis, Salis Tartari Unc. semis, Vini Hispan. Libr. unam, Spiritus Vini rect. Unc duas. Digere, cola. Residuo infunde Vini Hispan. Unc. sex; cola et junge liquores.

ELIXIR AURANTII COMPOSITUM Ph. Rossic.

Rec. Flav. Cort. Aurant. rec., in pultem redact., Unc. quatuor. Digere per 3 dies cum Vini Hisp. Libr. duabus, in colat. expressa solve Extr. Absinth., Card. bened. et Gentian. āā Unc. unam, Terrae foliat. Tartari Unc. semis.

ELIXIR AURANTIORUM MYRRHATUM v. Elixir viscerale Hoffmanni.

ELIXIR AUREUM de la Motte v. Tinctura tonico-nervina Bestuscheffii.

ELIXIR AURIFICUM Rotrou v. Tinctura Antimonii tartarisata.

ELIXIR BALSAMICUM seu Aurantiorum compositum sive viscerale Disp. Lippiaci.

Rec. Flav. Cort. Aurant. pulv. Unc. duas. Digere cum Vini Hisp. Libr. duabus per 2 dies, in colat. solve Extr. Gentian. et Chamom. āā Unc. unam, Extr. Myrrh. aq. Drachm. duas. Digere iterum leni calore per 24 horas et cola.

ELIXIR BALSAMICUM Piepenbringii.

Rec. Myrrhae el. Unc. unam, Ligni Quass. rasp. Unc. quatuor, Vini Malvatici Libr. quatuor. Digere per 2 dies, cola cum expressione, et adde Ciner. clavell. dep., Catechu pulv. āā Unc. unam, Extr. Absinth., Trifol. fibr. et Sacchari Candi fusci āā Unc. quatuor; post suff. solutionem decantha liquorem clarum et admisce Tinct. Cinnamomi Unc. duas.

ELIXIR BALSAMICUM GUAJACI v. Elixir guajacinum p. 292.

ELIXIR BALSAMICUM PECTORALE TOLUTANUM, EDINBURGENSE, Ph. Wirtemb.

Rec. Bals. Tolut., Benzoës el., Styrac. Cal., Myrrh. el. āā Drachm. tres, Croci opt. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. viginti. Digerantur atque post suff. extractionem filtrentur. — Van Monsii formula cum hac congruit. — Spielmannus Bals. Tolut. Unc. duas, Peruv. nigri Unc. unam, Flor. Benzoës, Croci āā Unc. semis cum Spir. Vini rect. Unc. viginti quatuor per triduum digeri, tunc filtrari praescribit.

ELIXIR BALSAMICUM IN POLLUTIONES, Medicor. Gallic. — Miscella est Bals. Copaivae, Ol. Terebinth. rect. et Succini rect. āā Drachm. duarum.

ELIXIR BALSAMICUM PURIFICANS v. Tinctura antivenerea Falkii.

*ELIXIR BALSAMICUM (SPIRITUOSUM)* Hoffmanni *Ph. Wirtemb.*, Spielmanni cet.

Rec. Hb. Scord. Unc. unam, Centaur. min., Flav. Cort. Aurant., Myrrh. el. āā Unc. semis, Rad. Zedoar., Nuc. Mosch. āā Drachm. tres, Ligni Aloës Drachm. unam semis, Croci Austr. Drachm. unam, Succini Drachm. tres. Inc. et cont. superfund. Spir. Vini rect. Libr. una semis; digerantur, post suff. digestionem exprimantur et liquori per filtrum trajecto addantur Ol. Cardam. et Caryoph. āā Gutt. decem, in Spir. Sal. Ammon. vin. Unc. una solutae.

## ELIXIR BALSAMICUM STOMACHICUM TEMPERATUM Hoffmanni. Hoffmann's temperirtes Magen-Elixir. *Elixir tempéré de Hoffmann.*

*Synon.:* Elixir stomachale temperatum, stomachicum seu viscerale vinosum Hoffmanni. Vinum Aurantiorum compositum seu de Extractis, Tinctura vinosa Extracti Absinthii composita.

Rec. Extracti Absinthii,
» Cardui benedicti,
» Centaurii minoris,
» Gentianae āā Unciam unam,

Flavedinis Corticum Aurantiorum amarorum Uncias quatuor.
Affunde
Vini Hispanici, genuini, optimi Libras duas,
Spiritus Corticum Aurantiorum rectificati Uncias duas.

Stent per triduum infusa in digestione, postea filtrata reponantur. — Liquor obscure fuscus, clarus, odore grate vinoso, aromatico aurantiaco uti et sapore, simul peramaro. — *Vis:* roborans, stomachica.

*Sit liquor clarus*, sed saturate coloratus, odore et sapore descripto, haud ingrato. Liquor turbidus vellaete tantum coloratus, parum vinosus vel adeo mucosus, odore et sapore ingrato alieno, rejiciatur.

*Usus:* Per se datur, et mixturis guttisque admiscetur.

Pharmacopoeae in parando hoc Elixir passim discrepant. — Disp. Brunsvic., Ph. Helvet., Hispan. et Wirtemb. cum nostra formula congruunt, nisi quod postrema Vini Hispanici loco Vinum Hungaricum praescribit. — Viennenses sec. Ph. Wirtemb. Extractis indicatis insuper addunt Salis Tartari Unc. unam. — Disp. Viennens. et Pragense autem ad ingredientium dictorum quantitatem descriptam quatuor Vini Hungarici Libras sumi jubent et Spiritum Cort. Aurant. omittunt. — Ph. Palat. pariter cum hac formula congruit, nisi quod Vinum Hispanicum praescribit. — Ph. Nosocom. civil. Argent. Libr. tres Vini albi generosi praescribit, ceterum pariter cum Disp. Viennens. congruit. — Ph d'Anvers pariter Libr. tres et Vini Hispanici sumi jubet, ceterum uti Viennenses. — Ph. Hass. El. et Slesvico-Holsat. formulae eo solummodo a nostra discrepant, quod Spir. Aurantiorum loco Tincturam praescribunt. — Ph. d'Anvers Cort. Aurant. Unc. semis, Croci, Myrrh. Succini āā Drachm. semis in Vini Muscati quod dicitur Libr. una per 4 dies digeri et in colatura solvi praescribit Extr. Card. bened., Centaur. min., Millefol., Chamom. vulg., Gentian. āā Drachm. duas et post iteratam digestionem per 24 horas filtrari praescribit. — Ph. Bavar. Flav. Cort. Aurant. Unc. quatuor et Fruct. Aurant. immat. Unc. duas in Vini Hisp. Unc. triginta sex per 3 dies digeri et in colatura expressa solvi praescribit Extr. Cascar., Gentian. et Trifol, fibr. āā Unc. unam. Liquor seponendus, quod clarum decanthandum et residuum filtrandum. — Disp. Fuldens. Extr. Gentian. et Flav. Cort. Aurant. āā Unc. duas in Vini Franconici Libr. una et Spir. Meliss. Unc. una per 3 dies digeri, tunc liquorem exprimi et filtrari praescribit. — Piderit Flav. Cort. Aurant., Chinae el. āā Unc. duas cum Vini albi generosi Libr. duabus per nycthemerum digeri et in colatura expressa solvi praescribit Extr. Trifol. fibr. et Gentian. āā Unc. unam, tunc filtrari. — Spielmannus Cort. Aurant. rec. Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. duas cum Vini Tokaviens. vel Canariens. Unc. duodecim per biduum digeri et in tinctura decanthata dissolvi praescribit Extr. Gentian., Centaur. et Card. bened. āā Drachm. duas, denique filtrari. (Reliquas formulas a nostra prima et Viennensium parum tantummodo discedentes praetereamus. V. etiam sequens et Elixir Aurantiorum compositum, stomachicum et viscerale.)

ELIXIR BALSAMICUM Werlhofii Disp. Brunsvic., Ph. Danic. cet.

Rec. Flav. Cort. Aurant. rec., Chinae opt. āā Unc. semis, Extr. Card. bened., Centaur. min., Myrrh. el., Rad. Costi dulc. āā Drachm. duas, Croci Or. Drachm. unam, Sal. Tartari Unc. semis. Inc., cont. infunde Vini Canariens. Libr. unam et post 3 dies digestionis decantha. — Ph. Danic. nova eandem formulam, sed omisso Costo et Croco, nomine ELIXIR BALSAMICI STOMACHICI Hoffmanni introducit.

ELIXIR BENZOËS Le Mortii.

Rec. Flor. Benzoës Drachm. duas, Ol. Benzoës cum Spir. Salis rect. Scrup. unum, Ol. L. Rhodii Guttas quinque, Moschi Gran. quatuor, Zibethi Gran. duo, Spir. Vini rect. Unc. tres, Sal. Tartari Scrup. duos. Digere per 4 dies et filtra

ELIXIR CACHECTICUM Ettmülleri.

Rec. Aloës Unc. unam, G. Ammon. Drachm. sex, Myrrhae Unc. semis, Croci Drachm. duas, Tinct. Tartari q. s. Digere l. a. et extrahe Elixir.

ELIXIR CAMPECHIENSE Augustin v. Elixir adstringens p. 284.

ELIXIR CAMPHORATUM Bate. — Fit solvendo Camphorae Unc. semis in s. q Spir. Vini Croco tinct. l. a.

ELIXIR CAMPHORAE Le Mortii.

Rec. Camphor., Myrrh., Croci āā Unc semis, R. Contrajerv., Caryophyllor. āā Unc. unam, Opii Drachm. duas, Spirit. Vini super Ligno Sassafr. abstracti Unc. viginti. Digere in fimo equino per 7 dies, tunc decantha. (Alias formulas pristinas praetereamus.)

ELIXIR CARDUI BENEDICTI Augustin.

Rec. Extr. Card. bened. Drachm. semis. Solve in Aq. font. Unc. semis, adde Tinct. Cort. Aurant. Gutt. viginti.

ELIXIR CARMINATIVUM Daffes Anglorum v. Elixir Daffyi. — Reuss: Rad. Enul., Sem. Anisi, Carvi, Coriandri, Rasur. L. Guajaci āā Unc. sex, Crem. Tart. Unc. unam, Fol. Senn. Unc. tres, et Rad. Rhabarb. Unc. semis, cum Spir. Vini Gall. Unc. quadraginta sex per 3—4

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0312-4
DFG

dies digeri tunc filtrari praescribit. (Alias pristinas formulas praetereamus. — V. etiam Elixir Salutis et Tinctura Sennae composita.)

ELIXIR CARYOPHYLLACEUM Fulleri. — Fit Caryophyll. Gran. septuaginta duo et Granor. Paradisi Gran. quadraginta octo in Elixir Propriet. tartaris. et Spirit. Lavend. āā Unc. semis per 3 dies macerando, tunc filtrando.

ELIXIR CATHARTICUM Fulleri.

Rec. Fol. Sennae Drachm. sex, R. Rhabarb. Drachm. duas, R. Liquir. Drachm. unam semis, Sem. Anisi et Carvi āā Drachm. unam, Coccionell. Scrup. unum, Croci Scrup. semis, Spirit. Vini Unc. duodecim, Aq. mirabilis et Cinnamomi āā Unc. duas. Macera sufficienter et colaturae admisce Syr. rosati Unc. duas.

ELIXIR CEPHALICUM Wedelii.

Rec. Rad. Paeoniae Maris Unc. unam, Galang., Valer., Doronici, Hb. Anthos, Mari veri, Salviae āā Unc. semis, Fl. Anthos., Lavend., Lilior. conv., Paeon., Stoechad., Betonic. āā Drachm. duas, Cubebar., Succini āā Drachm. sex, Visci corylini, Ligni Aloës, Ladani āā Drachm. tres, Costi veri, Anacard. āā Drachm. unam. Extrahe cum Spiritu Vitrioli cephalico (Liq. anod. Hoffm.) et fiat s. a. Elixir. (Alias pristinas formulas praetereamus. V. etiam Elixir epilepticum.)

ELIXIR CHALYBEATUM Gockelii.

Rec. Rad. Levist. Unc. unam, Rhabarb. Unc. semis, Chalybis Aceto dest. tamarind. ppti Unc. unam semis, Salis Tartari Drachm. duas, Hb. Menth. Manip. semis, Flaved. C. Citri et Aurant. āā Drachm. duas, Rad. Galang. min. Drachm. unam, Vini Malvatici Libr. tres. Digere per biduum et cola.

ELIXIR CHINAE ET CROCI COMPOSITUM. *Liqueur doré Henry et Guibourt.*

Rec. Cort. Chin. rubr., Cinnam., Cort. Aurant. amar. āā Unc. semis, Croci Drachm. duas, Spir. Vini Gall. antiq. Libr. quatuordecim, Vini Malac. Libr. sex. Digere per dies 4, cola, solve Sacch. albi Libr. duas semis et filtra.

ELIXIR CHOLAGOGUM Ph. Hannover. edit. prior.

Rec. Aloës Succotr. Unc. unam, Rad. Gentian. rubr. Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. quindecim. Post suff. digestionem exprime; in colat. solve Extr. Absinth. Drachm. duas, Spir. Vitrioli Unc. unam. M. — Van Mons Spir. Vitrioli loco Aquam Rabelli praescribit, ceterum uti praecedens.

ELIXIR CINNAMOMI VETERUM in capite rei cum Tinctura Cinnamomi congruit. — Saepius etiam cum Elaeosaccharo Cinnamomi conficitur.

ELIXIR CINNAMOMI STOMACHICUM Fulleri. — Miscella est Elixir Propriet. tartaris. Drachm. trium, Spirit. Lavend. Drachm. unius et Ol. Cinnamomi Gutt. duodecim.

ELIXIR CITRI seu de Cedro Sennerti sec. Spielmann.

Rec. Flav. Cort. Citri rec. Unc. duodeviginti, Spir. Vini simpl. Unc. septuaginta duas. Macerentur per aliquot dies, tunc destillent. dum phlegma apparuerit, tunc addantur Spiritui elicito Succi Citri rec. Unc. novem, Sacch. albiss., in Aq. Rosar. Unc. novem dissoluti, Unc. quinque. Filtrentur. (Alias pristinas formulas similes praetereamus.)

ELIXIR CITRI PURGANS Spielmann. cet.

Rec. Flav. Cort. Citri rec. Unc. unam semis, Spir. Vini rect. Unc. sex. Infunde per 24 horas, in Spir. decanthato dissolve Resin. Jalapp. Unc. unam. Filtra. — Reuss Rad. Jalapp. Unc. unam, Cort. Citri rec. Drachm. tres, Cinnamomi Drachm. unam, Scammonii Drachm. duas et Sem. Anisi Drachm. semis cum Spir. Vini rectificatissimi Unc. octo sufficienter digeri praescribit.

ELIXIR CORDIALE ET STOMACHICUM v. Elixir de Carus p. 292.

ELIXIR CROCI CUM CASTOREO v. Elixir uterinum.

ELIXIR seu TINCTURA Daffyi.

Rec. Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Rhabarb. Unc. unam, Sem. Foenic., Bacc. Junip., Ras. L. Guajaci āā Unc. semis, Sacch. albi Unc. quatuor, Spir. Vini Libr. duas. Digere per 8 dies et filtra.

*ELIXIR DIABOLI. The Devil's Elixir sec. Gray.*

Rec. Piper. Hisp. cont. Unc. semis, Rad. Zinzib. Unc. unam semis, Cantharid. Drachm. duas semis, Croci Unc. unam semis, Caryoph. Unc. semis, Spir. Vini simpl. Libr. tres semis; post suff. digestionem filtra. (V. etiam Tinctura Capsici et Cantharidum.)

ELIXIR Duboisii. — Fit digerendo Rad. Gentian. Drachm. unam, et Ciner. clavell. dep. Unc. unam semis in Spir. Vini Unciis sedecim per 14 dies et filtrando. (V. et Elixir amarum Peyrilhe p. 187.)

ELIXIR DULCE RHEI v. Elixir et Tinctura Rhabarbari dulcis.

ELIXIR EMMENAGOGUM Heins. — Solutio est Extr. Fol. Sennae, Fumar., Centaur. min. āā Drachm. unius et G. Ammoniaci Aceto dep. Scrup. unius in Vini Malvat. q. s.

ELIXIR EPILEPTICUM Timaei.

Rec. R. Paeon. Unc. unam, Doronici, Dictamni, Dentariae āā Unc. semis, Fl. Paeon. Drachm. sex, Lilior. convall., Lavend., Stoechad. Arabic., Primul. Ver., Cheiri, Tunicae, Anthos, Tiliae āā Unc. semis, Sem. Paeon., Visci querni, Nuc. Moschat. āā Drachm. quinque. Affunde Spir. Cerasor. nigr. ad 4 digitorum eminent.; digere per 3 dies, cola cum expressione; abstrahe Spiritum ad dimidium, residuo adde Theriacae Andromachi Unc. unam semis, Mithridatii Unc. semis, Castorei Drachm. tres, Sal. Succini Scrup. quatuor. Digere per 3duum et filtra, tunc. admisce Tinct. Lunae Unc. semis. (Alia praecepta vetusta, plerumque inconcinna praetereamus.)

ELIXIR FEBRILE Disp. Viennens. — In capite rei cum Elixir antifebrile Ph. Wir-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0313-9 DFG

temb. congruit, nisi quod designatis speciebus insuper Rad. Galangae Drachm. duas, Nuc. Moschat. Drachm. unam et Sal. Tartari Drachm. duas addi, R. Serpentar. loco autem, R. Zedoar. praescribit, et in ponderum ratione paullulum partim discrepat.

ELIXIR FEBRIFUGUM Huxhami sec. Richard cum Elixir alexipharmaco Huxhami congruit, nisi quod Scrup. quatuor Croci loco Grana decem et Alcoholis Libras duas praescribit, Coccionellam autem omittit. (V. etiam Elixir antifebrile p. 286 et Hippocastani.)

ELIXIR CONTRA FLUOREM ALBUM ET GONORRHOEAM de Toutain.

Rec. Secal. cornuti Unc. semis, Spirit. Vini rect., Sacch. albi āā Unc. quatuor, Essent. (Ol.) Menth. Anglic. Gutt. quatuor, Aquae purae q. s. Secale pulveratum macera in Alcohole per horas 18, filtra et tincturam obtentam sepone. Residuum in filtro relictum binis vicibus coque cum Aquae Unciis quinque ad sex et cola, colaturas in balneo Mariae vaporando ad Unciar. octo remanentiam radactas Saccharo solvendo adhibe et refrigeratione derelinque; adde tunc tincturam alcoholicam et Essentiam Menthae. M. et filtra.

ELIXIR FOETIDUM Disp. Fuldens., Tinctura Castorei Thebaica Ph. Suecic., *Alcoolé d'Opium fétide Henry et Guibourt*.

Rec. Castor. Russic. Unc. semis, Asae foetid. Drachm. duas, Spir. Cornu Cervi Drachm. unam, Opii sicci Drachm. semis, Spir. Vini rect. Unc. quinque (quatuor Ph. Suecic. et Henry et Guibourt). — Digere per dies 4 et filtra. — Disp. Lippiac. Castor. Moscov. Unc. unam, Asae foetid. Unc. semis, Opii Drachm. unam et Sal. vol. Sal. Ammon. Drachm. duas cum Vini Hispan. Unc. octo per 4 dies digeri tunc. colari praescribit. — Ph. Saxonicae formula cum hac congruit. (V. etiam Elixir antihystericum, uterinum et Tinctura Castorei composita et foetida.

ELIXIR FORTE v. Elixir antiscrophulosum Peyrilhe p. 287.

ELIXIR GAMBOGIAE ALCALINUM seu Solutio Gummi Guttae alcalina Ph. Suecic. — Solutio est Gutti Drachm. semis in Liq. Ciner. clav. dep. Unc. semis. — Ph. Batav. Gummi Guttae Gran. quatuor in Ol. Tart. per deliq. Drachm. duabus solvi praescribit. — Ph. Herbipol. Guttae et Ol. Tart. per deliq. āā Drachm. duas in Aquae Libr. una solvi suadet.

ELIXIR OF GARLICK sec. Gray cum Elixir alliato (p. 284.) congruit.

ELIXIR de Garus, anticolicum crocatum seu cordiale et stomachicum, Alcoholatum de Croco compositum cum Syrupo, Ph. Wirtemb. cet.

Rec. Aloës Succotr. Unc. duas semis, Myrrh. Unc. semis, Croci Or. Drachm. duas, Cinnam., Caryoph., Nuc. Mosch. āā Scrup. unum. Pulverisatis affunde Spir. Vini rectif. Libr. duas. Digerantur per 24 horas, postea ex balneo Mariae ad siccitatem destillent. Tunc rec. Spiritus hujus prolecti, Syr. Capill. Vener. āā Libr. unam, Aquae Naphae Unc. unam. M. — Ph. Parisiens. et Sardoae formula cum hac congruit. — Baumé ad unam Spiritus eliciti Partem duas Syr. Capillorum Vener. Partes sumi praescribit. — Ph. Gallic. ad ALCOHOLATUM DE CROCO COMPOSITUM Aloës Part. trecentas viginti, Myrrhae Part. sexaginta quatuor, Croci Part. triginta duas, Cinnam., Caryoph., Nuc. Mosch. āā P. sedecim cum Spir. Vini Gall. octies mille Part. et Aq. Naphae P. quingentis l. a. digeri et destillari praescribit. — Quatuor hujus Liquoris stillatitii Partes cum quinque Syr. Capill. Ven. Partib. commixtae constituunt ELIXIR de Garus, cui color aureus Saccharo conciliatur ita percocto, ut rufescat et in Aq. Naphae soluto. Sunt qui *Crocum destillationi non committunt, sed in liquori destillato macerari curent* (v. gr. Van Mons), tunc autem sapor Croci ingratus contrahitur. — Gray prima formula cum Baumei congruit. — In secunda Myrrhae Unc. semis, Aloës et Croci āā Drachm. duas, Cinnamomi, Caryophyllor., Nuc. Moschat. āā Scrup. unum cum Spir. Vini simpl. Libr. duabus semis digeri et Liquori colato admisceri praescribit Syr. Capill. Ven. Libr. duas, Aq. Naphae Unc. unam semis. — Spielmannus Aloës Unc. unam, Spir. Vini Unc. quadraginta octo et Aq. fontan. Unc. duodecim praescribit, Crocum autem omittit et Uncias quadraginta octo abstrahit; ceterum cum prima formula congruit. (*Alias formulas parum discrepantes praetereamus.*)

ELIXIR GLYCYRRHIZAE v. Elixir pectorale Regis Daniae, Ringelmanni et e Succo Liquiritiae.

ELIXIR seu BALSAMUM GUAJACINUM Ph. Edinb. ed. prist., Tinctura Guajaci composita. — Fit Resin. Guajaci Libr. unam, Bals. Peruv. Drachm. tres et Spir. Vini rect. Libr. duas semis per 10 dies digerendo et filtrando. — Ph. Genev. Unc. semis Bals. Peruv. et Van Mons Unc. duas tantummodo Res. Guajaci praescribunt, ceterum cum praecedente congruunt.

ELIXIR GUAJACI VOLATILIS EDINB. — Fit Res. Guajaci Unc. quatuor, Bals. Peruv. Drachm. duas, Ol. Sassafr. Drachm. semis et Spirit. Sal. Ammon. vinos. Libr. unam semis per 6 dies macerando et filtrando.

ELIXIR Helmontii v. Elixir Proprietatis album.

ELIXIR (EXTRACTI) HIPPOCASTANI seu febrifugum Augustin.

Rec. Extr. Cort. Hippocast. Drachm. unam, Aq. Cinnam. Unc. unam. M.

ELIXIR HYPNOTICUM seu Silentium pectoris Lemeryi. — Miscella est Laud. liq. Sydenh., Salis vol. oleos. Sylvii āā Unc. trium, Tinct. Croci Drachm. duarum et Ol. Caryophyllor. Drachm. unius cum dimidia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0314-5 DFG

ELIXIR HYPOCHONDRIACUM QUINCY.
Rec. Rad. Valer., Cassumuniar. aa Unc. duas, Helleb. nigri Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere per 24 horas, cola cum expressione et adde Extr. Croci Unc. unam, Sal. Martis Unc. semis et Aceti dest. Unc. octo. Digere denuo per aliquot dies, tunc cola.

ELIXIR HYSTERICUM v. Elixir antihystericum p. 286.

ELIXIR JALAPPAE COMPOSITUM v. Elixir anthelminthicum Suecorum, Citri purgans, purgans et Tinctura.

ELIXIR JERNITZII v. Elixir ad longam Vitam.

ELIXIR JUNIPERINUM seu Malvatico-juniperinum *Ph.* Argentoratens. et SPIELMANN. — Solutio et Roob Junip. Unc. quatuor in Vini Malvatici Unc. duodecim, quae colanda.

ELIXIR JUNIPERINUM Ph. Norimb. — Fit destillando Bacc. Junip. matur. cum s. q. Spirit. Junip. et solvendo in destillato s. q. Roob Juniperi et Cynosbati aa, edulcorando Saccharo et filtrando.

ELIXIR LITHONTRIPTICUM sec. LEMERY.
Rec. Fruct. Fragar. Libr. unam, Sacchar. alb. Libr. semis, Sem. Milii Solis Unc. tres, Bacc. alkekengi, Hb. Virgaureae, Hederae terrestr., Saxifragae aa Man. semis.

ELIXIR AD LONGAM VITAM seu Vitae longae Ph. Boruss., Tinctura longae Vitae seu pro vita producenda, Elixir stomachicum officinale seu Suecicum sive JERNITZII, Elixir amarum HIAERNE, Tinctura Aloës composita. Lebens-Elixir. *Elixir de longue Vie.*
Rec. Aloës lucid. Drachm. decem, Agarici, Rad. Rhei, Zedoar., Gentian. rubr., Galang., Myrrh., Elect. Theriac. aa Scrup. octo, Croci Drachm. duas, Sacch. albi Unc. quatuor. Conc. et cont. affunde Spir. Vini Gall. Libr. quatuor. Digere per aliquot dies, tunc exprime et filtra.— SPIELMANNUS ad ELIXIR AMARUM HIAERNE R. Zedoar. Drachm. unam, Rhabarb. Drachm. duas, Gentian. Unc. semis, Croci Drachm. semis, Aloës hepat. Unc. unam, Myrrhae Unc. semis, Agarici Drachm. unam et Theriacae ANDROMACHI Drachm. duas cum Spir. Vini Unc. triginta sex per aliquot dies in baln. Mariae digeri tunc filtrari praescribit. — Ph. Batav., SWEDIAUR et VAN MONS Agar. albi, Rad. Gentian., Zedoar., Rhei, Croci, Theriac. aa Drachm. unam, Aloës Drachm. novem cum Spir. Vini Unc. triginta duabus digeri praescribunt. In alia formula posterior Duplum Spirit. Vini et Theriacae, et R. Zedoariae loco Cinnamomum (Drachm. unam) sumi praescribit, ceterum uti in praecedente.—Ph. Gallic. Aloës Drachm. novem, R. Gentian., Croci, Rhabarb., Agarici aa Drachm. unam et Theriacae Drachm. duas cum Spir. Vini Gallici Libr. duabus per 15 dies digeri, decanthari, et residuo admisceri praescribit Cinnamomi Drachm. unam, et Sacchari Unc. unam semis, denuo cum Spir. Vini Libr. duabus ut antea digeri, tunc Tincturas claras commisceri praescribit. (Alias parum discedentes formulas praetereamus. — V. etiam Elixir Aloës, amarum, antipestilentiale, Proprietatis, purgans, DE SPINA et stomachicum.)

ELIXIR MASTICHIS seu mastichinum Disp. Brunsvic.
Rec. Spir. mastichini Libr. duas, Aq. font., in qua Sacchari Unc. decem solutae sunt, Libr. unam. M.

ELIXIR MELLIS seu asthmaticum WALDSCHMIDI.
Rec. Mellis Unc. quatuor, Spirit. Vini Unc. viginti. Digere per 7 dies, adde Spir. Sal. Ammon. Unc. duas; digere iterum per 2 dies et filtra.

ELIXIR MENSTRUALE Disp. Viennens.
Rec. Hb. Anthos. silvestr., Artemis., Rutae, Pulegii, Sabinae, Matricar., Antherarum Lilior. alb., Fl. Chamom. Rom., Sem. Dauci et Levist., Cass. lign., Croci Austr. aa Unc. semis, Myrrh. rubr. Liq Nitri fixi irrorat., Bacc. Lauri, R. Levist. aa Unc. unam, Fl. Sal. Ammon. mart. Drachm. duas, Spirit. Melissae Libr. tres. E conc. et cont. per aliquot dies facta digestione extrahatur Elixir.

ELIXIR DE MITTIÉ sec. CADET.
Rec. Rad. Zinzib. Unc. semis, Cinnam., Piper. longi, Rad. Galang. min. aa Drachm. duas, *Nuc. Moschat., Caryoph. aa Drachm.* unam, *Cardam. min. Scrup.* unum, *Spir.* Vini rect. Unc. sex. Post suff. digestionem filtra.

ELIXIR MYRRHAE LONDINENSE seu MYRRHAE COMPOSITUM Ph. Wirtemb., Tinctura Sabinae composita.
Rec. Extr. Sabin. Unc. unam. Dissolvatur in Tinct. Myrrh. Unc. octo, Tinct. Castor. Unc. sedecim. Post suff. digestion. Elixir filtretur. — GRAY et RENNIE Tinct. Myrrh. Unc. sex et Tinct. Castor. Unc. tres cum Extr. Sabin. Unc. semis misceri suadent.

ELIXIR NEPHRITICUM ROLLFINCKII.
Rec. Bacc. Junip. Unc. tres, Hb. Hederae arbor. Unc. unam, Alkekengi Unc. unam semis, Sem. Cynosb. et Milii Solis, Rad. Saxifrag. alb., Pimpin., Ononid., Raphani rustic. aa Unc. unam, Hb. Heder. terrestr., Veron. et Virgaur. aa Man. duos, Fl. Meliloti et Chamom. aa Man. semis, Spir. Vini quant. satis et Spir. Salis Unc. duas. Digere per tres dies et filtra. (Alia praecepta vetusta praetereamus.)

ELIXIR ODONTALGICUM ET ANTISCORBUTICUM seu Tinctura Spilanthi BAHI.
Rec. Hb. rec. cum Flor. Spilanthi olerac. Unc. quatuor, Spir. Vini rectificatiss. Unc. duodecim. Digere per 14 dies et filtra. (V. etiam Tinctura Para-Lepidii.)

ELIXIR ODONTALGICUM DE LA FOUDIGNÈRE. *Alcoolé de Guajac et de Pyrethre composé* HENRY *et* GUIBOURT.
Rec. Ligni Guajaci rasp. Unc. unam, Rad. Pyrethri, Nuc. Mosch. aa Drachm. duas, Caryoph. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, Ol. Anthos Gutt. viginti, Bergamott. Gutt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0315-1
DFG

octo. Cont. substant. solidae, macerentur per dies 8 in Spiritu Vini; tum cola, adde Olea aetherea et filtra.

ELIXIR PAEONIAE MYNSICHTI in capite rei cum Elixir epileptico TIMAEI congruit sed minus est accumulatum.

† ELIXIR seu ESSENTIA PAPAVERIS, Vinum Glycyrrhizae Thebaicum seu Opii crocatum Ph. Suecic.

Rec. Succi Liquir., Croci, Opii pulv. āā Scrup. quinque, Vini Hisp. Unc. decem Digere per quatuor dies et cola. — Ph. Suecic. pristina uti et Fennica Unc. semis Succi Liquir. praescribunt, ceterum cum praecedente formula congruunt. — VAN MONS Opii et Croci āā Drachm. quinque, Succi Liquir. Unc. unam semis et Vini Mader. Unc. triginta praescribit.

ELIXIR PANCHYMAGOGUM PURGANS ZWELFERI.

Rec. *Cinnamomi* opt. Unc. unam, Rad. Zinziber. Scrup. duos, Spic. Indic. Drachm. semis, L. Santalor. omn. āā Drachm. unam, Cort. Aurant. et Citri rec. āā Unc. unam, Macid. Drachm. duas, Fl. Violar., Borrag., Genistae āā Pug. unum. Inc. et cont. digere brevi tempore cum Spirit. Junip. rect. Unc. sex, Spirit. Foenic. rect. Unc. tribus et Sp. Anisi rect Unc. quindecim, tunc destillent e baln. Mariae ad siccitatem. Serva Spiritum et residuum; tunc Rec. R. Rhabarb. el. Unc. unam semis, Agarici albi Unc. unam, R. Mechoac. alb. Unc. duas, nigrae (R. Jalapp.) Drachm. decem, Turbith. albi et gummosi Unc. unam semis, Hermodactylor. Unc. unam, R. Polypod. querni et Asari āā Drachm. tres, R. Helleb. nigri Drachm. septem, Cort. R. Enulae ppt. Drachm. sex, Fol. Sennae sine stip. Unc. unam semis, Sem. Ebuli Drachm. tres. Inc. et cont. affunde iterate Spirit. Vini rect., donec species penitus extractae sint, et abstrahe Spiritum ex tinctura *in baln.* Mariae ad extracti mellis liquidioris consistentiam, cui superior destillatus Spiritus superaffunditur, post debitam extractionem filtra. Si quid autem Extracti in intactum remanserit, denuo cum Spirit. Junip., Anisi et Foenic. āā Unc. duabus, vel Spir. Vini simpl. Unc. sex tractandum; colaturae commisceantur. — Adhibetur cum Syrupo conveniente refrigerante commixtum.

† ELIXIR PAREGORICUM (ANGLICUM), asthmaticum seu antiasthmaticum, Tinctura Opii benzoica seu Camphorae composita sive Opii camphorata cum Acido benzoico, Tinctura sedativa seu alcoholica Opii et Acidi benzoici camphorata Ph. Borussic.

Rec. Opii pulv., Flor. Benzoës, Camphor., Ol. Anisi āā Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas. Misce, digere, tunc filtra. — Liquor laete flavo-fuscus, odore et sapore ingredientium. — Uncia una duo circiter Grana Opii cum dimidio continet. — *Vis:* anodyna, resolvens, expectorans. — *Usus:* Per se datur guttatim et mixturis admiscetur.

Discrepant Pharmacopoeae in parando hoc Elixirio. — Ph. Hannover., Saxonic. et Slesvico-Holsat. cum illa formula congruunt. — Ph. Londin. Opii, Flor. Benzoës āā Drachm. unam, Camphor. Scrup. duos et Spir. Vini rect. Libr. duas et semis praescribit. — Ph. Edinb. Libr. duas Spir. Vini praescribit, ceterum ut praecedentis. — Ph. Dublin. insuper Ol. Anisi Drachm. unam addit, ceterum pariter ac Ph. Londin. — Disp. Lippiaci et Ph. Suecic. formulae cum hac congruunt. — Ph. Americana praeterea Extr. Liquir. Unc. semis et Mell. desp. Unc. duas addit, ceterum uti Ph. Dublin. (V. etiam Elixir antiasthmaticum p. 286.)

ELIXIR PAREGORICUM EDINBURGENSIUM seu Scoticum, Tinctura Opii ammoniata seu Benzoatis Ammoniae composita, Alcohol cum Benzoate Ammoniae compositus seu ammoniacalis opiatus Ph. Edinb.

Rec. Flor. Benzoës, Croci āā Drachm. tres, Opii Drachm. duas, Ol. Anisi Drachm. semis, Spir. Sal. Ammon. vinosi (Ph. Ed.) Unc. sedecim. M., digere per 7 dies et filtra. — Uncia una hujus Elixirii octo fere Opii Grana continet. — Ph. Belgica Croci Drachm. quinque in Sal. volat. oleosi SYLVII Unc. quatuor per 2 dies digeri et in colat. solvi praescribit Flor. Benzoës Scrup. quinque et Opii dep. Drachm. duas, iterum per 2 dies digeri, filtrari, et residuo infundi Spir. Sal. Ammon. vin. Unc. duas, denuo per 24 horas digeri, colari, in colatura solvi, quod in filtro remanserit, et post aliquot horas filtrari, tunc colaturis commixtis admisceri Ol. Anisi Gutt. triginta duas. — CADET et PIERQUIN Opii sicci Drachm. duas et Flor. Benzoës Unc. semis in Spir. Sal. Ammon. vin. Libr. una per 5 dies digeri et filtrari suadent. (V. etiam Tinctura.)

ELIXIR PAREGORICUM seu Tinctura Opii camphorata Ph. Lusit.

Rec. Opii *dep.* Drachm. unam, Camphor. Scrup. duos, Spir. volat. arom. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. unam. Macerata per 4 dies in vase clauso filtrentur. (V. etiam Spiritus ammoniatus et Tinctura anodyna ammoniacalis.)

ELIXIR PECTORALE ANGLICUM v. Elixir pectorale WEDELII p. 296.

ELIXIR PECTORALE BALSAMICUM Ph. Hamb. p. p. — Solutio est Extr. Myrrhae aquosi in Elixir pector. simplicis Unc. quatuor. (V. etiam Elixir balsamicum pectorale p. 289.)

ELIXIR PECTORALE BAIERI.

Rec. Rad. Liquir, Cort. Chinae āā Unc. unam, Rad. Ireos, Hb. Trifol. fibrin. āā Drachm. sex, Rad. Enulae *Drachm.* quinque, Hb. Hyssopi, Hederae *terr.* āā Manip. duos, Gummi Ammon., Styrac. Calam., Milleped. ppt., Sem. Anis. stell., Croci āā Unc. semis, Spiritus Vini rectif. v. Spirit. Anisi q. s. ut fiat l. a. Elixir.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0316-7 DFG

ELIXIR PECTORALE DULCE seu asthmaticum Ph. Austriac. prov. — Fit digerendo Succi Liquir. Unc. tres in Spirit. aromat. Libra una et Spirit. Sal. Ammon. anisati Libra semis et colando. (V. etiam Elixir pectorale Regis Daniae et Ringelmanni.)

ELIXIR PECTORALE Elsneri.
Rec. Rad. Liquir., Croci, Sem. Anisi stell. aa Part. quatuor, Rad. Enul., Irid. flor. aa Part. octo, Spir. Hyssopi Part. nonaginta sex. Infunde in balneo Aquae, filtra et adde colaturae Bals. Peruv. Part. unam, Mell. Narbonn. Part sedecim. Sepone per aliquod tempus et filtra.

ELIXIR PECTORALE EDINB. sec. Lewis.
Rec. Bals. de Tolu Unc. duas, Peruv. nigri Unc. unam, Fl. Benzoës, Croci aa Unc. semis, Spir. Vini rect Libr. duas et semis. Digere per 3 dies et filtra.

ELIXIR PECTORALE Ph. Herbipolit.
Rec. Asae foet. Drachm. duas, Flor. Benz., Opii puri, Camph., Croci, Squill., Ol. Anisi aa Scrup. duos, Bals. Peruv. Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas semis. Digere et post suff. extractionem filtra.

## ELIXIR PECTORALE REGIS DANIAE. Däniſches Bruſt-Elixir. *Elixir pectoral du Roi de Danemarc.*

*Synon.:* Elixir pectorale dulce seu volatile dulce. (De aliis Synonymis v. sequens.)

Rec. Radicis Angelicae Uncias tres,
» Levistici Unciam semis,
Florum Chamomillae Romanae Unciam unam et semis,
Seminis Anisi Uncias octo,
» Foeniculi Uncias quinque,
Macidis Drachmas tres,
Nucum Moschatarum,
Myrrhae electae aa Unciam unam,
Cinerum clavellatorum Uncias duodeviginti.
Incisis et contusis affundantur, in cucurbita vitrea,
Spiritus Vini rectificati Librae quatuor,
Aquae fontanae Librae duae; stent in digestione per triduum, tunc adde
Salis Ammoniaci pulverisati Libram unam,
destillent, juncturis vitri probe clausis, lento igne, ad residuum Librae unius, liquor prolectus volatilis superfundatur
Succi Liquiritiae Hispanicae Unciis quinque, in
Aquae Foeniculi Libra una soluti,
Croci Orientalis Drachmis duabus.

Digerantur per aliquot dies, postea Elixir, per chartam filtratum, servetur. — Liquor clarus fusco-nigrescens, subimpellucidus, odore aromatico et ammoniacali, uti et sapore, simul dulci glycyrrhizino. — *Vis:* resolvens, expectorans, incitans, carminativa et incidens.

*Sit liquor clarus bonae notae ut supra descriptus.* Liquor turbidus, odore et sapore narcotico Opii rejiciatur.

*Usus:* Per se datur guttatim, et mixturis admiscetur. (V. etiam sequens et Elixir e Succo Liquiritiae.)

Disp. Pragense ad ELIXIR PECTORALE VOLATILE DULCE Geelhausenii Sem. Anisi Unc. tres, Foeniculi Unc. quinque, R. Angelicae Unc. tres, Levist. Unc. semis, Fl. Chamom. Rom. et Hyperici, Myrrhae el., Benzoës aa Unc. unam, R. Ireos. Flor., Enul. aa Unc. sex, Nuc. Moschat. Unc. octo, Macid. Unc. semis, Croci Drachm. duas, Sal. Tartar. Unc. duodeviginti, et Sal. Ammon. Unc. unam semis, cum Spir. Vini opt. Libr. tribus, Vini generosi Libr. duabus et Aq. Foenic. Libr. una semis, per aliquot dies digeri et l. a. destillare, in destillato autem solvi praescribit Succi Liquir. Hispan. Unc. quatuor, tunc filtrari.

ELIXIR PECTORALE Ringelmanni, vulgo Regis Daniae, Elixir pectorale dulce seu e Succo Glycyrrhizae sive Liquiritiae Pharmac. Borussicae.

Rec. Succi Liquiritiae depurati Uncias duas. Solve in Aquae Foeniculi Unciis sex, Spiritus Solutioni decanthatae et colatae adde. Salis Ammoniaci anisati Uncias duas. Mixta in vase bene clauso serva. — Liquor praecedenti similis, sed minus aromaticus, et ammoniacalis, dulcior. — *Vis:* praecedentis, sed mitior. — *Usus:* Idem; in majori dosi adhiberi licet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0317-3
DFG

Codicis medic. Hamburg., Ph. Hass. El., Saxon. et Slesvico-Holsaticae formula cum hac congruit. — VAN MONS octo Aq. Foenic. Part. praescribit, cetera pariter ut in praecedente. — Ph. Boruss. castr. Succi Liquir. dep. Unc. unam, Aq. Foenic. Unc. octo et Sal. volat. Salis Ammon. sicc. Drachm. semis misceri praescribit. Disp. Fuldens. Succi Liquir. Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. vinosi Libr. semis et Aq. Foenic. Libr. unam praescribit. — Disp. Lippiac. Succi Liquir. Unc. tres, Croci Drachm. duas, Aquae Foenic. Libr. unam et Spir. Sal. Ammon. vin. Unc. quatuor per 2 dies digeri et colari praescribit. — Ph. Danica prist. et SPIELMANNUS Succi Liquir. Unc. sex cum Aq. Foenic. Libr. una, et Spir. Sal. Ammon. anisati Libr. tribus per 24 horas digeri, tunc colari praescribunt. — Disp. Brunsvic. Spiritum Sal. Ammon. anisatum omittit ceterum ut praecedens. — Ph. Danica nova Succi Liquir. Unc. sex, Aq. Foenic. Libr. unam, Sem. Anisi cont. Unc. unam et Spir. Sal. Ammon. vinosi Libr. tres l. a. digeri, tunc colari jubet. (V. etiam Elixir e Succo Liquiritiae.)

ELIXIR PECTORALE SIMPLEX Ph. Hamburg. p. paup. — Solutio est Succi Liquir. Drachm. trium in Aq. Foenic. Unc. quatuor.

ELIXIR PECTORALE VOLATILE DULCE v. Elixir pectorale Regis Daniae.

## ELIXIR PECTORALE WEDELII Ph. Wirtemb. cet., Elixir pectorale Anglicum.

Rec. Rad. Enul., Irid. flor., Scill. praep. āā Unc. unam, Liquir. Unc. semis, Ligni Santali rubri Unc. unam, Hb. Rorellae Unc. unam et semis, Sem. Anisi Unc. semis, Benzoës Drachm. sex, Myrrh. Unc. semis, G. Ammon. Drachm. duas, Croci Drachm. tres. *Extrahantur* Spir. Vini rect. Libr. duabus. *Exprimantur* et *filtrentur*.

Ph. Batav. Hb. Rorellae omittit. — Disp. Pragense et Viennense Squillam omittunt et Spiritus quantitatem incerte indicant; ingredientibus enim comminutis ad 4 digitorum eminentiam superaffundi nostra; ceterum cum volunt formula congruunt. SPIELMANNI formula pariter cum Wirtembergica congruit, nisi quod insuper Rad. Alth. Unc. unam addi proponit. — HUFELANDIUS Rad. Enul., Ireos Flor., Squill. āā Unc. unam, Benzoës, Myrrh., Sem. Anisi, Succi Liquor., G. Ammon. dep. āā Unc. semis et Croci Drachm. tres sumi praecipit et cum Spir. Vini rect. Libr. una l. a. Elixir parari. — VAN MONS Croci Scrup. duos in Spir. Vini Gall. Unc. triginta duabus per 2 dies macerari, tunc addi praescribit Rad. Liquir., Sem. Anisi āā Unc. semis, Rad. Enul. et Ireos Flor. āā Unc. unam, G. Ammon. Drachm. duas, Myrrh. Unc. semis, iterum digeri per dies 2, tandem addi Rad. Squill. Unc. unam, Benzoës Drachm. tres et per aliquod tempus digesta filtrari. CADET ad ELIXIR PECTORALE ANGLICUM Rad. Squill., Enul., Ireos Flor. āā Unc. tres et Drachm. unam, Benz. Drachm. duas, Rad. Liquir., Myrrh., Sem. Anisi āā Drachm. unam et Gran. duodeviginti, G. Ammon. Scrup. duos et Croci Gran. septendecim cum Spir. Vini Unc. viginti duabus per dies 14 macerari, tunc filtrari praescribit. (Alias formulas, a primo praecepto parum discedentes, praetereamus.)

ELIXIR PECTORALE WERLHOFII. — Miscella est Spir. Sal. dulc. Unc. duarum et Syr. Papav. Rhoead. Unc. sex.

ELIXIR PESTILENTIALE CROLLII Disp. Viennens. cet.

Rec. Flor. Sulph. Unc. tres. Affund. Ol. Bacc. Junip. Libr. semis, Ol. Succini albi rect. Unc. unam semis. *Stent* in baln. Arenae saepius agitata, ut Flores *lente* sine adustione solvantur; deinde Rec. *Theriacae* ANDROMACHI Libr. unam; extrahatur cum Spirit. Vini opt. suff. quant. Tinctura, quae a Spiritu separata seorsim servanda; tum Rec. R. *Enulae*, *Angelicae*, Bacc. Junip. cont. āā Unc. tres. Cum nova Spir. Vini copia extrahatur Tinctura, quae misceatur cum Tinctura theriacali, demum affundatur Ol. Juniperi succinatum Floribus Sulphuris impraegnatum, et omnia per 14 dies calore digerantur et filtrentur. v. etiam Elixir antipestilentiale.

ELIXIR PESTILENTIALE de SPINA v. Elixir antipestilentiale, quod cum Elixir longae Vitae congruit. (*Alias similes formulas pristinas praetereamus.*)

ELIXIR (STROBILORUM vel potius TURIONUM) PINI. — Solutio est Extr. Turion. Pini Unc. duarum in Spirit. Cochleariae Unc. decem.

ELIXIR Dr. PEYRILHE s. Elixir antiscrophulosum p. 287.

ELIXIR PNEUMONIACUM MEIBOMII vel FISCHERI.

Rec. G. Ammoniaci, Aloës hepat., Myrrhae rubr. el. āā Unc. unam, Croci *opt. Drachm.* duas, Flor. Sulphur. Unc. quatuor, *extrahantur* cum *Spirit. Vini rect. s. q. l. a.*, ut f. Elixir.

ELIXIR POLYCHRESTUM Ph. Wirtemb.

Rec. Extr. Panchymagogi Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, Spir. Vitrioli Drachm. tres. M. digere et serva.

ELIXIR POLYCHRESTUM EDINBURGENSIUM v. Elixir Guajacinum p. 292.

ELIXIR POLYCHRESTUM HALENSE. — Constat ex Extr. Panchymagogi Unc. una et Mixtur. simpl. Unc. sex.

ELIXIR POLYCHRESTUM LENTILLII.

Rec. Aloës Succotr., Myrrh. rubr. āā Unc. unam, Croci or. Unc. semis, Castor. opt. Drachm. duas, Opii Theb. Scrup. duos vel Drachm. semis. C. c. affunde Spir. Cochlear. ad eminent. trium digitorum. Digere per 8 dies leni calore: tunc affunde Spir. Vini rectificatiss. tartarisati tantundem, Sal. Ammon. Drachm. sex, Tartari Unc. semis, Camphorae in Spir. Vini solut. Scrup. semis; rursum per 8 dies digere tunc filtra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0318-8
DFG

ELIXIR POLYCHRESTUM PURGANS Disp. Brunsvic.

Rec. Fol. Senn. mund. Unc. unam, Rad. Rhabarb. opt. Unc. semis, Cort. Citri, Sal. Tartari āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. decem. Digestis et expressis adde Resin. Jalapp. Drachm. decem, Spir. Cochlear. Unc. sex. M.

ELIXIR PRETIOSUM Kannekennii. — Fit destillatione miscellae Oleorum aethereorum non minus quam viginti septem diversissimorum cum Aqua Rosarum, digerendo Oleum mixtum obtentum cum Alcohole Vini, et abstrahendo Spiritum. Productum hoc Elixir pretiosum album vocabatur, idque cum Moscho, Ambra et Zibetho, cum Spiritu Vitrioli irroratis, digeri et Succo Granor. Chermes colorari solebat.

ELIXIR PROPHYLACTICUM AMARUM Ph. Helvet.

Rec. Rad. Angelicae, Calami arom., Cichorii, Gentian., Hb. Card. bened., Centaur. min., Salviae, Scordii, Rad. Rhabarb. el. āā Drachm. duas, Aloës dep. Unc. unam, Myrrhae el. Unc. semis, Croci opt., Cort. Aurant. āā Drachm. unam, Sal. Tartari Drachm. duas, Spir. Vini rectificati Libr. quatuor. Digere per dies 8, tunc cola. (Alias similes compositiones praetereamus. V. etiam Elixir pestilentiale.)

ELIXIR PROPHYLACTICUM CONTRA PESTEM.

Rec. *Aloës Unc. unam, Rad. Rhabarb., Mithridat. āā Drachm. duas, Croci, Myrrh.,* Camphor., Agarici āā Drachm. unam, Rad. Zedoariae, Gentianae alb. āā Drachm. semis. Infunde Spirit. Vini rectificat. ad eminentiam trium vel quatuor digitorum. Digere, filtra.

ELIXIR PROPRIETATIS, Elixir Proprietatis sine Acido dulce simplex, Elixir Proprietatis Paracelsi emendatum, Elixir aloëticum aperitivum, Tinctura aloëtica seu Aloës composita crocata seu cum Myrrha, Tinctura alcoholica Aloës composita Ph. Amstel., Batav. *Alcoolé d'Aloës myrrhosafrané.*

Rec. Aloës, Myrrh. et Croci āā Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. triginta. Digere Crocum cum Spiritu per 24 horas et in colatura Myrrham et Aloën tritas per triduum, et filtra. — Bate octo tantummodo Alcoholis Vini Uncias praescribit, ceterum uti praecedens. — Ph. Americ., Dublin. et Londin. Croci et Aloës āā Unc. tres cum Tinct. Myrrh. Libr. duabus et semis per 14 dies macerari praescribunt. — Ph. Lusit. et Gray ad ELIXIR ALOËS PROPRIETATIS seu Tincturam Aloës compositam Libr. duas tantummodo Tinct. Myrrh. praescribunt, ceterum ut praecedens. — Ph. Genev. pariter Libr. duas Tinct. Myrrh. et Aloës Unc. tres, Croci autem duas tantummodo Uncias et per 8 dies digeri uti Ph. Lusit. — Ph. Edinb. et Gray ad Tincturam Aloës cum Myrrha Myrrh. pulv. Unc. duas cum Spir. Vini rectificatiss. Libr. una et semis et Aq. Libr. semis per dies 4 digeri, tunc addi praescribunt Aloës Unc. unam et semis Croci Unc. unam, rursus digeri per triduum, tunc colari. — In alia formula Gray Myrrhae Unc. duodecim, Croci Unc. unam et Aloës Unc. octo in Spirit. Vini rect. Libr. septem et Aquae Libr. quatuor s. a. digeri praescribit. — Ph. Hispan. Aloës et Myrrh. āā Unc. unam et Croci Unc. semis cum Spir. Vini rectificatiss. Libra una semis per 8 dies digeri, tunc filtrari praescribit. — Ph. Ferrar. et Suecic. Myrrh. et Croci āā Unc. unam in Spir. Vini rectif. Unc. triginta duabus per triduum digeri, deinde addi praescribit Aloës Unc. unam et semis, iterum per biduum digeri et filtrari. — Van Mons viginti quatuor, — Ph. Parm., Ferrarini et Taddei viginti tantummodo Uncias Spiritus praescribunt; ceterum cum praecedente formula congruunt. — Gray ad Elixir Proprietatis dulce Aloës Myrrhae et Croci āā Unc. tres, cum Spir. Vini rect. Libr. duabus l. a. digeri praescribit. — Ph. d'Anvers, Belgica et Van Mons etiam Tincturarum Aloës, Myrrh. et Croci āā Part. aequales ex tempore misceri suadent. — Ph. Austriaca provinc. Tinct. Aloës et Myrrhae P. duas, et Tinct. Croci P. unam. — Codex medic. Hamburg. Tinct. Aloës Part. tres, Tinct. Myrrhae Part. quatuor et Tinct. Croci P. duas praescribit. — Henry et Guibourt Tinct. Myrrh. Unc. quatuor, *Tinct. Aloës et Croci āā Unc. tres misceri proponunt. (V. etiam Elixir Aloës compositum et sequentia.)*

ELIXIR PROPRIETATIS ALBUM Helmontii. Ph. Wirtemb.

Rec. Aloës Succotr. luc., Myrrh. el., Croci opt. āā Unc. unam. In pulverem trita indantur cucurbitae vitreae, quae alembico coeco munita, ad digestionem in Mariae balneum reponantur; augeatur ignis per gradus, ut Aqua ebulliat, et materia in massam coalescat, atque guttulae flavae ad latera cucurbitae in conspectum veniant. Frigescat et massae affundatur Aq. Cinnam. spirit. Libr. una; post digestionem e balneo destillent et liquor prodiens nomine Elixirii albi servetur. — Spielmannus ingredientia statim cum Aq. Cinnam. digeri, deinde destillationi subjici praescribit.

ELIXIR PROPRIETATIS ANTISCORBUTICUM Disp. Brunsvic. — Obtinetur, si quantitati designatae Elixirii Propriet. Paracelsi cum Acido admiscentur Spir. Cochlear. Unc. quatuor et semis.

ELIXIR PROPRIETATIS AQUOSUM v. Elixir aperitivum Clauderi (p. 288).

ELIXIR PROPRIETATIS Boerhavii CUM ACIDO.

Rec. Myrrh., Aloës, Croci Austr. āā Unc. unam; tritis affunde Aceti Vini albi Libr. quatuor; immittantur cucurbitae vitreae, ebulliant lenissimo igne per aliquot horas. Frigefacta requiescant, ut faeces subsidant; liquorem limpidum per inclinationem a faecibus effunde, residuo adde denuo Aceti Libr. duas. Ebulliant iterum, uti prius, refrigescant, atque, ut spissum a claro separetur, quiescant. Effunde clarum, et cum liquoribus jam obtentis



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0319-7

per telam raram cola. Tincturas mixtas leni igne ex cucurbita vitrea destilla, ut Unciae decem restent, quibus adde Spiritus Vini rectificatiss. Unc. decem. Digerantur, filtrentur. — Dosis Drachm. semis ad duas. Hanc formulam receperunt Ph. Wirt. et Palat. — Ph. Saxon. 1837. Rec. Spir. Vini rect. Libr. unam, Spir. Vitrioli Unc. unam, digere per aliquot dies, tam adde Aloës, Myrrhae āā Unc. unam, Croci Unc. semis, digere per 4 dies, filtra.

ELIXIR PROPRIETATIS Boerhavii SINE ACIDO. Elixir Proprietatis tartarisatum. Ph. Wirt. et Palat.

Rec. Aloës, Croci, Myrrhae āā Unc. unam, trita immittantur cucurbitae vitreae, affundatur Liquor ex Tartari tartarisati Unc. tribus in Aquae font. Unc. sex solutis, paratus. Digere per triduum in balneo aquae, et, speciebus integre solutis, adde Spiritus Vini rectificatissimi Libr. duas. Denuo digere usque ad ebullitionem. Liquorem frigefactum limpidumque decantha, et residuo adde Spiritus Vini Libr. duas. Digere denuo donec omnia fere soluta sint, filtra et e retorta Spiritum Vini eo usque destillatione evoca, donec Unc. viginti supersint. — Ph. Hannov. Rec. Aloës, Croci, Myrrhae āā Unc. unam, Tartari tartarisati Unc. tres, Aquae destill. Unc. septem, Spir. Vini rect. Unc. quatuordecim. Digere per triduum et cola. — Ph. Hass. Tartari tartarisati Unc. duas, Aquae destill. Unc. octo, cetera ac Hannoverana sumit.

ELIXIR PROPRIETATIS SINE ACIDO s. Elixir Proprietatis dulce, Tinctura aloëtica alcalina.

Cave ne confundas cum praecedente; illud Tartaro tartarisato, hoc Sale Tartari medicatur. — Ph. Saxon. (1820.) Rec. Croci Unc. unam, Aloës Unc. unam et semis, Myrrh. Unc. duas, Salis Tartari Unc. quatuor, Aquae fontanae fervidae Libr. unam. Infunde. Post refrigerationem adde Spiritus Vini rectificatiss. tantundem, per triduum leni calore fove et cola. — Ph. Wirtemb. et Brunsv. Rec. Myrrhae, Aloës, Croci āā Unc. unam et semis. In pulverem redactis addantur Olei Tartari per deliquium Unc. duae; misce in pultis consistentiam; per horas 24 digestis adde Spirit. Vini rectificatiss. Libr. duas. In vase clauso per dies 4, interdum agitata, digerantur, donec liquor saturate rubeus factus sit. — Ph. Sard. Myrrhae Unc. unam, cum Liquore saturato Salis Tartari siccari et addita Aloës et Croci āā Unc. una et Spirit. Vini Libr. una et semis per octiduum digeri jubet. — Spielmannus Aloës, Croci et Myrrhae Unc. unam coquit cum Olei Tartari per deliquium q. s. (?) et liquorem refrigeratum Spirit. Vini Unciis sedecim suscipit. — Gray Tincturam Salis Tartari adhibet, ceterum non absimilis. — Swediaur Sal Sodae suadet.

ELIXIR PROPRIETATIS Paracelsi CUM ACIDO Ph. Wirt.

Rec. Aloës, Myrrhae āā Unc. duas, Croci Unc. unam; in pulverem tritis affunde Spirit. Vini rect., per octiduum cum Spiritus Vitrioli Unc. tribus digesti, Libr. unam et semis. Digerantur per aliquot dies; liquorem tinctum effunde, atque speciebus denuo Spiritus ejusdem Libr. semis superfunde. Liquores junge et filtra. — Disp. Brunsv. et Ph. Hannov. (1819) congruunt. — Ph. Boruss. extrahit cum Spirit. Vin. rect. Libr. duabus, et Spiritus Vitrioli Unc. duabus; cet. par. — Ph. Sard. Aloës, Myrrhae et Croci āā Unc. unam, Spirit. Vin. Libr. unam, Olei Vitrioli Unc. semis. — Spielmannus Spirit. Vini Unc. quatuordecim et Olei Vitrioli Unc. duas sumit.

ELIXIR PROPRIETATIS CUM RHABARBARO s. rhabarbarinum Ph. Wirt.

Rec. Aloës Drachm. sex, Myrrhae Drachm. duas, Rad. Rhabarb. Unc. semis, Croci Drachm. unam et semis, Vini Malvatici Unc. octo, Acidi Salis Unc. unam. Digere per octo dies et filtra. — Ph. Hannov. consentit. — Disp. Brunsv. Rec. Aloës, Myrrhae āā Unc. semis, Rad. Rhabarb. Drachm. sex, Croci, Salis Tartari āā Drachm. unam, Vini Hispan. Libr. unam. — Disp. Fuld. Rec. Rad. Rhabarb. Unc. unam et semis, Aloës, Myrrhae āā Drachm. sex, Croci Drachm. duas, Salis Tartari Drachm. tres, Vini albi Unc. sedecim, Aq. Cinnamom. simpl. Unc. tres. — Spielmannus paullum discrepat. — Ph. Herbip. Rec. Myrrh. Unc. unam, digere cum Vini generosi Libra una et Spirit. Vini Unc. duabus; digestis per aliquot dies adde Rad. Rhabarb., Aloës āā Drachm. sex, Croci, Salis Tartari āā Drachm. duas. Digere, filtra.

ELIXIR PROPRIETATIS Stahlii s. Elixir Aloës saponaceum. Tinctura Aloës composita.

Ph. Suec. Rec. Aloës, Terrae fol. Tartar., Fell. Tauri inspiss., Myrrhae āā Unc. unam, Croci Unciam semis, Spirit. Vini rectificatiss. Libr. unam. Digere per tres dies, interdum agitando et filtra. — Gray et Van Mons congruunt. — Ph. Batav. Rec. Aloës, Myrrhae, Croci āā Unc. unam, Spirit. Vini Unc. triginta. — Spielmannus vult: Aloës, Myrrhae āā Unc. unam, Fellis Tauri recent. Unc. duas, Terrae foliatae Tartari Unc. unam, Croci Unc. semis, Spirit. Vin. rect. Libr. unam.

ELIXIR PROPRIETATIS TARTARISATUM v. Elixir Proprietatis Boerhavii sine Acido.

ELIXIR PURGANS Radcliffii.

Rec. Aloës Drachm. sex, Rad. Rhabarb., Cort. Aurant. āā Drachm. unam, Rad. Zedoariae, Coccionellae āā Drachm. semis, Syrupi domestici Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. sedecim. Digere, filtra. — Gray: Cinnamomi Drachm. semis, ceterum ut antea, praeterea Radicis Jalapp. Unc. sex, Aloës Unc. quinque, Rad. Gentian. Unc. duas, Canellae albae Unc. unam et semis, Spir. Vini Libr. viginti; macera per tres septimanas, exprime et adde Scammonii, Rad. Jalappae, Foliorum Sennae āā Drachm. quatuor. — Aliud.: Rec. Pulv. Hie-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0320-8

rae Picrae Libr. unam, Spir. Vini Libr. duodecim, Aquae Libr. duodeviginti, Syrup. domest. Libr. quatuor, Coccionell. Unc. unam. — Aliud denique ex Spir. Vini, Tinct. Aloës āā Unc. sexaginta quatuor, Tinct. Gentian, — Jalappae āā Unc. duabus et Pulv. Rad. Jalapp. Unc. sex paratur.

ELIXIR PURGANS sec. RICHARD.
Rec. Rad. Jalappae Unc. quatuor, Scammon. Unc. unam, macera per dies octo cum Spir. Vini rect. Libr. duabus. Cola, *filtra*.

ELIXIR PURGANS *Disp. Brand.*
Rec. Fol. Senn. Unc. duas, Aloës Unc. semis, Rad. Zingiberis Drachm. tres, Colocynth. Drachm. unam et semis, Liquoris Terr. foliat. Tartar. Unc. quatuor, Spirit. Vini rect. Libr. unam.

ELIXIR PURGANS DE CITRO Disp. Argent.
Rec. Resinae Jalappae Unc. unam, Cort. Citri Unc. unam et semis, Spirit. Vini rectificatiss. Unc. duas. Pro usu additur Syrupi Cort. Aurant. q. s. ad dulcedinem.

ELIXIR PURGANS HERLINI.
Rec. Gutti, Scammonii, Colocynth. āā Drachm. duas, Aloës Unc. semis, Salis Tartari Drachm. unam et semis, Spir. Vini Unc. quatuor; digere per aliquot dies et cola.

ELIXIR PYRETHRI COMPOSITUM s. Aqua pro ore, sec. SOUBEIRAN.
Rec. Cinnamom. Drachm. unam et semis, Vanillar., Sem. Coriandri, Caryophyll. arom. āā Drachm. unam, Macidis, Coccionell, Croci, Salis Ammoniaci āā Gran. duodeviginti, Tinctur. Pyrethri Libr. duas; per septimanas duas maceratis adde Ol. aeth. Anis, — Citri āā Gran. duodeviginti, — Lavend., — Thymi, Tinct. Ambrae gris. āā Gran. novem, Aquae flor. Naphae Unc. semis.

ELIXIR PAULINI sec. CADET.
Rec. Folliculor. Senn., Hb. Absinth, — Chamaedr., Rad. Rhabarb., — Gentian, Cort. Aurant. āā Unc. duas, Cort. Cascarill., Aloës āā Drachm. unam, Spir. Vini simpl Libr. quatuor. Macera per 8 — 12 dies et filtra.

ELIXIR RESOLVENS Disp. Brunsv.
Rec. Extr. Trifol. fibr., — Centaurii min., — Cardui benedict. āā Unc unam, Liquoris Tartari tartarisati Libr. duas, Aquae Cinnamom. s. Unc. duas (cf. Elixir amarum et aperitivum.)

ELIXIR RESOLVENS Ph. Hamb. vet.
Rec. Tartari tartarisati, Extr. Taraxaci āā Unc. semis, solve in Infusi Rhabarb. Unc. tribus, adde Aquae Menth. pip. Unc. tres; vel: Tartari tartarisati Unc. semis, Extr. trifol. fibrin. Unc. unam, Aquae Menth. pip. Unc. octo. — Disp. Fuld. Tartari tartarisati Unc. semis, Extracti Gentian. Unc. unam, solve in Aquae dest. Unc. sex, adde Aquae Menth. pip. Unc. duas.

ELIXIR RESOLVENS sec. CADET.
Rec. Salis Tartari depur. Unc. duas, Aceti scillit. q. s. ad saturationem. Adde Aq. Chamomill. Libr. quatuor, Tincturae Antimonii Jacobi, Tinct. Martis aperitiv āā Unc. unam, Extr. Fumar., — Trifol. fibrin., — Millefol., — Cardui bened. āā Unc. unam et semis, filtra.

ELIXIR RHABARBARI seu Rhei amarum Ph. Fenn. et Suec.
Rec. Rad. Rhabarb. Unc. unam, — Gentianae Drachm. duas, Canellae alb. Drachm. unam. Contusa digerantur per triduum cum Vini Hispanici Libr. una. Exprime, cola. — VAN MONS docet: Rad. Rhabarb. Unc. unam, — Gentianae Drachm. tres, Cort. Winterani Drachm. unam, Spir. Vini simpl. Unc. sedecim. Per aliquot dies macerata exprime, filtra. VINUM RHABARB. AMARUM VAN MONS e Canellae alb., Rad. Gentian. āā Unc. una, Rad. Rhabarb. Unc. octo, Vini Maderani Libr. octo confici praescribit.

ELIXIR RHABARBARI seu Rhei compositum. Vinum Rhei aromaticum Ph. Suec.
Rec. Rad. Rhabarb. Unc. unam et semis, Cardamom. min. Unc. dimid., Passular. maj. enucleatarum Unc. tres, Vini hispanici Libr. unam et semis. Contusa et concisa macerentur per quatriduum loco calido. Colaturae, cum expressione factae, adde Sacch. alb. Unc. quatuor, Extr. Enulae Unc. semis, Nuc. moschat. pulv. Drachm. semis, Salis Tartari depur. Drachm. unam. *Prope accedit* Ph. Polon. *in Tinct. Rhei vinosa. Rec.* Rad. Rhabarbar., Cort. Aurant. āā Unc. semis, Cardamom. min. Drachm duas, Vini Malacens Libr. duas, Extr. Enulae Unc. semis, Sacch. alb. Unc. tres. (vide etiam Tincturam Rhabarbar. vinosam DARELII.) VAN MONS pro Vino Rhei composito sumit Cardamom. Unc. unam, Rad. Rhabarb. Unc. octo, Vini Maderani Libr. decem et semis; macera, exprime, filtra.

## ELIXIR RHABARBARI s. Rhei dulce, Vinum Rhei dulce Ph. Fenn. et Suec.

Rec. Rad. Rhabarb. Unc. duas, Cardamom. min. Drachm. duas, Vini Hispan. Libr. unam; macera per quatriduum, exprime cola. Altera VAN MONSII *formula* sumi docet: Rad. Rhabarb. Unc. unam, Spir. Vini simpl., Aq. Menth. āā Unc. sex. — Ph. Lusit. Rec. Rad. Rharbar. Unc. duas, Cort. Cinnamom. Drachm. unam, Vini alb. Libr. unam et semis. — Ph. Belg. Rad. Rhabarb. Unc. duas, Cardamom. min. Drachm. unam, Spirit. Vini rectificatiss. Unc. duas. — Ph. Batav., Edinb. et Amer. Septentr. volunt. Rad. Rhabarbar. Unc. duas, Canellae alb. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. duas, Vini alb. Hispan. Unc. quindecim. Digere per septimanam et filtra. — GRAY: Rad. Rhabarb. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. semis, Cardamom. min. Drach. duas, Vini alb. Libr. duas, Spir. Vini Unc. duas.

ELIXIR RHEI DARELLII Ph. Saxon. vid. Tinctura Rhabarbari vinosa DARELLII.

ELIXIR RINGELMANNI v. Elixir pectorale Regis Daniae (p. 295).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0321-4
DFG

ELIXIR ROBORANS ACIDUM Ph. Hamb. Paup.

Rec. Extr. Cascarill. Drachm. duas, Aq. Menth. Unc. quatuor, Elix. acid. Halleri Drachm. duas. Bene misce. Attinet ad Elixir Vitrioli Mynsichti.

## ELIXIR ROBORANS Whyttii. Whytt's ſtärkendes Elixir. *Elixir roborant de Whytt.*

*Synon.* Tinctura Chinae composita, Elixir stomachicum spirituosum, Elixir antihypochondriacum Whyttii, Essentia corticis peruviani composita, Tinctura corticis Chinae s. Peruviani composita, Tinctura alcoholica corticum Aurantiorum *Whyttii*, Tinctura *Kinkinae, s. Cinchonae amara*, Tinctura febrifuga s. tonica s. stomachica Whyttii, Elixir Robert Whytt, seu Robert Whytt. Essentia antiseptica Huxhami quorundam.

Rec. Corticis Chinae Huanuco
Uncias quatuor,
Corticum Aurantiorum,
Radicis Gentianae rubrae aa
Unciam unam et dimidiam
Spiritus Vini Gallici Libras
quatuor.

In vase bene obturato, vel vesica bubula passim perforata obtecto, digere contusa et concisa cum Spiritu Vini per sex dies; tum exprime et filtra. Sit tinctura coloris rubro-fusci.

Viribus gaudet febrifugis corticis Chinae et tonicis ceterorum, quae insunt.

*Usus:* Additur formulis magistralibus, vel per se sumitur; dosis cochlear unum in quatuor cochlearibus Aquae.

Multae cum hac formula Pharmacopoeae consentiunt, utpote Bavarica, Hannov., Hassiae, Saxon., Slesvico-Holsat., Spielmannus, cet. Ph. Suecica Spiritum Vini dilutum vult. Van Mons Corticem Chinae primum macerari, tum, elapsis decem diebus, Radicem Gentianae et Corticem Aurantiorum addi suadet.

Ph. Boruss. docet: Rec. Cort. Chinae Unc. tres, Rad. Gentianae, Corticum Aurantiorum aa Unc. unam, Spirit. Vini Gallici Libr. unam et semis, Aquae Cinnamom. s. Unc sex. — Ph. Boruss. ed. prior et cum hac Ph. Oldenburg, Swediaur Spir. Vini Unc. sedecim et Aq. Cinnamom. Unc. octo, ceteris immutatis, sumunt. — Ph. Polon. Aquam Cinnamomi omittit et Spir. Vini Libr. duas praecipit. — Ph. Danica: Rec. Cort. Chinae Unc. quatuor, Rad. Gentian. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. semis, Spir. Vini Gallic. Libr. quatuor. — Brugnatelli huic formula addit Seminis Coriandri Unc. unam. — Cadet: Cort. Chinae Unc. tres, Cort Aurant., Rad. Gentian. aa Unc. duas, Spir. Vini Unc. sedecim, Aq. Cinnamom. simpl Unc. octo. — Ph. Hispan. Cort. Aurant. Unc. quatuor, Cort. Chinae Unc. duas, Rad. Gentian. Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas. Hae formulae nonnisi ponderum ratione discrepant. — Disp. Lipp. Rec. Cort. Chinae Unc. duas, *Cort. Aurant., Rad. Gentian.* aa *Drachm.* sex, Spir. *Vini Libr. unam et semis.* — Ph. castrens. Ruthena loco Rad. Gentian, Radicem Calami ponit, ita ut Cort. Chin. Unc. sex, Rad. Calam. et Fructuum Aurant. aa Unc. semis, Spir. Vini Libr. tribus extrahantur. Plures denique Pharmacopoeae in formulam vergunt, quae ESSENTIAE ANTISEPTICAE Huxhami nomine inclaruit, et addita Radice Serpentariae differt. — Ph. Lusit. praecipit: Cort. Chinae rubr. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam et semis, Rad. Serpentar. Virgin. Drachm. duas, Spir. Vini Unc. viginti. — Ph. Londin. Cort. Chinae Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam et semis. (Ph. Dubl. Unc. semis, ceteris paribus) Rad. Serpentar. Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Coccionell. Scrup. duos (Ph. Amer. Septentr. loco Coccionellae Lignum Santali, ceteris paribus, sumit), Spir Vini simpl. Unc. viginti. — Ph. Batav. Rec. Rad. Gentian. Unc. semis, Cort. Chin. Unc. unam, Cort. Aurant. Drachm. duas, *Canellae albae* Drachmam unam, *Spir. Vini* Unc. quatuor, Vini albi *Hispan. Libr.* duas.

ELIXIR ROBORANS Whyttii vinosum. *Ph.* Hannov. et Suec. loco Spir. Vini Vinum Hispanic. album adhibere permittunt. Proclivius est ad decompositionem quam quod Spir. Vini paratum est.

ELIXIR ROCELLAE Ph. Norimb. — Fit digerendo Herbam Rocellae recent. cum suff. quant. (?) Spir Cerasor. et addendo Sacch. album usque ad dulcedinem.

ELIXIR SACRUM seu Tinctura Rhei et Aloës sec. Disp. Brunsv.

Rec. Aloës Drachm. sex, Rad. Rhabarb. Drachm. decem, Spir. Vin. simpl. Libr. duas; macera per dies sex et filtra. — Ph. Edinb. et Amer. Septentr. Spir. Vini Unc. triginta duas praecipiunt, et addunt Cardamom. min. Unc. semis. — Van Mons: Spec. Hierae Picrae Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas. — Rennie: Rad. Rhabarb. Drachm. septem, Aloës

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0322-9
DFG

sex, Cardamomi Drachm. semis, Spir. Vini Libr. tres cum dimidia.

ELIXIR SALIS Herlini sec. Triller.
Rec. Tartari depur. Unc. semis, Mastichis, Myrrh. āā Drachm. tres, pulveratis affunde Acidi Salis Unc. unam, Spir. Junip. Unc. semis.

ELIXIR SALUTIS, Tinctura cathartica, Tinctura Sennae s. Sennae composita, Daffy's Elixir. Geſundheits-Elixir.

Rec. Rad. Enulae, — Liquir., — Rhabarb. āā Unc. unam, Fol. Senn. Unc. duas, Sem. Anisi, Carvi, Coriandr. āā Unc. unam, Passular. Unc. quatuor, Salis Tartari Drachm. duas. Incisis et cont. affunde Aq. font. ferv. Libr. unam, refrigeratis adde Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere, exprime, filtra. — Ph. Saxon. omittit Passulas et praecipit Fol. Senn. Unc. tres esse sumendas. — Ph. Hannov. Fol. Senn. Unc. quatuor, Sem. Carvi Drachm. tres, Cardamom. Drachm. unam, Passular. Unc. quatuor, Spir. Vini simpl. Libr. unam et semis. — Ph. Boruss. sumit Folior. Sennae Unc. tres, et Spir. Vini Libr. tres, cet. par. ac in Hannov. Van Mons praecipit Fol. Senn. Unc. tres, Cardamom. Unc. unam, Spir. Vin. Libr. quatuor. — *Ph. Edinb. Fol. Senn. Unc. duas,* Rad. Jalapp. Unc. unam, Sem. Coriandr. Unc. dimid., Spir. Vini Libr. tres et semis. — Ph. Londin. et Suec. Rec. Fol. Senn. Unc. tres, Sem. Carvi Drachm. tres, — Cardamomi min. Drachm. unam, Passular. Unc. quatuor, Spir. Vini Libr. duas cum dimid. — Ph. Dublin. huic formulae consimilis, nisi quod Passulas omittit. — Ph. Amer. Septentr. Rec. Fol. Senn. Unc. tres, Rad. Jalapp. Unc. unam, Sem. Coriandr., — Carvi āā Unc. dimid. Cardamom. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. — Ph. Lusit. Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Jalapp. Unc. unam, Sem. Anisi stell. Drachm. duas, Spir. Vini Libr. tres cum dimid. — Ph. Danica Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Jalapp. Unc. dimid., Spir. Vini Libr. tres; colaturae adde Sacch. alb. Unc. quatuor. — Ph. Palatin. Fol. Senn. Unc. quatuor, Rad. Enulae, — Rhabarb. āā Unc. duas, Salis Tartari Drachm. unam et semis, Aq. font. ferv. Libr. tres. Digere in vase tecto per tres horas; seorsum recipe Ligni Guajaci, Sem. Anisi, — Carvi, — Coriandri āā Unc. duas, Spir. Vini Unc. tres, infunde frigide per 3 dies, exprime, cola et colaturam jam obtentae admisce. (v. Elixir Daffyi p. 291.)

ELIXIR SARSEPARILLAE ET CHINAE COMPOSITUM sec. Henry et Guibourt.
Rec. Cort. Chin. Huanuco Unc. quatuor, Flor. Papav. Rhoead. Unc. duas, Lign. Sassafras Unc. unam, Spiritus Rhum Libr. decem; digere per 15 dies, colaturae adde Resinae Guajaci nativae Unc. duas, iterum digere per 15 dies et adde Syrupum. l. a. e Radic. Sarsaparill. Unc. quatuor et Sacch. alb. Unc. quadraginta paratum.

ELIXIR SCAMMONII Henry et Guibourt.
Rec. Scammon. Drachm. duas, Spirit. Vini rect. Unc. octo, Sacchar. alb. Unc. quatuor, Syrup. Violar. Unc. duas. Misce.

ELIXIR SCORBUTICUM v. Elixir antiscorbuticum (p. 287).

ELIXIR SCORBUTICUM de Spina.
Rec. Gummi Ammon. in Spir. Cochlear. soluti, Aloës, Myrrhae āā Unc. tres, Croci Unc. unam et semis, Flor. Sulph. Unc. quatuor. Affunde Spir. Cochlear. q. s. (?), digere, filtra.

ELIXIR SENNAE s. Vinum Sennae. Ph. Suec.
Rec. Folior. Senn. Unc. quatuor, Sem. Coriandri, — Foenic. āā Drachm. duas, Vini Hispan. Libr. duas et dimid. Digere per triduum, tum adde Passular. Unc. tres. Digere iterum per diem, exprime, cola.

ELIXIR de Spina v. Elixir antipestilentiale de Spina. (p. 287.)

ELIXIR AD SCROPHULAS v. Elixir antiscrophulosum. (p. 287.)

ELIXIR DE SQUIRE. Junker-Elixir. *Squire's Elixir* sec. Gray.
Rec. Opii Unc. quatuor, Camphor., Coccionell. āā Unc. unam, Sem. Foenic. Drachm. duas, Tinct. Serpentar. Unc. sedecim, Spiritus Anisi Libr. viginti, Aq. Unc. triginta duas, Auri musivi Unc. sex. — Aliud: Rec. Rad. Liquir. Libr. unam, Ciner. clavell. dep. Unc. quatuor, Coccionell. Unc. unam, Aq. Libr. sedecim, coque ad Libr. decem, adde Opii Libr. unam, Camphor. Unc. unam, Spir. Vin. rect. Libr. quinque, Auri musivi Libr. unam: Denique exstat formula: Opii Unc. duas et semis, Camphor. Unc. unam, Sal. Tartar., Coccionell. āā Drachm. unam, Sacch. adusti Unc. duas, Tinct. Serpentar. Unc. sedecim, Spirit. Anisi Libr. viginti, Auri musivi Unc. octo.

ELIXIR STIMULANS v. Elixir amarum (p. 285.)

ELIXIR STOMACHALE sec. Guldenklee.
Rec. Rad. Calam. arom. Unc. duas, — Galangae, — Zedoariae āā Unc. unam, Cassiae ligneae Unc. unam et semis, Rad. Zingiber. alb., Piper. long. āā Drachm. sex, Nuc. mosch., Macidis āā Drachm. duas et semis, Caryophyll. Drachm. unam et semis, Sem. Anisi, — Foenicul. āā Unc. semis. Species extrahantur Spiritu Vini quamdiu tingetur. In balneo liquoris partem dimidiatam destillatione elice et residuum per filtrum trajice.

ELIXIR STOMACHICUM. Magen-Elixir. Diversae indolis Elixiria stomachica Pharmacopoearum; partim in Elixir balsamicum temperatum, partim in Tincturam amaram et Tinct. Gentianae compositam vergunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0323-5 DFG

**ELIXIR STOMACHICUM AQUOSUM** Ph. Hamb. p. paup. — Solutio est Extr. Cascarill. Drachm. unius, Extr. Gentian. Drachm. duarum in Aq. Menth. pip. Unc. quatuor. — Disp. Fuld. Extractorum āā Drachm. duas praescribit, ceterum ut antea.

**ELIXIR STOMACHICUM AMARUM** Van Mons.

Rec. Coccionell. Drachm. duas, Rad. Gentian. Unc. unam et semis, Cort. Aurant. Unc. tres, Spir. Vini Libr. decem. Macera per hebdomades tres et filtra.

**ELIXIR STOMACHICUM.** a) Codicum.

Ph. Ferrar. Rec. Cort. Chinae flav. Unc. tres, — Aurant. Unc. duas, — Cinnamom. Unc. unam, — Angusturae Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. Digere per dies octo et exprime. — Ph. Hispan. Cort. Aurant., — Chinae āā Unc. unam et semis, Hb. *Absinthi*, Flor. Chamomill., *Piper. Jamaic.* āā *Unc.* unam, *Coccionell. Drachm.* semis, Aq. font. Libr. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. quatuor. Digere per triduum et filtra. — Ph. Batav. TINCTURA AMARA COMPOSITA. Rec. Rad. Gentian. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam, Canellae alb. Unc. semis, Spir. Vini. Libr. duas; macera per quatuor dies et cola. — Ph. Edinb. pro Tinctura Gentiana compos. huic formulae addit Coccionellae Drachm. semis; vid. Tinct. Gentian. compos. — Disp. Paris. Rec. Spir. carminativ. Unc. tres, Aq. Cinnamom., — Flor. Aurant. āā Unc. unam, Spir. Menth. Unc. quinque, Tinct. Absinth. Unc. quatuor. M l. a. – Ph. Gandav. Rec. Extr. Chinae Unc. duas, — Centaur. min., Sal. Tart., Flaved. Cort. Aurant. āā Unc. unam, Vini albi Hispan. Libr. sex, Spir. Vini Gallic. Unc. quatuor Digere per 6 dies et filtra.

b) Auctorum.

de Bories. Rec. Theriacae Drachm. duas, Balsam. Peruv. Drachm. unam, Tinct. Castor., — Angelicae āā Unc. semis, Elixir Proprietat. Unc. duas. — Fulleri Rec. Elixir Propriet. Boerhavii sine Acido Drachm. tres, Ol. Caryophyll., — Nuc. Mosch. āā Gutt. sex, — Menth. Gutt. tres, — Absinth. Gutt. unam. — DE CARYOPHYLLIS Fulleri. Rec. Elixir Propriet. Boerhavii sine Acid., Spir. Lavend. compos. āā Unc. semis, Caryophyllor. contus. Drachm. unam et Grana duodecim, Gran. Paradis. Gran. duodequinquaginta. — DE CINNAMOMO Fulleri. Rec. Elix. Propr. Boerh. s. a. Drachm. tres, Spir. Lavend. Drachm. unam, Ol. Cinnamom. Gutt. duodecim. — Sec. Mayr cum Elix. balsam. temp. H. congruit, nisi quod Salis Tartari Unc. semis insuper addat. — Pideriti sec. Reuss. Rec. Rad. Gentian. Unc. quatuor, infunde Vini albi generosi Libr. unam, colaturae adde Ligni Quassiae Unc. unam, Liquoris Tartari tartarisati Unc. quatuor; Spir. Vini rect. Unc. duas. — Rosensteinii. Rec. Cort. Aurant. recent. Unc. unam et semis, contunde in mortario marmoreo in massam pultiformem; digere cum Vini Hispanic. Libr. duabus. In colatura solve Extr. Gentian. Unc. unam. Filtra. — Zwelferi. Rec. Spir. Vini rectificatiss. Libr. duas, Ol. Cinnamom. Drachm. unam, — Macid. Drachm. semis; mixtis adde Syr. Cinnamom. Unc. tres vel Sacch. alb. Unc. duas in Aq. Cinnam. Vinos. Unc. tribus solutas.

**ELIXIR STOMACHICUM DULCIFICATUM.** Fit mixtione partium aequalium Elixirii ad long. vit., Aquae et Sacch. alb.

**ELIXIR STOMACHICUM LEODIENSIUM** sec. Van Mons.

Rec. Cort. Aurant., Hb. Absinth., — Scordii, Flor. Centaur. min. āā Drachm. tres, Rad. Angelic., — Enulae, — Zedoariae āā Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. tres.

**ELIXIR STOMACHICUM UNIVERSALE.**

Rec. Aloës Unc. duas, Myrrh. Unc. unam, Croci Unc. dimid., Cinnamomi Drachm. sex, Nuc. Moschat., Rad. Gentian, — Galang., — Zingib., — Zedoar. āā Drachm. duas. Extrahe l. a. cum Spir. Vini rect. Libr. quatuor.

**ELIXIR STOMACHICUM VIENNENSE** v. Elixir balsam. temperat. Hoffm. (p. 289).

**ELIXIR** de Stoughton sive Elixir viscerale Stoughton. Stoughton's Elixir.

Ph. Gall. Rec. Aloës, Cort. Cascarill. āā Drachm. unam, Rad. Rhabarb. Unc. semis, Hb. Absinth., — Chamaedr., Cort. Aurant. immatur., Rad. Gentian āā Drachm. sex, Spir. Vini rectificat. Libr. duas. Digere, filtra. — Taddei Spir. Vini vult Unc. triginta duas, Van Mons Unc. sexaginta quatuor. — Cadet praecipit Aloës, Cort. Cascarill. āā Drachm. unam. Hb. Absinth., — Chamaedr., Rad. Gentian., Cort. Aurant. āā Unc. unam, Rad. Rhabarb. Unc. semis, Spir. Vini Unc. duodecim. — Gray sumit Rad. Gentian. Unc. duodetriginta, Rad. Serpentar. Virgin. Unc. unam, Cort. Aurant. Unc. viginti, Rad. Calam. aromat. Unc. quatuor, Spir. Vini, Aquae āā Libr. sexaginta.

## † ELIXIR E SUCCO LIQUIRITIAE OPIATUM. Elixir Ammoniato-opiatum. Bruſt-Elixir mit Opium. *Elixir thebaique ammoniacal.* Sec. Ph. Boruss. ed. 3., in editione quinta omissum.

Rec. Elixir pectoralis Ringelmanni (p. 295) dosim, admisce Laudani liquidi Sydenhami Drachm. duas.

Ph. Polon et Van Mons consentiunt. Ph. Oldenburg. recipit Succ. Liquir. dep. Unc. semis, soluto in Aq. Foenic. Libr. semis admiscet Spir. Salis Ammon. anis. Drachm. duas, Laudan. liq. Sydenhami Drachm. semis.

**ELIXIR SUDORIFERUM** Lettsomi vel Tinctura Opii benzoica comp. Augustin.

Rec. Rad. Ipecacuanh., Bals., Tolutan. āā Unc. semis, Flor. Benzoës, Opii, Croci āā Drachm. duas, Camphor. Scrup. quatuor, Ol. Anisi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0324-1
DFG

Drachm. unam, Spir. Vini Libr. duas. Solve, filtra.

ELIXIR SUDORIFERUM Willisii sec. Cadet a praecedente nonnisi Camphorae Scrup. duobus differt.

ELIXIR SUECICUM v. Elixir ad longam Vitam (p. 293).

ELIXIR SULPHURIS Mynsichti.

Rec. Croci, Myrrh. āā Unc. unam et semis, Mastich., Benzoes, Cardamom., Cinnamom. āā Unc. unam, Succ. Liquir., Confect. Alkermes, Rad. Enulae, Nuc. Mosch. āā Drachm. sex, Sacch. alb. Unc. duas. Spiritu Vini humectatis superfunde Spiritum Vitrioli ad eminentiam digitorum quatuor; digere per menses aliquot et liquorem decantha. Residuum Spiritu Vini extrahe et junge liquores.

ELIXIR SULPHURICO ACIDUM v. Elixir Acidum Halleri (p. 284).

ELIXIR SULPHURICO-OPIATUM Wollkopf. — Miscela est Spir. Vitrioli Drachm. unius et Tinct. Opii Drachm. semis.

ELIXIR SWINTON v. Elixir salutis (p. 301).

ELIXIR TONICUM.

Rec. Aloës, Myrrh. āā Drachm. duas, Hb. Absinth., — Centaur. min., Cort. Chin. āā Unc. semis, Cort. Aurant. immatur. Drachm. tres, Croci Drachm. unam, Vini Hispan. Libr. duas.

ELIXIR TONICUM AD DENTES Maury.

Rec. Rad. Ratanh. Unc. octo, Aquae Vulnerar. Spirituos. Libr. quinque. Digere, filtra et adde Olei Menth. Drachm. duas, — Cort. Aurant. Drachm. tres in Spir. Vini rectificat. Unc. quatuor antea solutas.

ELIXIR TRAUMATICUM v. Balsamum Commendatoris (p. 112).

ELIXIR TRIFOLII FIBRINI Ph. Bremens.

Rec. Hb. Trifolii fibrin. Unc. octo, Aquae Trifol. fibrin. per fermentationem paratae Libr. tres. Per triduum digestis et expressis adde Extr. Trifol. fibrin. Unc. duas. Solutis, filtratis adde Spir. Vini rect. Libr. unam.

ELIXIR UTERINUM seu Guttae uterinae.

Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Opii, Salis Volat. Corn. Cerv. āā Drachm. semis, Tinct. Castorei Unc. tres.

ELIXIR UTERINUM Crollii.

Ph. Wirt. Rec. Hb. Artemis. Unc. tres, incisis affunde Spir. Vini rect. Unc. quindecim; digere, cola. Colaturae adde Castorei Sibir. Unc. unam et semis, Croci Unc. semis, post digestionem adde Olei Anisi, — Angelicae, — Succini āā Gutt. quadraginta. — Disp. Pragense, Argentorat., Brunsv. et Ph. Sardoa congruunt. Ph. Palat. Castor. Libr. semis et Croci Unc. duas cum suff. quant. Spir. Vini extrahi, Spiritu ex liquore filtrato destillatione elici, residuum ad extracti spissitudinem evaporari et Extr. Artemis. Unc. quatuor, Salis Matris Perlarum (Calcaria acetica) Unc. unam, Ol. Anis., — Angelic. et Succini āā Drachm. duas, in suff. quant. Spiritus Vini destillatione supra obtenti solutas addi praescribit. Digerantur per septimanam et filtrentur. — Spielmannus Castor. Unc. tres, Croci Unc. unam, Hb. Artemis. Unc. sex, Terr. foliat. Tartari Unc. semis per quadriduum cum Spir. Vini Unc. triginta digeri et filtratis addi praescribit Ol. dest. Angelic., — Anisi, — Succini āā Drachm. unam. — Cadet Castor. Unc. duas, Extr. Artemis. Unc. unam, Croci Unc. semis, Ciner. clavell. dep. Drachm. unam cum Spir. Vini rect. Unc. sedecim per 8 dies macerari et colaturae addi praescribit Ol. Anisi, — Cumini, — Angelic. āā Drachm. semis. — Baerensprung Essent. Castor. Libr. semis, Essent. Croci Unc. duas, Extr. Artemis. Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. unam, Ol. Angelic., — Anisi, — Succini āā Gutt. decem praescribit. — Disp. Vienn. Castor. Unc. sex, Croci Unc. duas, Salis Matris Perlar. solub. Unc. unam, Extr. Artemis Unc. quatuor, Ol. Anisi, — Angelic., — Succini āā Drachm. duas et Spir. Vini Libr. duas praescribit. — Crollii et Schroederi formulae in primis cum nostra congruunt. — ELIXIR UTERINUM SPASMODICUM Disp. Vienn. Rec. Rad. Paeon., Rasur. Succini citr., Myrrh., Castor. āā Unc. unam, Rad. Galangae min., — Zedoar., Hb. Dictamni Cret. āā Unc. semis, Bacc. Lauri, Anthophyllor. āā Drachm. duas, Croci, Camphor. āā Drachm. unam. Conc. contus. affunde Spir. Anthos. Libr. duas. Extrahe, exprime, filtra. Similes formulas, antiquatas praetereamus.

ELIXIR UTERINUM Durieti Ph. Batav.

Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Opii, Sal. volat. Corn. Cerv. āā Drachm. semis, Tinct. Castor. Unc. tres. Probe digesta, filtra. — Baerensprung Asae foetid. Drachm. unam, Salis C. C. Drachm. semis, Tinct. Castor. Unc. tres vult, Opium autem omittit.

ELIXIR UTERINUM Pideriti seu Elixir Croci cum Castoreo Augustin.

Rec. Croci Unc. semis, infunde Spir. Vini rect. Unc. quindecim, parum digere, filtra et adde Castor. Moscov. Unc. semis; iterum digere, filtra et adde Hb. Menth. pip., Rad. Valer. min. āā Unc. unam et semis. Denuo digestum leni calore exprime et filtrato adde Ol. Menth. pip. Drachm. unam. — Augustin Hb. Menth. pip., Rad. Valer. āā Unc. dimidiam sumi suadet, ceterum uti antea.

ELIXIR UTERINUM Zwelferi s. hystericum.

Rec. Spir. Ceras. vel Junip. Libr. unam et semis, Croci Drachm. unam et semis, Castorei Drachm. quinque, Opii Drachm. unam, Elaeosacch. Succini Drachm. sex. Ad dulcedinem Syrupus quilibet admiscetur.

ELIXIR VALERIANAE CAMPHORATUM Augustin.

Rec. Camphor. Scrup. unum, solve in Liq. anod. min. Hoffm. Drachm. duabus, adde Extr. Valer. min. Drachm. sex, Aq. Menth. pip. Unc. sex, Laud. liq. Sydenham Drach. unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0325-7
DFG

ELIXIR VERMIFUGUM Regimbeau sec. Bories.

Rec. Aloës Unc. unam, Rad. Rhabarb., — Gentian. āā Unc. semis, — Filic. Mar., Hb. Absinth. pont., Sem. Cinae, Fellis Taur. inspiss. āā Drachm. duas, Flor. Centaur. min. Drachm. unam, Spir. Vini rectificatiss. Libr. duas.

## ELIXIR VISCERALE Hoffmanni

Pharmacopoeae quaedam singularem hujus Elixirii formulam praecipiunt ex Elixirio Balsam. temperat. Hoffm. seu Elixirio Aurantiorum composito, omissis quibusdam corporibus, natam. Plurimum simpliciori gaudet compositione et caret Sale Tartari.

*Synon.:* Vinum Aurant. compos. seu de extractis, Vinum amarum seu solutis extractis medicatum.

Sec. Ph. *Amstel. et Batav.*

Rec. *Cortic. Aurant. rec.* Unc. unam et semis, Extr. Card. ben., — Cascarill., — Centaurii minor., — Gentian., — Extr. Myrrh. aq. āā Drachm. duas, Vini Hispan. Libr. duas. — Ph. Hann. pro Cortice Aurant. sumit Tinct. Cort. Aurant. Unc. octo. — Ph. Saxon. sumit Vini Libr. unam et addit Tinct. Caryophyll. Drachm. duas, — Croci Scrup. unum. — Ph Gallic. Cort. Aurant. Unc. quatuor, Extr. Absinth., — Card. ben., — Centaur. min., — Gentian. āā Unc. unam, Vini boni Libr. duas, Spir. Cort. Aurant. Unc. duas — Spielmann Cort. Aurant. rec. Unc. unam et semis macerari vult cum Vini Hispan. Libr. duabus et in colatura dissolvi Extr. Gent. Unc. unam. — Van Mons extrahit Cort. Aurant. rec. Unc. semis, Rad. Gentian. Unc. unam et semis cum Vini Maderani Libr. duabus. — Piderit macerari suadet Cort. Aurant., — Chinae āā Unc. duas cum Vini albi Libr. duabus, in colatura dissolvi Extr. Trifol. fibrin., — Gentian. āā Unc. unam. Operae pretium non est, plures formulas, quae hinc illinc exstant, referre.

ELIXIR VISCERALE Hufelandi.

Rec. Extr. Absinth., — Gentian., — Centaur. min., — Trifol. fibr. āā Unc. unam, solve in Aq. aromat. (p. 47) Libr. una et semis et adde Tinct. aromat. Hufelandi Unc. unam.

ELIXIR VISCERALE Kleinii s. a Kleinio emendatum.

Rec. Elixir. Viscer. Hoffmanni Ph. Amst. dosim et adde Terrae foliat. Tartari Unc. dimidiam.

ELIXIR VISCERALE Roseen sec. Spielmann.

Rec. Cort. Aurant. Unc. unam, Rad. Rhabarb. Drachm. decem, Terrae foliat. Tart. Unc. duas; infunde Vini albi generosi Unc. sedecim et macera per 4 dies. In colatura solve Extr. Centaur. min. Unc. unam, — Cascarill. Unc. semis, Ol. dest. Chamomill., — Millefol. āā Scrup. unum. Soluta filtra.

ELIXIR VISCERALE Rosensteinii.

Rec. Rad. Rhabarb. Unc. octo, Terr. foliat. Tart. Unc. tres, Aq. Cinnamom. Libr. quatuor; stent per dies 14, tum adde Cort. Aurant. Unc. duas, Cardamom. min., Sem. Foenic. āā Unc. semis, digere per 7 dies et exprime; residuo infunde decocti Rad. Cichor. Unc. sex, agita, cola. In liquoribus junctis solve Sacch. alb. Libr. duas. — Rennie vult Cort. Aurant. Unc. semis, Rad. Rhabar. Drachm. quinque, Terr. foliat. Tart. Unc. unam, Vini Gallici alb. Unc. septem. Digere blando calore per dies 4. In colatura solve Extr. Gentian. Unc. semis, Ol. Chamom., — Millefol. āā Gutt. decem.

ELIXIR VISCERALE Saunders.

Rec. Extr. Cascarill. Drachm. unam, solve in Aq. Menth. pip. Unc. duabus, adde Elixir visceralis Hoffmanni Unc. unam.

ELIXIR VISCERALE Stoughtoni v. Elixir de Stoughton (p. 302).

*ELIXIR VISCERALE* Van Mons.

Rec. Croci Drachm. unam, *Sal. Alcali volat.* Drachm. duas, Nuc. Moschat., Rad. Zedoar. āā Drachm. tres, Flor. Centaur. min., Myrrh. āā Unc. semis, Cort. Aurant. Unc. unam, Hb. Scordii Unc. unam et semis, Spir. Vini s. Unc. quadraginta. Extrahe lege artis.

ELIXIR VITAE Bate.

Rec. Nuc. Mosch., Macid., Cinnamom. opt. āā Unc. unam, Flav. Cort. Aurant. et Citri āā Drachm. tres, Croci opt. Unc. duas, Pyroeni (Spir. Vini) Libr. tres. *Dig. l. a. et filtra.*

ELIXIR VITAE Kiesow v. Essentia Vitae Kiesow.

ELIXIR VITAE LONGAE seu ad Vitam longam v. Elixir ad longam Vitam (p. 293).

ELIXIR VITAE Mathioli s. Aqua Vitae Mathioli Disp. Vienn., Ph. Wirt. et Palat.

Rec. Rad. Galang. min., — Zingib., — Zedoar. āā Unc. unam, Rad. Calam., Hb. Major., — Menth., — Thymi, — Serpyll., Flor. Rosar. pallid., — Salviae, — Anthos. āā Unc. semis, Sem. Anisi, — Foenic. āā Drachm. duas, Cinnamom. acuti Unc. tres, Caryophyll., Nuc. Moschat., Macid. āā Unc. unam, Cubeb., Ligni Aloës, — Santali citr., Cardamom. min. āā Unc. semis, Cort. Citri rec. Unc. tres. Incisa et contusa per triduum macera in Spir. Vini rect. Libr. duodecim; postea adde Aq. font. Libr. quatuor et lento igne ex balneo destillatione evoca Libr. circiter tredecim, quas pro Elixirio habebis. — ELIXIR dicitur COMPLETUM si Ambrae et Moschi āā Scrup. duos addideris — Cadet non multum abest a formula nostra.

ELIXIR VITAE MULIERUM v. Aqua Embryonum correctior (p. 64).

ELIXIR VITRIOLI ACIDUM EDINBURGENSIUM sec. Spielmann et Ph. Wirt., cet. Elixir acidum Vitrioli, Acidum Vitrioli aromaticum, cet.

Rec. Spir. Vini rectificatiss. Libr. duas, instillando adde Ol. Vitrioli Unc. sex; digere leni calore in vase clauso per triduum, deinde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0326-2

adde Flor. Cassiae Unc. unam et semis, Rad. Zingib. Unc. unam, Hb. Menth. pip. Unc. semis. Digere rursus in vase clauso per 6 dies, deinde per chartam, infundibulo vitreo impositam, filtra. — Ph. Danic. ed. prior. Spiritu Vini solo Radices, Flores et Herbas extrahi, et liquori filtrato Oleum Vitrioli addi jubet. — Ph. Herbip. Florum Cassiae loco Cinnamomum et insuper Rad. Columbo Unc. unam, et Spiritus Vini rectificati loco rectificatissimi Uncias triginta duas praescribit, cet. par. — Disp. Fuld. quatuor tantummodo Olei Vitrioli Uncias addit, Flor. Cassiae Unc. duas, Hb. Menth. pip. Unc. unam; Radicem Zingib. autem omittit, cet. cum Herbip. congruit. — Ph. Lusit. Florum Cassiae loco Cinnamom. Unc. unam et semis praescribit, Hb. Menth. autem omittit, ceteris non differt. (vid. Elixir Vitrioli Mynsichti.)

ELIXIR VITRIOLI DULCE EDINBURGENSIUM. Aether sulphuricus cum Alcohole aromaticus. Spiritus aetheris aromaticus. (Caret Oleo Vitrioli et continet Naphtham Vitrioli.)

Rec. Cinnamom. Drachm. sex, Cem. Cardamom. Unc. unam. Sem. Angelic. Drachm. tres (Rad. Angelic. Ph. Edinb. ed. pr.), Piper. long. Drachm. duas, Liq. anod. min. Hoffm. Unc. viginti quatuor. *Contusa macerentur per octiduum, deinde filtrentur.* — Ph. Lond. Cinnamomi Drachm. tres, Cardamom. min. Drachm. unam et semis, Rad. Zingib., Piper. long. āā Drachm. unam, Liq. Anod. min. Hoffm. Unc. sedecim. Macera per 14 dies. — Ph. Herbip. Rec. Ol. Cinnamom., Cort. Citri āā Drachm. semis, Ol. Menth. Drachm. unam, Liq. anod. min. Hoffm. Unc. octo. — Cadet Cinnamom. Drachm. tres, Cardamom. Drachm. unam et semis, Piper. long., Rad. Zingib. āā Drachm. unam, Liq. anod. min. Hoffm. Libr. unam. — Ph. Hispan. Rec. Cinnamom., Cort. Aurant. āā Unc. unam, Rad. Gentian. Unc. duas, Liq. anod. min. Hoffm. Libr. unam. Jam plures exstant hujus formulae varietates, quas enumerare longum est.

## ELIXIR VITRIOLI Mynsichti. Mynſicht's Sauerelixir. *Elixir vitriolique de Mynsicht.*

*Synon.:* Elixir Acidum Vitrioli, E. Vitrioli acidum aromaticum Marabelli, Tinctura aromatica acida, T. aromatica cum acido sulphurico, Alcohol cum Aromatibus sulphuricatus, Alcohol aromaticum sulphuricum.

Rec. Rad. Calami aromatici Unciam unam,
— Galangae minoris Unciam unam et dimidiam,
Rad. Zingiberis albi Drachmas tres,
Herbae Menthae crispae,
— Salviae acutae āā Unciam semis,
Caryophyllorum,
Cinnamomi āā Drachmas tres,
Cubebarum,
Nucis Moschatae āā Drachmas duas,
Ligni Aloës,
Corticum Citri āā Drachmam unam.

Incisis et contusis superfunde
Spiritus Vini rectificati Libram unam et semis.

Macerentur per quatuordecim dies, deinde addantur
*Spiritus Vitrioli Unciae duae.*

Digerantur per sex dies, tum expressa per chartam emporeticam filtrentur. Residuo
Spiritus Vini Uncias quinque vel sex
affunde, digere, exprime, liquores junge, et in eis parva digestione solve
Sacchari albi leniter tosti Uncias quatuor.

*Vis:* excitans, stomachica.

Sit limpidum coloris intense rubrofusci, saporis grate aromatici, non adeo acidi.

*Usus:* Guttatim (ad guttas 50 vel 60) mixturis admiscetur, vel per se, vino aut aquae instillatum, adhibetur.

Hadrianus de Mynsicht, quam Elixirii formulam, a se denominati, in Armamentario suo deposuit, ab illa, quam praecepimus, non nisi ponderum ratione incertius definita differt. Nostra e Ph. Wirtemb. desumpta longe lateque usitata fuit. Interest Pharmacopoearum discrimina paucis indicare. Lemery et Disp. Pragensis auctores genuinam Mynsichti formulam amplexi sunt. Continet Sacchari Unc. tres. — Ph. Palat. et Disp. Hamburg. (1716) quoque Sacch. alb. Unc. tres, sed et Spiritus Vitrioli Unc. quatuor



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0327-8 DFG

praecipiunt. — Disp. Viennense (1729) omittit Saccharum et vult Spiritus Vitrioli Unc. tres et pro Menstruo Vini Libr. duas loco Spiritus Vini. — Ph. Amer. Sept. Rad. Zingiberis Unc. unam, Cinnamomi Unc. unam et semis, Olei Vitrioli Unc. tres et semis, Spirit. Vini Libr. duas et semis, — Misce Oleum Vitrioli guttatim instillando cum Spiritu Vini et adde cetera. — Ph. Hassiae et Ph. Slesvico-Holsat. pro Ligno Aloës Lignum Quassiae receperunt. — Ph. Austr. (1834) docet: Rec. Rad. Calam. arom., — Galang., — Zingib., Cinnamomi, Caryophyll., Nuc. Moschat. aa Drachm. tres, Cort. Citri Unc. semis, Sacchar. alb., Spiritus Vitrioli aa Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. duas. Macera per octiduum. — Ph. Gallica (1818 et 1837), dum ceteris fere congruit, Olei Vitrioli adhibet Uncias quatuor et Spir. Vini rect. Unc. trigiuta duas. — Ph. Batav. Rec. *Naphthae Vitrioli* Unc. quatuor, Spir. Vini rectif. Unc. octo, Cinnamom., Rad. Zingiberis aa Unc. semis. Hoc autem Elixirium non nisi nomine acidum est, et huc omnino non est referendum. — Piderit habet: Hb. Menth. pip., — Salviae offic. aa Unc. semis, Rad. Calami, — Galangae min., Florum Cassiae aa Unc. unam, Cardamomi min. Drachm. tres, Cort. Citri Unc. duas; incisis infunde Spirit. Vini rectificatiss. Libr. tres; Liquori post digestionem filtrato adde Spiritus Vitrioli Unc. sex. — Mayr Elixirium suum Vitrioli aromaticum ex Elixirii aromatici Unc. octo et Elixirii Acidi Unc. una componit.

Expeditius, nec tamen inconsiderate agunt Pharmacopoeae recentiores, quae Elixirium quaesitum ex tempore e Tinctura aromatica et Oleo Vitrioli destillatione depurato, misceri suadent. In duas scinduntur partes Pharmacopoeae pro ponderum ratione. Maxima pars volunt Olei Vitrioli Unciam unam et Tincturae aromaticae Uncias viginti quatuor. Hinc stant Ph. Boruss., Bavar., Danica, Hannoveran. (addit praeterea Sacchar. tosti Unc. 4), Polon., Saxon.; illinc, quae cum Olei Vitrioli Unc. una nonnisi Uncias sex Tincturae aromaticae sumunt, Ph. Fennicam, Suecicam et Van Monsium habebis. Oleum Vitrioli caute instillabis Tincturae aromaticae, agitando interdum mixtioni favens. Post aliquot tempus sedimentum demittitur filtro separandum.

ELIXIR VITRIOLI SIMPLEX Ph. Austr. Provinc. cum Aqua Rabelli (p. 87) congruit.

ELIXIR VITRIOLI Vigami.

Rec. Succi ex Gramine Tritici vel Spinac. recent. expressi Unc. duas, Liq. anod. min. Hoffm. Unc. sedecim, Ol. Menth. Drachm. duas, Ol. Citri et Nuc. Mosch. dest. vel Amomi Drachm. unam. Misce et post aliquod tempus filtra.

ELIXIR Whyttii v. Elixir Roborans Whyttii (p. 300).

ELIXIR Wrightii v. Elixir antisyphiliticum Wrightii (p. 288).

ELIXIRIA vetusta, antiquata tenebris litterarum lumine fugatis, oblivioni tradamus.

EMBROCATIO, Tropfbad, *Embrocation, Embroche*, a voce graeca βρέχω, quod est pluere, irrigare, medicamentum est liquidum, quod corporis parti aegro tanquam pluvia e spongia suctu bene repleta leni pressione instillatur. Praeterea quoque lotiones et fomentationes partium dolentium corporis hoc nomine intelliguntur. Pro spongia facile est apparatum, ad modum Stillicidii Schneideri Berolinensis, indicare, mensurarum diminutarum, quo liquidi medicati guttularum quasi fasciculus, pressione hydrostatica per foramina minuta coactus, corpori irroratur. Rarius hodie adhibetur in partibus adeo dolentibus, quae pressionem minimam ferre nequeant.

EMBROCATIO ALCALINA Willan sec. Richard. Willan's alkaliſches Tropfbad. *Embroche ou Douche alcaline de Willan.*

Rec. Liquor. Kali Unc. unam, Spirit. Mindereri Unc. duas, Spirit. Vini simpl. Unc. octo.

EMBROCATIO AMMONIAE ACETATIS v. Embrocatio discutiens.

EMBROCATIO AMMONII MURIATICI Scarpa.

Rec. Salis Ammon. Unc. unam, Solve in Aceti concentrati Unc. duabus, adde Spirit. camphorat. Unc. unam, Liquor. Plumb. acet. Drachm. duas. m. f. Embrocatio.

EMBROCATIO ANTIRHEUMATICA Questoni sec. Gray. — Miscella est Ol. Olivar. et Ol Terebinth. aa Unc. unius cum dimidia et Spirit. Vitrioli Drachm. trium.

EMBROCATIO AD CONTUSIONES vel Tumores seu Saponis cum Camphora Gray. — Miscella est Linimenti saponacei Unc. quinque et Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. unius. Aliud ex Linimenti sapon. Unc. tribus, Ol. Tereb. Unc. duabus et Camph. Unc. unius constat. Aliud (Embrocatio rubefaciens) miscella est Tinct. Cantharid. *Unc.* unius, Spir. Vini camphor. *Drachm.* sex et Ol. Origani Drachm. duarum. Aliud ex Aceti destill Unc. octo, Spir. Vini Unc. sex et Sal. Ammon Unc. unius constat. — Aliud solutio est Sacch. Saturni Unc. semis in Aceti Vini et Aquae aa Unc. octo.

EMBROCATIO seu STILLICIDIUM DISCUTIENS Plenckii.

Rec. Hb. Alth. manip. quatuor, Hb. Menth, — Matricar., Summit. Absinth., Fl. Centaurii min., — Lavend., — Chamom. aa manip. tres, Rasur. Lign. Sassafras Unc. duas, Bacc. Junip. et Lauri aa Unc. quatuor. Coque cum s. q. Aquae vase clauso per semihoram ad colaturam Libr. viginti quatuor, tunc admisce Sal. Ammon. Unc. quatuor, Spir. Junip. Libr. duas.

EMBROCATIO DISCUTIENS RESOLVENS seu Ammoniae Acetatis Saunders. — Constat e Spir. Mindereri Unc. sex, et Spir. Vini simpl. Unc. tribus. — Rennie Sal. Al-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0328-4
DFG

cali volat. Unc. quatuor, Aceti concentr. Unc. sex et semis, vel q. s. ad saturandum Acetum misceri, tunc addi praescribit Spir. Vini Unc. tres.

EMBROCATIO PRO DOLORE CAPITIS CUM VIGILIIS ET DELIRIO Donzelli.

Rec. Cort. Rad. Mandragor. Drachm. unam, Capit. Papaveris alb. nmo. quindecim, Hb. Lactucae, — Violar., — Anethi, — Serpylli, Flor. Rosar. rubr. ana Manip. unum et semis. Sem. Lactucae Drachm. unam, L. Santalor. omnium ana Unc. unam. F. l. a Embrocatio.

EMBROCATIO FRIGIDA *Ph.* milit. Bor.

Rec. Aquae commun. Libr. unam, Aceti Vini Unc. quatuor, Sal. Ammon. Unc. semis.

EMBROCATIO HYDRARGYRI OXYMURIATICI Batemanni sec. Richard.

Rec. Mercur. Sublimat. corros. Gran. duo, solve in Aqua destill. Unc. quatuor, adde Spir. Lavend. comp. Unc. unam.

EMBROCATIO OPII COMPOSITA Rennie. Miscella est Tinct. Opii., Liq. anod. Hofmanni et Camphor. ana Unc. duarum.

EMBROCATIO REFRIGERANS Pierquin. Constat ex Aquae font. Libr. duabus, Aceti Unc. sex, Naphth. Vitrioli Unc. duabus et Aquae Rosar. Unc. quatuor.

EMBROCATIO RESOLVENS Swediaur.

Rec. Spec. aromat. Libr. sex. Coque cum s. q. Aquae per 1/4 horae vase clauso ad colat. Libr. viginti quatuor, quibus adde Spir. Mindereri Unc. quatuor, Spir. Junip. Libr. duas (v. etiam Embrocatio discutiens et volatilis.)

EMBROCATIO RUBEFACIENS v. Embrocatio ad contusiones (pag. anteced.).

EMBROCATIO SAPONIS Rennie.

Rec. Sapon. albi Unc. tres, Camphor. Unc. semis, Sal. C. Cervi Unc. quatuor et Spir. Vini Unc. duodecim M. et solve (V. etiam ad contusiones).

EMBROCATIO SINAPINA PRO EQUIS Rennie.

Rec. Farin. Sem. Sinap. Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. unam semis, Ol. Therebinth. Unc. unam. M. exact. cum s. q. Aquae, ut f. mixtura Cremoris consistentiae.

EMBROCATIO PRO STOMACHO DEBILI Donzelli. — Fit miscendo Vini Malvat. Libr. unam, Ol. Nardin. et Mastich. ana Unc. tres, Nuc. Moschat. et Spic. Nardi ana Unc. duas.

EMBROCATIO AD TUSSIM CONVULSIVAM Roche sec. Gray. — Miscella est Ol. Olivar. Unc. sedecim. Ol. Succini Unc. octo et Ol. Caryophyllor. ad odorem fortem (alias pristinas formulas praetereamus).

EMBROCATIO VOLATILIS seu ammoniacalis Saunders. — Miscella est Spir. Sal. Ammon. caust. et Tinct. Opii simpl. ana Unc. unius cum Spir. Vini camphor. Unc. sex. — Swediaur Sal. Alcali volat. sicci Unc. unam cum Spir. Vini rectificat. Unc. sex et aquae Libr. una ad duas misceri suadet. Spir. Vini, loco etiam Spir. Vini camphor. sumi praescribit.

EMETICUM SICCUM Margatte.

Rec. Tart. emetici, Vitrioli caerulei ana Gr. duo M. (alia Emetica pristina praetereamus).

† EMETIUM, EMETINUM, EMETINA, EMETIA, Brechſtoff, *Emetine.*

Rec. Extr. Rad. Ipecacuanh. alcoholico-aquosi (Emetii impuri) quantum vis. Solve in Aquae destillatae paullulum Acido Salis acidulatae, quadruplo, filtra, si necesse, et admisce liquori claro solutionem Mercurii sublimati corrosivi, quamdiu enascitur praecipitatum voluminosum, quod in filtro Aqua *frigida* bene abluendum et siccandum est. Siccatum solve in s. q. Spiritus Vini rectificatissimi, liquori admisce solutionem Barytae hydrothionicae (p. 128), quamdiu turbabitur; filtrato admisce Spiritum Vitrioli ut parum praevaleat, iterum filtra et evapora liquorem limpidum lenissimo calore, donec omnis spiritus in auras abierit. Residuum solve in parva Aquae quantitate, et liquori filtrato adjice Spirit. Salis Ammon. causticum, quamdiu Emeticum secernitur, quod Aqua frigida lavandum, calore non adhibito siccandum et caute asservandum. — *Pulvis albus, aëre immutabilis, inodorus, et fere insipidus, alcalium modo reagit, leni calore liquefit,* calore autem auctiore destruitur difficile solutu in Aqua, facile autem in Spiritu Vini, in Aethere minime. — Part. const. Carboneum, Hydrogenium, Oxygenium et Acetum. Cum acidis salia format, facultate crystallisandi plerumque carentia, sapore peramaro, simul acri, facilia solutu in aqua et spiritu vini. Solutiones aquosae praecipue Tincturae Gallarum et Mercurii sublimati corrosivi ope praecipitantur. — *Vis.* Emetii uti et illius Salium: emetica in exigua jam dosi! in majori dosi facile nociva, toxica.

*Usus.* Per se datur in pulvere, vel solutione, vel cum acidis junctum in minima dosi, grani partem octavam vix excedente.

EMETIUM IMPURUM v. Extractum Ipecacuanhae.

EMPASMA, PASMA seu Adspersio IN GANGRAENAM Schubarth. Streupulver gegen Brand. *Empasme contre la Gangraene.*

Rec. Pulv. Fl. Chamomill., Hb. Absinth., Cort. Quercus ana Unc. unam, Myrrh. Unc. semis, Camphor. Guttis aliquot Spir. Vini contritae Drachm. duas M. — Sundelin Camph. tritae Drachm. unam et semis, Pulv. Chin. fusc. Unc. semis, et Pulv. Cort. Salicis pentandr. Drachm. tres misceri proponit.

EMPASMA CONTRA HAEMORRHAGIAM SCORBUTICAM Schubarth.

Rec. Gumm. Arabic., Vitriol. Mart., Bovistae ana Unc. semis. M. f. pulv. subtil.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0329-2

EMPASMA AD PAPILLAS MAMMILLARES SAUCIAS Sundelin.

Rec. Conchar. praep. Drachm. tres, Gumm. Arabic. Pulv. Drachm. duas, Mastich. pulv. Drachm. unam.

EMPASMA IN ULCERA SCORBUTICA PUTRIDA Kraus.

Rec. Carbon. vegetab. opt., Cort. Chin. flav. āā Unc. unam, Caryophyll. aromat. Scrup. unum ad duos, Alumin. crudi Drachm. unam ad tres. M. f. pulv. d. in vitro tecto.

**EMPLASTRA**, Pflaſter, *Emplâtres*, medicamenta externa dicuntur solida, duriora, corporis calore emollienda, adhaerentia, quae in stratum tenue, linteo vel corio illitum, expansa partibus corporis aegris vel dolentibus imponuntur. Ab Unguentis nonnisi spissitudine vel duritie differunt. Emplastra vel sola *liquefactione* eorum, *quae inseruntur*, vel ex Oxydis Plumbi, Lithargyro et Minio, et Oleis pinguibus cauta coctione, addita aqua vel omissa, parantur. Ulteriorum, quae Empl. saturnina sive plumbea audiunt, parandi methodus suo loco praecepta est. Quae vero composita appellantur, e Resinis, Pice, Colophonio, Terebinthina, Cera, similibus, leni calore liquefactis, conflantur et agitando bene miscentur. Corporum solidorum pulveres, e. gr. Herbarum, Radicum, Terrarum, Oxydorum, Insectorum, cet., semirefrigeratis ope pistilli lignei immiscentur. Corpora volatilia, uti Camphora, Olea aetherea, paene frigefactis et adhuc inter manus tractabilibus adduntur et subiguntur. Camphora addenda vel ope guttularum Spiritus Vini in pulverem subtilissimum contrita, vel cum pauxillo Olei Olivarum bene mixta additur.

Gummi-resinae, e. gr. Ammoniacum, Asa, Galbanum cum Terebinthina, quae inseritur antea seorsum liquata adduntur; Vegetabilium pulveres siccissimi adhibeantur, ne mucorem contrahant emplastra.

Adhuc mollia in cylindros vel Magdaleones formantur; albidiora (Empl Diachylon, album coctum, saponatum, cet.) manibus bis terve cum sapone bene lotis, ne immunditiei vituperium incurras. Nimis ne manibus adhaereant, aquae tepidae immersa vel saltem manibus aqua humectatis emolliuntur. Emplastra herbacea hac ratione facilius mucorem generant, quare in his malaxandis manus Olei Olivarum guttulis illinuntur.

Emplastra medio calore sunt dura (Diachylon, album coctum, cet.) aut molliora, unguinosa (Empl. Cicutae, vesicatorium ord., Matris, cet.), corporis calore emollescant, nec tamen fluant.

Emplastra, aeris contactu bene siccata, charta involuta serventur, loco frigido, nec humido; quae vero principio gaudent volatili, vesica bubula inclusa vel in capsula e ferro laminato albo confecta. Non pro longiore temporis spatio praeparentur, ne vetustate nimis indurescant, nec coloris et virtutum detrimentum capiant.

EMPLASTRUM Abbatis de Grace sec. Lemery.

Rec. Hb. Absinth., — Menth., — Majoran. āā Drachm. tres, Flor. Rosar. rubr., Rad. Zingib., Nuc. Moschat., Caryophyll. aromat., Cinnamom., Thuris, Aloës, Benzoës āā Drachm. duas, Semin. 4 calidor. major. āā Drachm. unam, Ol. Absinth. Unc. quinque, Cerae flavae libram semis. F. Emplastrum l. a.

**EMPLASTRUM ADHAESIVUM**, adhaerens simplex seu agglutians, Emplastrum Lithargyri seu Oxydi Plumbi semivitrei cum Resina Pini, Emplastrum Resinae, resinosum seu commune, Emplastrum Oxydi Plumbi epuloticum, Emplastrum Picis solidae, Emplastrum Diapalmae Hisp., Emplastrum polychrestum, Ceratum resinosum. Gemeines einfaches Heftpflaſter. *Emplâtre adhésif.*

Rec. Emplastri Diachyl. simplicis Libras duas, Resinae albae colatae et Colophonii nigri clari āā Libr. unam. Liquefiat Emplastrum Diachylon leni igne et simul et Resina cum Colophonio separatim, quae, si necesse, colanda et Emplastro admiscenda. Agitetur massa adhuc super lenem ignem, ut durior fiat, et semirefrigerata malaxetur optime et formentur baculi. Emplastrum sordide flavo-fuscescens, in frigore fere fragilis, calore medio tenax, et maxime glutinans, odore resinoso. *Vis* ex nomine patet. — *Usus.* Pro uniendis vulnerum labiis. — Emplastrum *nimis durum*, vel *nimis molle, aut parum tantummodo glutinans, aut inaequale*, impurum et male *elaboratum* removeatur.

*Pharmacopoearum* formulae ad parandum hoc Emplastrum satis discrepant. Taxa militaris. Badens. Empl. Diachyl. simpl., Picis Burgund. et Colophon. āā Part. aequales l. a. misceri praescribit. — Ph. Americ., Amstelod., Batav., Belgic., Londin., et Lusit. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, cum Resin. flav. (hoc nomine Ph. Americ., Londin. et Lusit. Thereb. coctam intelligunt) Libr. semis. — Ph. Bav. Axung. Porcin. Part. duodecim cum Litharg. subt. pulv. Part. octo, addito pauxillo Aquae, ad Empl. consistentiam coqui, tunc addi praescribit Resin. Pini Part. sex et Picis naval. Part. tres. — Ph. Boruss. ed. 3. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas et Resin. alb. Libr. unam misceri praescripsit, postea Therebinth. Unc. unam (uti et Ph. Polon.) addi jubebat, et Ph. Borussica ed. quint. Empl.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0330-3

Diachyl. simpl. Libras duas cum Therebinth. coctae Libra una liquefieri et per 1/4 horae super igne spatula agitari praescribit. — Ph. Edinburg. Empl. Diachyl. s. Part. septem, et Resin. flav. (Therebinth. coctae) Partem unam, Brugnatelli octo Empl. ad unam Resinae, Ph. Hannov. et Rossic. Empl. Diachyl. s. Libr. tres, Resin. Pini Libr. semis praescribit. — Ph. Gallicae et Genev. formulae cum hac congruunt, nomine Picis albae Resinam Abietis intelligunt. — Ph. Hass. El. Empl. Diachyl. s. Libr. duas, Resin. Pini Libr. duas et Thereb. Venet. Unc. semis. — Ph. Fennic. et Suecic. Ol. Olivar. Libr duas, Lithargyri triti Libr. unam, et Ceruss. Unc. quatuor, instillando subinde pauxillum Aquae ferventis, l. a. ad. Emplastr. spissitudinem coqui, tunc adjici praescribunt Cerae flavae Unc. octo et Thereb. communis Unc. duas. — Disp. Fuldense Resin. flav. Unc. sedecim, cum Thereb. Venet. Unc. quatuor et leni igne ad Empl. consistentiam inspissari jubet — Ph. Ferrar. Empl. Diachyl. s. Part. sex, Empl. albi cocti et Resin. Pini āā partem unam addi suadet. — Ph. Parmens. Empl. Diachyl. s Unc. quatuor et Picis Burgund. Unc. unam misceri jubet. — Piderit Resinae Libr. unam, Thereb. Venet. Unc. quatuor et Empl. Diachyl. s. Unc. sex praescribit. — Ph. Hispan. Ol. Olivar., Axung. Porci et *Litharg. subtil. pulv.* āā *Libr.* unam cum s. q. Aquae l. a. ad justam consistentiam coqui, tunc addi praescribit Cerae albae Unc. novem, Resin. commun. Unc. sex et iterum coqui ad Emplastri spissitudinem. — Ph. Wirtemb. et Spielmannus ad EMPLASTRUM ADHAESIVUM EDINBURGENSIUM Empl. Diachyl. s. Libr. semis cum Picis Burgund. Unc. tribus liquefieri praescribunt. — Chelsedonii formula eadem est. — Gray Ol. Olivar. Libr. septuaginta novem cum Lithargyro Libr. quadraginta sex et Unc. octo l. a. in Emplastr. redigi, tunc admisceri praescribit Resin. flav. Libr. sedecim. — Baytons adhesive Plaster ex Empl. Diachyl. s. Libr. una et Resin. Drachmis sex constat. EMPLASTRUM ADHAESIVUM AD SPARADRAPUM ex Empl. Diachyl. s. Libra una, Resin. Unc. quatuor et Therebinth. Unc. semis, vel pro aestate Drachm. duabus constat. Reliquae illius et Rennie formulae cum Ph. Londin. congruunt. — Walther Empl. Diachyl. s. cum Picis Burgund. āā Unc. sex calore liquefacere, tunc admisceri praescribit Colophon. Libr. unam. — Van Mons Empl. Diachyl. s. Part. triginta octo, Cerae flavae Part. sedecim, Therebinth. Part. tres et Axung. Porci Partem unam l. a. misceri suadet. Reliquae illius formulae cum Ph. Boruss. prist. et Edinburg. congruunt; alias ab illis, quas praecepimus, parum discedentes praetereamus. (Vide etiam Cera arborea, Empl. citrinum, Diachyl. compos. et sequentia.)

EMPLASTRUM ADHAESIVUM sec. Martius. — Miscella est Empl. albi cocti et Diachyl. compos. āā Unc. quindecim cum Picis albae Unc. decem. — Hieme vero Empl. albi cocti Unc. viginti, Diachyl. et Picis albi āā Unc. decem misceri praescribit.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM Bate. — Miscella est Empl. Diachyli seu Diapalmae āā Libr. unius, Pic. burgund. et Sarcocoll. āā Unc. quatuor et Therebinth. Drachm. sex v. q. s.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM s. Lithargyri resinos. martiale Ph. Saxon. sec. Juch.

Rec. Colophonii pulver. Partes sex, Terebinth. Part. quatuor. Leni igne intere Pulv. Mastich. Part. duas, Croci Martis (Colcoth. elot. Engliſch Roth) Part. unam. Exacte mixta malaxando junge cum Empl. Diachyl. Part. duodecim. Aliud cum Ph. Boruss. prist. formula congruit, nisi quod duplum Therebinth. continet.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM seu Piceum FORTIUS. — Miscella est Picis solid. Part. quatuordecim, Resin. Pini Part. novem, et Cerae flav. Part. decem. — Vogt. Empl. Diachyl. s., Picis. Burgund. et Colophon. āā Unc. semis liquando misceri. — Vel: Empl. Diachyl. c. Gumm. Picis Burgund. āā Drachm. sex misceri suadet. (V. etiam Empl. Picis.)

*EMPLASTRUM ADHAESIVUM CUM OLEO LINI. Klebpflaſter mit Leinöl. Ph. Slesv. Hols.*

Rec. Cerussae tritae Unc. duas, Ol. Lini Unc. unam, fiat eadem encheiresi ac in Empl. albo cocto, Emplastrum flavescens, linteis tenacissime agglutinans.

EMPLASTRUM ADHAESIVUM Woodstockii v. Empl. anglicum (p. 312).

EMPLASTRUM ADSTRINGENS v. vid. Emplastrum defensivum rubrum et roborans.

## EMPLASTRUM ALBUM COCTUM. Bleiweißpflaſter. *Emplâtre de Blanc de Céruse.*

*Synon.* Emplastrum commune seu ordinarium seu consolidans saturninum, Emplastrum de Spermate Ranarum, Emplastrum Cerussae seu Plumbi subcarbonici seu Subcarbonatis Protoxydi Plumbi. Weißgekochtes Pflaſter, Froſchlaichpflaſter, Kohlenſäuerliches Bleipflaſter. *Emplâtre de Frai de Grenouilles, de Céruse.*

Sec. Pharm. Boruss. ed. 5.

Rec. Lithargyri subtilissime pulverati Libram unam, Olei Olivarum Libras quatuor cum dimidia.

Calefiat oleum in aheno per-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0331-9
DFG

capaci caute ad ebullitionis punctum usque, tunc adjiciatur sensim Lithargyrum inter perpetuam agitationem, inspergendo interdum pauxillum Aquae calidae, ne humidum deficiat. Coque donec Lithargyrum omnino solutum fuerit, quo facto sensim admisce

Cerussae genuinae in lamellis, subtilissime pulveratae, Libras septem, et coque, Aquam calidam interdum instillare pergens, donec emplastrum factum sit. Semirefrigeratum in baculos tenues contorquetur, qui in loco frigido asservantur.

Emplastrum album, aequabile, post tempus aliquot superne subflavescens, insipidum, in frigore fragile, calore medio tenax, ita ut digitis humectatis tractari possit. Calore aucto liquescens, colorem facile subfuscum attrahens. Oleis solvitur, non aqua. ***Partes constituentes:*** Plumbum oxydatum suboleinicum et margarinicum, immixto pauxillo Cerussae non solutae. — ***Vis:*** siccans, temperans, discutiens.

Emplastrum sordidum, adustum, aut temporis lapsu nimis durum et fragile, nec minus non satis coctum, digitos facile inquinans, aquam, qua lavatur, sedimento albido turbidam faciens, odore ingrato vel rancido praeditum removeatur.

*Usus:* Linteo illinitum tumoribus, ambustis partibus cet. imponitur.

Pharmacopoeae satis in parando hoc Emplastro discrepant. Praetulimus Ph. Boruss. formulam, prae ceteris et ponderum rationibus insignem, et eo quod emplastri formationem, Lithargyri adminiculo magnopere fautam, certiorem facilioremque reddit. Plures Pharmacopoeae Lithargyro carent, et sola Cerussa Olei saponificationem, quamquam lentius et facilius detrimento obnoxiae, efficiunt. Lithargyrum evitare studiosus prudenter agis, si Cerassae Libras sedecim cum Olei Olivarum Libris novem, cavens quae supra indicavimus, coquendo junges. Cum hac methodo Ph. Hass. El. congruit. — Ph. Bavaric. et Saxon. ad unam Olei Olivarum partem duas Cerussae praescribunt. — Celsus ad tres Olei Olivarum partes quatuor Cerussae sumi vult. (Spielmann.) — Ph. Boruss. prist., Oldenburg. et Slesvico-Holsat. formulae, cum illa, quam modo in adnotatione praecepimus, congruunt, nisi quod copiae illuc designatae Cerae albae Libras duas liquefactione admisceri jubent, Disp. Lippiac. autem Cerae Libram unam tantummodo. — Ph. Hannov. Litharg. Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. sex cum dimidio, et Cerussae Libr. sex habet. — Ph. Parmens. Ceruss. et Ol. Olivarum āā Libr. duas, Lithargyri autem Libr. unam praescribit. — Ferrarini et Taddei Ceruss., Ol. Olivar. et Aceti alb. āā Libr. unam cum Empl. Diachylo simpl. et Ceruss. alb. āā Unc. sex in Empl. redigi proponunt. — Ph. Brunsvic., Ph. Palat. et Wirtemb.: Ceruss. Libr. unam et semis cum Ol. Olivar. Libr. duabus et s. q. Aq. ad justam consistentiam coqui, tunc addi praescribunt Cerae alb. Unc. quatuor. — Ph. Danic. et Herbipol. Ceruss. Libr. quatuor, Ol. Olivar. Libr. duas et Cerae Unc. sex praescribit. — Disp. Fuld. Ol. Olivar. Libr. duas et semis, ad aquae consumtionem in eo contentae (?) coqui, tunc solvi praescribit Cerae alb. Unc. tres, post Cerae solutionem ab igne removeri, et miscellae adhuc fervidae sub perpetua agitatione sensim admisceri Ceruss. puriss. alcohol. Libr. tres, bene cavendo ne Cerussa inspersa massa nimium sublevetur; mixtione bene peracta Emplastrum confectum est. — Ph. Polon. Ceruss. Libr. novem cum Axung. Porci Libr. sex et s. q. Aquae l. a. in Emplastrum redigi jubet. — Van Mons ad EMPLASTRUM ALBUM COCTUM Ceruss. et Cer. alb. āā Part. unam, Lithargyri Partes duas et Ol. Olivar. Part quatuor c. s. q. aquae l. a. ad consistentiam coqui, — ad EMPL. CERUSSAE autem solummodo Cerussae et Ol. Olivar. āā Part. aequal. praescribit. — Ph. Sardoa octavam Cerae albae partem insuper addi jubet. — Swediaur Ceruss. Part. unam, Ol. Olivar. Part. duodecim et Cerae alb. Part. tres l. a. misceri proponit. — Ph. Slesv.-Holsat. Empl. Cerussae etiam via humida parari concedit. Saponis Veneti, ex Oleo parati, Unciae sex in Aq. destill. Unc. triginta solvantur, et addatur solutio Plumbi acetici ex Unc. tribus et dimidia cum Aquae dest. Unc. novem parata. Sedimentum copiosum aliquoties aqua ablutum lege artis malaxetur et in magdaleones formetur. Hoc quidem emplastrum potius Emplastrum Diachyl. simpl. denominandum, colore candidiore insigne, quam pro Empl. alb. cocto habendum, quum Cerussam indecompositam non contineat. Facilius temporis lapsu indurescit et massam albam friabilem praebet. — Alias, a nostra pa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0332-5 DFG

rum discedentes formulas, praetereamus. — (V. etiam Emplastrum Diachylon simplex.)

EMPLASTRUM ALBUM CUM AXUNGIA sec. VAN MONS. — Fit coquendo Axung. Porci Part. quindecim et Lithargyri ppt. Partes sex c. s. q. Aquae in Empl. consistentiam. (V. etiam Empl. Diachylon. simpl.)

EMPLASTRUM ALEXANDRI EX ALLIIS sec. LEMERY.

Rec. Cerae flavae Libr. unam, Axung. Porci et Anser. ãa Uncias quinque, Spicarum Allii mund. et minut. concis. Unc. tres et semis. Digere liquando per 24 horas, tunc coque leni igne ad humidi fere consumtionem, cola cum expressione et admisce Terebinth. Unc. quatuor, Pulv. Storacis, Bdellii, Aloës ãa Unc. tres, Euphorbii Unc. unam et semis, Croci Unc. semis, Mastiches et Olibani ãa Drachm. unam et semis. F. Empl.

EMPLASTRUM seu Ceratum DE ALTHAEA Ph. Sardoae.

Rec. Ol. Chamomill. et Lilior. alb. coct., Cerae alb., Sevi hircini ãa Unc. octo, Axung. gallin. et Medull. vitul. ãa Unc. tres, Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam et semis. Mixta liquentur leni igne, tunc addantur Pulv. R. Althaeae Unc. quatuor et agitentur donec frigefacta sint. — LEMERYI formula potissimum cum hac congruit.

EMPLASTRUM DE ALTHAEA v. Emplastrum citrinum.

EMPLASTRUM AMMONIACALE seu de Ammoniaco (simplex) Ph. Danic. edit. prior.

Rec. Cerae citrin., Resin. Pini, Terebinth. communis ãa Unc. quatuor. Liquefactis, et colatis addantur Gummi Ammoniaci dep. Unc. octo. Misceantur exactissime. — *Vis:* emolliens, leniter irritans et discutiens, resolvens, maturans.

## EMPLASTRUM AMMONIACI Ph. Boruss. Ammoniakpflaster. *Emplâtre d'Ammoniaque.*

Rec. Cerae flavae, Resin. Pin. burgund. ãa Unc. quatuor. *Liquatis et semirefrigeratis* admisce Ammoniaci dep. Unc. sex, Galban. dep. Unc. duas in Terebinth. commun. Unciis quatuor blando calore solutas. Fiat l. a. emplastrum. — Codicis Hamburg., Ph. Hannover., Oldenburg., Polonic., et Slesvico-Holsat. formula cum hac congruit. — Ph. Londin. Fit solvendo Ammoniaci dep. Unc. quinque in Aceti destillat. Unciis octo et inspissando miscellam in vase ferreo balneo Mariae assidue movendo ad justam spissitutinem. — Ph. Americ., Batav., Danic., Dublin., Edinburg., cet. formulae cum hac congruunt. — AUGUSTIN Gummi Ammoniaci in s. q. Acet. Vin. solvi et ad consistentiam Empl. inspissari praescribit.

EMPLASTRUM AMMONIACI CUM ACETO SCILLITICO seu Gummi Ammoniaci squilliticum Ph. Suec. — Fit solvendo Gummi Ammoniaci pulv. Part. quatuor in Aceti scillitici Part. octo et inspissando uti praecedens. — Ph. Hamb. pp. ed. prior. et Vogti formulae cum hac congruunt. (V. etiam Empl. Diachylon compositum.)

EMPLASTRUM DE AMMONIACO Ph. Wirtemberg.

Rec. Ungt. Althaeae Unc. unam et semis, Cerae citrinae Unc. quatuor, Resin. Pini Unc. unam. Super ignem colliquatis et colatis adde, Pulv. Rad. Bryoniae, — Irid. florentin., Sem. Foenugraeci ãa Drachm. sex, M. et in fine addantur Gummi Ammoniaci in Aceto soluti Unc. duae, Empl. Meliloti Unc. una. Fiat emplastrum. (Alias, pristinas, magis coacervatas formulas, praetereamus.)

EMPLASTRUM DE AMMONIACO FORESTI Disp. Prag. cet.

Rec. Gummi Ammoniac. Unc. semis, Ungt. Dialthaeae, Empl. Melilot. ãa Drachm. duas, Furfur. frument. Unc. semis, Pulv. Rad. Bryon., — Ireos ãa Drachm. duas, Pinguedin. Anatis, — Anseris, — Gallinae ãa Drachm. unam et semis, Bdell., Galban. ãa Scrup. duos, Olei Irini Drachm. sex, Mucilag. Sem. Foenugraec., — Lini ãa Unc. unam, Cerae Unc. duas, Terebinth., Resinae Pini ãa Drachm. sex. Mucilagines cum Oleis et pinguedinibus coquuntur ad humidi consumtionem, tum leni *igne liquando immiscentur cetera.*

*EMPLASTRUM AMMONIACO-GALBANICUM* v. Empl. Diachylon compositum.

EMPLASTRUM AMMONIACI seu de Ammoniaco CUM MERCURIO sive Hydrargyro Londinensium sec. SPIELMANN cet.

Rec. Mercurii vivi Unc. tres, Balsami Sulphuris RULANDI (simplicis) Drachm. unam. Terantur probe usque dum omnes globuli merculiales disparuerint, deinde immisceantur sensim sub perpetua agitatione Gummi Ammoniaci Unc. duodecim, liquati cum Terebinth. Unc. tribus. — Ph. Lond. nova cum hac formula congruit. — SELLE duas Ammoniaci Libras praescribit, ceterum uti praecedens. — Ph. Dublin. Balsam. Sulphuris loco Terebinth. Drachm. duas praescribit, cet. ut supra. — VOGT Mercur. Drachm. duas cum Terebinth. commun. Drachm. una extingui tum admisceri praescribit Gummi Ammoniaci Unc. unam.

EMPLASTRUM AMMONII CUM CAMPHORA Ph. Batav.

Rec. Sal. Alcali volat Salis Ammon. Drachm. unam, Camphorae, cum Spirit. Vini trit. Drachm. semis, Empl. Cicutae et saponati ãa Unc. semis M. malaxando. (V. etiam Empl. armoniacum et volatile.)

EMPLASTRUM CONTRA ANCHYLOSIN.

Rec. Empl. Diachyl. comp., — Cicutae ãa Unc. duas, Extr. Hb. Sabinae, Asae foetid. ãa Unc. semis, Salis Gemmae Drachm. sex, Kermet. mineral. Drachm. unam et semis, Camphorae Drachm. unam.

EMPLASTRUM ANDREAE A CRUCE seu Resinarum glutinans Ph. Hispanic.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0333-1

*Emplâtre d'Andrée de la Croix ou agglutinatif de Poix et de Resine.*

Rec. Resin. commun. Unc. sedecim, Elemi Unc. quinque, Terebinth., Ol. Olivar. āā Unc. duas, Cerae albae Unc. unam. Liqua, cola, f. emplastrum. — Ph. Gallic., Cadet, Rennie et Van Mons. Olei Laurini, Terebinth. āā Part. unam, Elemi Part. duas et Picis albae Part. octo l. a. misceri praescribunt. — Lemeryi formula capite rei cum hac congruit.

EMPLASTRUM ANGINOSUM Fulleri. — Miscell. est Empl. Diachyl. simpl. Drachm. trium et Ol. destill. Absinth. Gutt. duodeviginti.

**EMPLASTRUM ANGLICUM** seu **anglicanum, Emplastrum adhaesivum Woodstockii, glutinosum seu glutinans, Emplastrum Ichthyocollae *telae inductum, Sericum* adhaesivum, anglicum seu glutinans, Tela Ichthyocollae glutinans. Engliſch Pflaſter, engliſcher Leimtaffet.** *Taffetas d'Angleterre, Court plastre, Sticking Plaster.*

Rec. Collae piscium optimae, minutim concisae, Unc. unam. Solve digerendo in vase clauso balneo Mariae in Aquae et Spirit. Vini rectificat. āā Unc. sex, solutionem adhuc calentem *cola, et penicilli magni mollisque ope Holosericum nigrum* et tenue sed densioris texturae (Taffet), supra regulam quadratam fortiter extensum, ita in uno latere caute, parcissime et aequabiliter obduc, ne in alterum latus transbibatur. Post perfectam exsiccationem denuo Holosericum cum solutione collae piscium, leni calore liquatae, obducitur; et haec operatio ter quaterve et plus repetenda, donec stratum glutinans satis crassum sit, splendoremque lucidum assumserit. Emplastrum bene siccatum regula eximitur et plerumque in frustula minora secatur. Pari modo Holosericum album et incarnatum obducitur. Panni sericei loco etiam membrana aurifabrorum tenuissima (Goldſchlägerhäutchen) solutione collae piscium obducitur. — *Vis:* Glutinans. *Usus:* Ad unienda vulnera, tegendas excoriationes cutaneas cet. — Sit Emplastrum rigidum, sed tenax, valde sed in uno tantum latere glutinans, inodorum. Emplastrum fragile, minus glutinans vel odore alieno infectum removeatur.

Parari quoque potest cum Solutione aquosa collae animalis bonae notae. Saepius etiam substantiae balsamicae addi solent, quod autem ob earum vim irritantem minus laudandum est. — Sic Ph. Wirtemb. et Piderit Collae pisc. Unc. unam, Benzoës et Styrac. Calamit. āā Drachm. unam in Spirit. Vini rectif. Libr. una solvi et cum hac solutione Empl. anglicum, ut supra edoctum est, parari praescribunt. — Spielmannus Drachm. dimid. tantummodo Benzoës et Styrac. calamit. praescribit, ceterum uti Ph. Wirt. — Ph. Danic. et Rossic. Collae piscium Unc. unam, Benzoës Drachm. unam et Spirit. Vini simpl. Libr. unam. — Ph. Herbipol. Drachm. semis tantummodo Benzoës praescribit et s. q. Spirit. Vini ceterum ut praecedens. — Ph. Bavar. Benzoës, Sacchari āā Part. unam, Collae pisc. Part. sex et Spirit. Vini Partes septuaginta duas. — Ph. Saxon. Collae pisc. Part. unam, Benzoës et Sacchar. āā Part. unius octavam et Spirit. Vini rectif. Partes duodecim praescribit. — Ph. Suecic. Collae pisc. in s. q. Aquae solvi et cum solutione calida, in frigore vix in gelatinam coalescente, sericum l. a. repetitis vicibus (duodecies vel sedecies) illiniri praescribit. — Ph. Austr. et Fennic. hoc modo paratum emplastrum denique in pagina serici aversa Tinctura Benzoës illini *proponit.* — *Ph. Boruss.* ad *telam* bombycinam (*Taffent dictum) longitudine* sex pedum et latitudine duorum ped. Unc. duas Coll. pisc. in s. q. Aquae ad Unc. duodeviginti colat. solvi, et primum Unciis duodecim, hujus solutionis telam obduci, deinde Unciis sex solutionis residuis suff. quant. Spirit. Vini rectificat. admisceri et iterum telam obduci, tandem in dorso Tinct. Benzoës s. q. illini praescribit. — Ph. Hispan. Emplastrum e solutione Coll. pisc. aquosa rite paratum, denique Tinct. Balsam. Tolutani bis inungi jubet. — Ph. Parmens. cum hac formula congruit, praescribit autem post illinitionem cum Balsam. Tolutano emplastrum denuo solutione Coll. pisc. contegi. — Disp. Fuld. Coll. pisc. Unc. duas, Bals. peruv. nigr. et s. q. Spirit. Vini praescribit. — Ph. Gallic. formula a nostra non discedit, nisi quod telam, nobis absolutam, denuo Tinctura Balsam. Peruviani et insuper Gelatina Collae piscium illini jubeat. — Ph. Hass. El. Coll. Pisc. Aq. frigid. mollit. et minutim incisae Unc. duas in Spirit. Vini rectif. *Unc.* sex *leni calore* solvi et solutioni admisceri praescribit Benzoës Drachm. duas, *Bals. Peruv.* nigr. Scrup. quatuor et Ol. Caryophyll. Gutt. decem in Spirit. Vini rectif. Unc. quinque solut. Cum solutione colata tela sericea l. a. satis in altero latere illinitur. — Gray Coll. pisc. Unc. unam in Spirit. Vini Libr. una solvi et addi Tinct. Benzoës Unc. duas et hac Solutione sexies sericum obduci, tunc bis solutione Terebinth. Chiae Unc. quatuor in Tinct. Benz. Unc. sex, denique Tinct. Bals. Peruv. nigri illini. — In aliud Coll. Pisc. Unc. quatuor Tinct. Benz. comp. Unc. unam et s. q. Aquae. — In aliud Coll. pisc., Benz. et Styrac. āā Unc. una, in Spirit. Vini rectif. Unc. octo soluta, et si massa admodum spissescit, paulul. Spir. Vini admisceri proponitur. — Denique Disp. Fuld. prist. Mucilag. Tragacanth. Unc. duas cum Bals. Peruv. Drachm. una misceri et in Sericum vel membranam aurifabrorum transferri suadet, quae quidem methodus nobis minime probatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0334-7
DFG

EMPLASTRUM ANGLO-SAXONICUM Ph. Batav.

Rec. Olei Olivar. Libr. unam, calefiat donec colorem subfuscum induerit; sensim addita Minii Libr. una coque ad emplastri consistentiam; in hoc denique solve Cerae alb. Libr. unam, et paene refrigerato adde Succini, Camphorae, in suff. quant. Ol. Olivar. solutorum, Alumin. ust. aa Drachm. duas. (V. Emplastrum Noricum.)

EMPLASTRUM ANGLICANUM VESICATORIUM Augustin.

Rec. Tela sericea (Tafft) obducatur primum solutione Coll. pisc., deinde Tinct. Cantharid. concentr. et cum Euphorbio parat., denique iterum solutione Coll. Piscium, addito Succo Cacti Opuntiae.

EMPLASTRUM ANODYNUM IN CANCRO Deckeri sec. Spielmann.

Rec. Empl. Diapompholygos Unc. unam, Fulig. splendent. Scrup. quatuor, Opii pulverati Drachm. unam, Sal. Alcali volatil., Sal. Ammoniaci aa Scrup. duos. Mixta malaxentur cum s. q. Olei Solani.

EMPLASTRUM ANODYNUM Fulleri.

Rec. Empl. de Minio Unc. quatuor, Ol. Lilior. alb. Unc. semis, Terebinth. Venet. Drachm. duas, Opii, Camphorae, Sacchari Saturni aa Scrup. duos. M.

EMPLASTRUM ANODYNUM seu Sevi anodynum Ph. Hispan.— Miscell. est Empl. Diachyl. simpl. Libr. unius, Cerae alb. Unc. sex, Axung. Porci Unc. quatuor et Sevi hircini Unc. duarum.

EMPLASTRUM ANODYNUM RUBRUM Disp. Vienn.

Rec. Cerae flav., Elemi, Pic. Burgund. aa Unc. sex, Colophon. Unc. quatuor, Boli Armen., Minii aa Unc. semis, Mastich., Oliban., Petrol., Styrac. liq. aa Drachm. sex, Croci Drachm. duas, Terebinth. Venet. Unc. unam. M. f. E.

EMPLASTRUM ANODYNUM Schmidt.

Rec. Succi recent. Hb. Hyoscyami, — Papav. alb., — Phellandrii aquatic. aa Unc. duas. Inspissentur leni igne ad Extracti consistentiam, tunc adde Cerae liquefactae Unc. quatuor, Ol. Lavendul. Unc. semis. M. exactissime. — Ph. Argentor. hoc nomine miscellam nimis compositam e mucilagine Radicum et Resinarum multarum conflatam, tradit.

EMPLASTRUM ANODYNUM Wildegansii Disp. Brunsvic.

Rec. Empl. saponati, Cerae citrin. aa Unc. duas, Ol. Tartari foetid., Ol. express. Hyoscyam. aa Drachm. quinque, Opii Thebaici Unc. semis, Camph. Drachm. tres. M. l. a. ut f. empl. — Spielmannus Empl. saponat. et Cerae citrin. aa Unc. quatuor praescribit, ceterum cum formula praecedente congruit.

EMPLASTRUM ANTIARTHRITICUM v. Empl. Antipodagricum Ph. Wirt. (p. 314)

EMPLASTRUM ANTIASTHMATICUM Goelis.

Rec. Theriac., Pulv. Rad. Belladonn., Laudan. liq. Sydenh. aa Scrup. unum, Gummi Arab. Drachm. tres.

EMPLASTRUM ANTICANCROSUM de Bories.

Rec. Hepat. Sulph. Kalin., Pulv. Hb. Cicut. aa Drachm. duas, Camphor., Terebinth. aa Unc. semis, Saponis alb. Drachm. semis, Cerae flavae Unc. unam, Empl. Diachyl. simpl. Unc. quatuor.

EMPLASTRUM ANTICHOLERICUM Ph. antich. Wilhelmi.

Rec. Empl. Bacc. Laur. Unc. unam, Camphor., Sal. volat. Corn. Cerv. aa Drachm. semis, Opii puri, Ol. Nuc. Moschat. aa Scrup. unum, Ol. Menth. pip., Ol. Caryophyll. aa Gutt. decem. M. Altera formula sec. Ammon: Rec. Empl. Galban. Croc. Unc. unam, Camphor. Drachm. unam, Sal. volat. Corn. Cerv., Opii pur. aa Drachm. semis, Ol. Menth. seu Caryophyll. Scrup. unum. M.

EMPLASTRUM ANTICOLICUM Pideriti.

Rec. Empl. Galban. Croc. Unc. quatuor; leni igne liquefacto adde miscellam ex Asae foetid., Terebinth. aa Unc. una, et Olei Corn. Cerv. foetid., — Menth. pip. aa Drachm. una factam. *Simplicius proponitur ex Empl. Galban. croc. Unc. una, Asae foetid. Drachm. duabus, Ol. Menth. pip. Scrup. uno paratum.*

EMPLASTRUM ANTIFEBRILE Schulzii.

Rec. Theriac. Drachm. duas, Terebinth. Drachm. unam, Flor. Sulphur., Alumin. crud., Piperis aa Scrup. unum, Olei Rutae Gutt. decem, Camphor. Grana decem. M. Aliud e Tabula Smaragdin. scatet quisquiliis.

EMPLASTRUM ANTIHAEMORRHOIDALE Pierquin.

Rec. Opii Gran. decem, Theriac. Drachm. duas. M. Swediaur Opii Grana quatuor ad sex cum Theriacae Drachm. sex misceri suadet.

EMPLASTRUM ANTIHYSTERICUM, Emplastrum Asae foetidae et Empl. matricale et resolvens (quae vide) quorumdam. Sec. Disp. Edinb. *prist.*

Rec. Galban. Unc. duodecim, Cerae flavae, Asae foetid. aa Unc. sex, Folior. Rutae, Florum Chamomill., Seminis Cumini aa Unc. duas, Terebinth. Unc. septem. Misce l. a. — Ph. Danica (1772) omittit Folia Rutae et Flores Chamomill.

EMPLASTRUM ANTIHYSTERICUM Sydenhami.

Rec. Galbani, in Tinct. Castor. soluti, Drachm. tres, Tacamahac. Drachm. duas. M. f. empl. Sec. Mayerne: Rec. Galbani Unc. duas, Tacamahac., Carannae (I, 25) aa Drachm. tres, Pulv. Sem. Cumin., — Nepetae aa Drachm. unam, Caryophyll., Nuc. Moschat. aa Drachm. semis, Bals. Peruv. parum, quantum satis.

EMPLASTRUM ANTIODONTALGICUM v. Empl. ad Dolores Dentium.

EMPLASTRUM ANTIPLEURITICUM Sylvii Disp. Hamburg. vet.

Rec. Empl. Diachyl. compos., — de Cumino, — de Meliloto āā Unc. duas, Folior. Tabaci, Hb. Hyperici, — Absinth. āā Unc. semis, Aloës, Myrrh. āā Drachm. duas, Calomel. Scrup. duos, Tacamah., Anime āā Drachm. tres, Lap. Magnetis, Camphor. āā Unc. semis, Fellis Tauri q. s., Ol. Hyperic. q. s. M. f. empl.

EMPLASTRUM ANTIPODAGRICUM Disp. Wirtemb.

Rec. Ol. Sem. Hyoscyam., — Papav., — Lilior. āā Unc. quatuor, Minii Libr. unam, Aq. Sambuc. Libr. semis. Coctione cauta bene solutis adde Saponis Venet. pulv. Unc. tres, Cerae flav. Unc. duas.

EMPLASTRUM ANTIPODAGRICUM Zwelferi. — Mixtio quisquiliarum oblivione dignissima.

*EMPLASTRUM ANTIRHEUMATICUM* Sundelin.

Rec. Picis alb. Unc. semis, Camph. Drachm. unam, Opii puri Drachm. semis, Petrolei q. s. M. f. Empl.

EMPLASTRUM ANTISPASMODICUM. Sec. Saunders.

Rec. Empl. Cumini, Cerae flav. āā Unc. unam, Opii, Camphor. āā Drachm. duas. — Ellis: Opii, Camphor. āā Drachm. semis; Empl. Diachyl. s. Drachm. duas sumit, vel Opii, Camphor., Sapon. alb. āā Drachm. unam, Tincturae thebaic. q. s. (?) — Augustin praecipit Extract. Hyoscyam. Drachm. duas, — Cicutae Unc. semis vel: Opii, Sal. Alcal. volat. sicc., Camphor. Drachm. semis, Petrolei Drachm. duas, Empl. de Galban. croc. Unc. unam. M.

EMPLASTRUM ANTISTRUMALE.

Rec. Tartar. emet. Gran. decem, Calomel. Drachm. unam, Empl. Saponat. Unc. dimid. M.

EMPLASTRUM ANTISYPHILITICUM Boerhave.

Rec. Flor. Sulph. Unc. duas, tere cum Mercur. viv. Drachm. duabus, adde Sacchari Saturni Drachm. tres; misce exacte cum Empl. Melilot., — Galban., — Ammoniac. āā Unc. semis.

EMPLASTRUM ANTITOPHICUM Disp. Brandenb.

Rec. Gummi Carannae Unc. duas, Tacamah. Unc. unam et semis, Ammoniac., Bdell. āā Unc. unam, Benzoës Unc. semis, Succin. Drachm. sex, Sapon. Venet. Drachm. duas, Cerae Unc. octo, Terebinth. Ven. Unc. unam, Ol. Hyperic. q. s.

EMPLASTRUM CONTRA APOPLEXIAM Ph. Wirtemb.

Rec. Terebinth. Venet. Drachm. tres, Galban., Opopanac. āā Drachm. duas, Rad. Pyrethri, Piperis longi, Castor. āā Drachm. unam, Olei Succin. Scrup. unum. M. — Spielmannus ejusdem nominis Emplastrum docet e triginta corporibus commixtum, jure omittendum.

EMPLASTRUM APOPLECTICUM sec. Fuller.

Rec. Galban., Opopanac., Pulv. Rad. Pyrethri, Sem. Sinap., Piper. long., Castor. āā Drachm. unam et semis, Terebinth. Ven. Drachm. tres, Ol. Succin. q. s. ut fiat Empl.

EMPLASTRUM APOSTOLICUM Disp. Hamburg. (1716) percompositum; resinarum, Oleorum mistio inepta.

EMPLASTRUM ARMONIACUM sec. Fuller.

Rec. Sal. Alcal. volat. sicc. in Aquae pauxillo soluti, Drachm. duas, Terebinth. Venet. Drachm. sex. Misce l. a.

## EMPLASTRUM AROMATICUM. Gewürzpflaſter. *Emplâtre aromatique.*

*Synon.:* Emplastrum stomachicum s. de Labdano s. Ladani.

Rec. Cerae flavae Uncias octo,
Sevi ovilli Uncias sex,
Terebinthinae communis Uncias duas,
Liquefactis et semirefrigeratis immisce.
Olibani pulverati Uncias quatuor,
Benzoës pulveratae Uncias duas,
Olei Nucistae Unciam unam cum dimidia
— Menthae piperitae,
— *Caryophyllorum* singulorum *Drachmas* duas,
Emplastrum griseo-fuscum, tenax, odore aromatico, loco frigido, in vase clauso servandum.
*Vis:* carminativa, confortans.

Sit Emplastrum aequabile, tenax et valde aromaticum. Vetustum, Oleis per auras avolatis durius, fragilius, minus fragrans rejiciatur.

*Usus:* Stomacho, scrobiculo cordis, abdominique imponitur.

Pharmacopoeae satis in parando hoc emplastro discrepant. Formula nostra, e Ph. Boruss. desumta, et Pfaffio in conscribenda Ph. Slesv.-Holsat. placuit. — Ph. Boruss. ed. prior., Batav., Belgic., Hannov., Oldenburg. et Saxonica

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0336-8
DFG

et Van Monsius Terebinthinam et Benzoën omittunt, et pro Oleo Caryophyllorum Pulveris Uncias duas praescribunt. — Ph. Has-Elect. insuper loco Terebinth. Venet., Terebinth. communis Unciam tantummodo unam praecipit. — Ph. Bavar. Rec. Cerae flav., Sevi ovill. āā Unc. quatuor, liquatis et semirefrigeratis admisce Olibani pulv. Unc. duas, Pulv. Caryophyll. Unc. unam; denique diligenter immisce Ol. Menth. pip. Drachm. unam. — Ph. Dublin. recipit Resinae Pini Unc. tres, Cerae flav. Unc. semis, Pulv. Cort. Cinnamom. Drachm. sex, Ol. Semin. Amomi, — Menth. pip. āā Drachm. duas. — Ph. Lusitan. Rec. Ladani Unc. tres, Olibani Unc. unam, liquatis semirefrigeratis immisce Olei Nucist., Bals. Peruv., Pulv. Cort. Cinnamom. āā Unc. semis. — Henry et Guib. praecipiunt Cerae flav. Unc. tres, Terebinth., Tacamah. āā Unc. duas, Ladani, Mastich., Bals. Tolut. āā Unc. semis, Benzoës, Caryophyll., Nuc. Moschat. āā Drachm. duas, Opii Drachm. unam, Ol. Menth., — Juniper., — Absinth. āā Gutt. sex. M. — Van Mons docet: Cerae flav. Unc. octo, Tacamah. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam; liquatis et semirefrigeratis admisce Ol. Caryophyll. Drachm. unam, Balsam. Peruv., Ol. Nucist. recenter express. āā Drachm. duas.

EMPLASTRUM AROMATICUM seu stomachicum R. Whyttii sec. Augustin.
Rec. Cerae flav. Unc. semis, Tacamahac. Drachm. unam, Pulv. Caryophyll. Drachm. semis, Ol. Palmar. Gutt. quindecim, Ol Flor. Myrist. express., — Menth. destill. āā Guttas quinque. — Vel: Rec. Lithargyri Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. duas et semis, Terebinth., Ol. Laurin. āā Unc. quatuor, Opopanac., Bdellii, Ammoniac., Sarcocoll., Oliban., Myrrh. āā Unc. duas, Aloës Unc. unam, Rad. Aristoloch. Unc. duas, Camphor. Unc. tres. M.

EMPLASTRUM ARTHRITICUM sec. Fuller.
Rec. Elemi, Colophon., Pic. Burgund. āā Unc. duas, Cerae Unc. duas et semis, Minii, Mastich., Oliban., Boli āā Drachm. duas, Petrol., Ol. Spicae, — Anis. āā Drachm. unam et semis.

EMPLASTRUM ARTHRITICUM Mynsichti.
Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Minii Unc. duas, coque ad Empl. consistentiam, liquando admisce Cerae Libr. unam, Colophon., Terebinth., Pulv. Sem. Hyosc. āā Unc. quatuor.

EMPLASTRUM ASAE s. Assae foetidae vid. Emplastrum matricale.

EMPLASTRUM ASAE FOETIDAE COMPOSITUM vid. Emplastrum foetidum.

EMPLASTRUM ATTRAHENS LONDINENSIUM sec. Spielmann.
Rec. Resin. Pini, Cerae flav. āā Unc. sedecim, Sevi ovill. Unc. octo. Liquefacta colentur. Vid. Empl. citrinum.

EMPLASTRUM AXUNGIAE Van Mons.
Rec. Lithargyri Libr. tres, Axungiae Libr. septem et semis. Adspersa inter coctionem aqua in Emplastri spissitudinem coque ad modum Empl. Diachyli simpl., quod vide.

EMPLASTRUM BACCARUM LAURI.
Rec. Baccar. Lauri Unc. quatuor, Cyperi rotund., Costi amari vel Cort. Winteran., Oliban., Mastich., Myrrh. āā Unc. unam; fiat omnium pulvis, postea Rec. Cerae flav. Unc. octo, Resinae Unc. duas, super ignem liquatis adde Olei Laurini, Terebinth. āā Unc. duas, quibus Pulverem reliquorum immisce, ut fiat Empl. — Sec. Disp. Florent., Ph. Wirtemb., Brandenb. Contra Disp. Prag. Bacc. Lauri sumit Unc duas, Terebinth., Ol. Laurin. et Cerae flav. āā Unc. semis, et Mellis despum. q. s.

EMPLASTRUM BALSAMICUM Fulleri.
Rec. Empl. Diapalm. Unc. duas, Terebinth., Cerae flav. āā Unc. unam et semis; bene liquatis adde Olei Nuc. Moschat. Gutt. sedecim, Balsam. Tolut. pulv. Unc. unam.

EMPLASTRUM BALSAMICUM Swediaur.
Rec. Emplastr. Diachyl. Libr. quinque, liquatis adde Saponis alb. Libr. unam, Camphor. Unc. tres, Castor. cum Spirit. Vini triti Unc. unam et semis. M.

## EMPLASTRUM BALSAMICUM Schiffhausii. Schiffhauſen's Balſampflaſter.

*Rec. Pulv. subtiliss. Ceruss., — Minii āā Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. quatuor;* coque lento igne, perpetuo agitata ad Emplastri consistentiam, cui admisce Sapon. Ven. Libr. unam, Castor. Sibir. Unc. unam et semis, Camphor. Unc. tres Imperatrix Rossica Catharina hoc Emplastrum ab inventore pretio 30000 Thaler. Rossicorum emit et publici juris fecit.

EMPLASTRUM DE BARBA CAPRINA Disp. Prag.
Rec. Terebinth. Ven. Unc. sex, Resin. alb., Pulv. Rad. Barbae Caprinae (Spiraea Ulmaria I, 219), — Consolidae major. (Symphyt. offic. I, 233) āā Unc. duas, Lap. Haematit. praep. Unc. unam et semis, Sang. Dracon. Unc. unam, Elemi Unc. sex. M.

EMPLASTRUM Becholzii vid. Emplastrum nigrum.

EMPLASTRUM BELLADONNAE s. e Herba Belladonnae. Tollkirſchenkrautpflaſter, Belladonnapflaſter. Ph. Wirt., Disp. Brunsv.
Rec. Succi recentis Hb. Belladonnae, Olei Lini āā Unc. novem, coque ad humidi consumtionem et adde Cerae flav. Unc. sex, Terebinth. Ven. Drachm. sex. Liquatis adde Pulv. Fol. Belladonn. Unc. duas. — Ph. Londin. 1836. Rec. Extr. Belladonnae Drachm. unam, dilue aliquot guttulis aquae in Mellaginis consistentiam, tum affunde Empl. citrini leni calore liquati Drachm. duas et assidua contusione misce. — Rennie Extracti Belladonn. e Succ. Unc. unam et Emplastri Saponati Unc. duas miscet. — Van Mons: Rec. Olei Olivar. Partes undeviginti, Cerae flav. Part. duodecim, Resinae alb. Part. tres, liquatis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0337-4
DFG

adde Faeculae Belladonnae (calore e succo secretae) et calefac ad humidi consumtionem; denique adde Terebinth. Part. unam et dimidiam. Minime probanda haec parandi methodus. — Sec. VOGT: Rec. Cerae flav. Unc. duas, Axung. Unc. unam, Terebinth. comm. Drachm. duas; leni igne liquatis admisce Extr. Belladonn. Unc semis.

EMPLASTRUM BENEDICTUM MUSITANI.
Rec. Ol. Olivar. Libr. unam et semis, Rad. Arundinis (I, 218) Unc. unam, Rad. Lilior. seu Ireos nostratis Unc. unam et semis; coque ad humidi consumtionem, dum Radices in Oleo nigrescant, tum adde Cerae flav, Cerussae ãã Unc. semis, Tutiae ppt. Drachm. sex; denuo coque ad Emplastri consistentiam, tandem adde Bals. Peruv. nigr. Drachm. unam et semis. Sec. Ph. Palatin. a qua Disp. Prag. paullulum discrepat. Emplastrum Carbonatis Plumbi ustum Ph. Hispan. huc referendum. Rec. Rad. Althaeae, — Arundinis, — Ireos ãã Unc. tres, coque ad humiditatis consumtionem cum Ol. Olivar. Libr. tribus, tum adde Cerussae Unc. sex, Tutiae Unc. tres et coque ad Empl. spissitatem, cui denique adde Cerae flav. Unc. quatuor et Bals. Peruv. Unc. semis.

EMPLASTRUM BETONICAE s. Ceratum Betonicae.
Ph. Wirt. Rec. Cerae flav., Resin. Pini, Terebinth. ãã Unc. duas; liquefactis, colatis et semirefrigeratis admisce Pulveres subtilissimos Rad. Betonic. off., Mastich., Mumiae, Olibani ãã Drachm. duas. — Disp. Brandenb., Ph. Palatin., Disp. Ratisbon., consentiunt. Ph. Sardoa recipit: Succ. Betonic., — Plantaginis, — Apii ãã Libr. duas, Fol. Betonic., — Plantaginis, — Solani nigri, — Millefolii, — Verbenae ãã Manip. duos, Terebinth. Libr. sex, Cerae flav. Libr. quatuor, Resinae Pini Libr. unam, Elemi Unc. octo. Coque Terebinth. cum Foliis et Succis ad humidi evaporationem, tum adde ceram, picem et Elemi. — VAN MONS recipit Cerae flav., Resinae Pini, Terebinth. ãã Part. quatuor, liquatis adde Faeculae Betonicae Part. quatuor, aqua evaporata addit Pulv. Mastich., Olibani ãã Part. dimid.

EMPLASTRUM AD BUBONES VENEREOS BOERHAVE.
Rec. Flor. Sulphur. Unc. duas, Mercur. vivi Drachm. duas, Sacchari Saturni Drachm. tres. Mercurio trituratione extincto, mixta admisceantur Empl. Meliloti, — Galban., — Ammoniaci, — Cumini, — Sagapeni ãã Unciae semis. — GAUBIUS praescribit e Florum Sulphuris Unc. semis, Sacchar. Saturni Drachm una et Picis sutoriae Unc. duabus Emplastrum parari.

EMPLASTRUM CAERULEUM RENNIE.
Rec. Ol. Olivar. Drachm. sex, Cerae flav., Ung. nutriti ãã Unc. semis, Smalti Drachm. tres. M.

EMPLASTRUM CAESARIS LEMERY mixtio quisquiliarum oblivione digna. Empl. defensivum rubrum vicarium haberi potest.

EMPLASTRUM CALEFACIENS Ph. Dubl. miscetur ex Emplastri vesicatorii ordinarii (Ph. Dubl.) Unc. una, et Picis Burgund. Unc. septem (vid. Empl. vesicator. perpetuum.)

EMPLASTRUM CAMPHORATUM BATE.
Rec. Camphor. Unc. unam et semis, Balsam. Tolut. Unc. unam, Galbani colat. Unc. sex.

EMPLASTRUM CAMPHORATUM STAHLII.
Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Minii Unc. octo, coque ad Emplastri consistentiam cui semirefrigerato admisce Camphorae in pauxillo Olei solutae Unc. duas (vid. Emplastrum Noricum.)

EMPLASTRUM DE CANET vid. Emplastrum defensivum rubrum (p. 320).

EMPLASTRUM CANTHARIDUM Camphoratum, — compositum, — extemporaneum, — ordinarium, — perpetuum vid. Empl. vesicatorium camphoratum, etc.

EMPLASTRUM CAPUZINORUM Ph. Wirt.
Rec. Gummi Ammoniaci, Mastich., Olibani, Tutiae praep. ãã Unc. unam, Euphorbii, Rad. Pyrethri, Salis communis ãã Unc. duas, Picis navalis Unc. tres, Terebinth. Unc. unam, Cerae flav. Unc. tres.

EMPLASTRUM CARBONATIS PLUMBI USTUM vid. Emplastr. benedictum (p. eadem).

EMPLASTRUM CARMINATIVUM SYLVII.
Disp. Brand. Rec. Gummi Ammon., Bdellii, Galban. ãã Unc. semis, Myrrh., Oliban. ãã Drachm. duas, Opii Drachm. unam. Solve in Aceti scillit. s. q., et evaporatione inspissa; adde Bals. Peruv. Drachm. unam, Cerae flav., Coloph. ãã Drachm. tres, Ol. Carvi Scrup. semis, — Philosoph Drachm. unam, — Terrae Drachm. semis, Tereb. Venet. q. s. — Sec. FULLERI Ph. extemp. Rec. Terebinth. Venet Drachm. unam, Sal. Alcal. vol. sicc. Scrup. duos, Camphor. Scrup. unum, Ol. Cumini Gutt. sedecim, mixta adjice massae liquefactae ex Empl. de Cumino Unc. una et semis, Resinae Drachm. una, Cerae Drachm. una et semis, paratae.

EMPLASTRUM CARVI vid. Emplastrum Cumini (p. 320).

EMPLASTRUM CATAGMATICUM vid. Emplastrum ad fracturas.

EMPLASTRUM CATARRHALE.
Disp. Brandenb. Rec. Gummi Carann. Drachm duas, Elemi, Tacamahac., Mastich. ãã Unc. unam, Opii Drachm. duas, Tereb. Venet. q. s., Ol. Nucist. Drachm. unam, Balsam. Peruv. Scrup. duos. M. — Disp. Hamburg. vet. Rec. Tacamahac. Libr. unam, Cerae flav. Unc. octo, Ol. Amygd. dulc. Unc. quatuor et semis. M.

EMPLASTRUM CEPHALICUM.
Formulas, quibus Opium praescribitur, voce Emplastri Opiati reperies — Sec. Disp. Brand. Rec. Tacamah., Benzoës, Styrac.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0338-0 DFG

Calam., Mastich., Hederae, Oliban., Ladan. āā Unc. duas, Cinnamom., Tereb. Ven. āā Unc. unam, Caryophyll., Nuc. Mosch. āā Unc. semis. — Disp. Edinb. vet. Rec. Tacamah. Unc. duas, Ladani, Styrac. Calam. āā Unc. semis, Cerae flav. Unc. tres, Resinae Unc. unam, Myrrh., Castor. āā Drachm. duas, Tereb. Venet. Unc. tres, Ol. Lavend., — Succini āā Drachm. unam. M. — Disp. Lugd. Rec. Resin. Pini Libr. unam, Tacamahac. Libr. semis, Ladani, Mastich., Myrrh., Succini āā Unc. unam et semis, Caryophyll., Gran. Kerm., Nuc. Mosch., Santali citr., Sem. Nigell. Rom. āā Drachm. sex, Flor. Anthos, — Chamomill., — Stoechad. āā Unc. semis. M. — Sec. Fuller Ph. extemp. Rec. Empl. Beton. Unc. semis, Carann., Tacamah. āā Drachm. tres, Bals. Tolut. Scrup. duos, Balsam Peruv. vel Copaiv. Scrup. unum. M. — Grimii Labor. Ceylon. Rec. Bacc. Cinnam., Fol. Cinnam. āā Libr. semis, Elemi Unc. duas, Ol. destill. Bacc. Cinnam. Drachm. unam, Ol. coct. Bacc. Cinnam. Libr. semis, Cerae flav. q. s. ad Empl.

EMPLASTRUM CERAE s. CEREUM v. Emplastrum citrinum (p. 318).

EMPLASTRUM CERONEUM. *Emplâtre céroëne.* Ph. Gall. 1818.

Rec. Resin. Pin. Libr. duas et semis, Picis naval. Unc. decem, Cerae flav. Unc. duodecim, Sevi ovill. Unc. quatuor, Boli Unc. decem, Myrrh., Olibani, Minii āā Unc. duas. M. — Cod. Gall. 1837 congruit.

EMPLASTRUM CERONEUM Nicolai sec. Henry et Guib. *Rétinole de Gommes-résines safrané.*

Rec. Cerae flav., Picis naval. pur. āā Unc. duas et Drachm. tres, Colophon., Terebinth., Styrac. liquid. āā Unc. unam et Drachm. tres, Mastich. Drachm. sex. Liquefiant et colentur. Tunc adde Sagapen. Unc. duas, Gumm. Ammoniac. Unc. unam et Drachm. tres, Aloës, Myrrh., Oliban. āā Unc. unam, Galban., Opopanac. āā Drachm. sex, Bdellii Drachm. tres, in Spirit. Vini 22° solutos et ad consistentiam Empl. redact. Deinde admisce Croci pulv. Unc. unam et Drachm. tres, Farin. Foenugraeci., Alumin. āā Drachm. sex, Litharg. Drachm. unam semis. Fiat Emplastrum.

EMPLASTRUM CERUSSAE vid. Emplastr. album coctum (p. 309).

EMPLASTRUM CETACEI vid. Emplastrum de Spermate Ceti.

EMPLASTRUM CHELIDONII MAJORIS eodem modo paratur atque Emplastrum Cicutae adhibendo Herbam Chelidonii majoris loco herbae Cicutae.

## EMPLASTRUM CICUTAE Schierlingspflaster. *Emplâtre de Ciguë.*

*Synon.:* Emplastrum Conii s. Conii maculati, Empl. de Cicuta.

Rec. Cerae flavae Libram unam,
Colophonii,
Olei Olivarum āā Libram dimidiam,
liquatis et semirefrigeratis paulatim admisce
Herbae Conii maculati pulveratae Libram unam.

Emplastrum griseo-viride, molliusculum. — *Vis:* resolvens, anodyna.

Sit emplastrum non nimis vetustum, vel indoles narcotica tempore dissipata; aqua malaxatum, vel loco humido asservatum mucori et corruptelae obnoxium fit; paretur ergo copia brevi tempore in usum vocanda; pauxillo Olei humectatum in magdaleones formetur; digitis tractatum globulos vel nodos non praebeat.

*Usus:* Alutae illitum glandulis tumidis, scirrhosis, induratis, bubonibus, partibus morbosis aut dolore affectis imponitur.

Cicutae nomine hic semper Conium maculatum intelligitur.

Cum formula nostra quoque Ph. Bavar, Belg., Danic., Hannov., Polon., Slesvico-Holsat. et Suecica consentiunt, itemque Saxonica nisi quod Cerae Libram dimidiam sumit. — Ph. Austr. Rec. Axung. Libr. unam, Cerae flav. Libr. duas, Terebinth. Unc. tres, liquefactis et colatis admisce Pulv. Extr. Cicutae Unc. tres et Pulv. Hb. Cicut. Libr. semis. — Ph. Batav. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. sex, Pulv. Hb. Conii macul. Libr. unam. M. — Ph. Hass. El. Rec. Ol. Olivar. Libr. dimid., Cerae flav. Unc. decem, Terebinth. Ven. Unc. quatuor; liquefactis agitando admisce Pulv. Hb. Cicutae Libr. dimid., Extr. Cicutae, in pauxillo Aquae soluti, Unc. unam et semis. — Van Mons Ol. Olivar., Resinae alb. Unc. unam, Cerae flav., Faeculae Conii āā Unc. duas. M. (Laude non satis dignum hoc emplastrum, utpote indolis narcoticae expers.) — Henry et Guib.: Rec. Extr. Spirit. Conii Drachm. novem, Elemi depur. Drachm. duas, Cerae flav. Drachm. unam. Caloris adminiculo miscentur. — Mayr Disp. Univ. et Ph. Wirt. (1798). Rec. Ol. Olivar. Libr. unam, Cerae flav. Libr. duas, Terebinth. comm., Extr. Conii Unc. tres, Pulv. Hb. Conii Libr. semis. M. — Ph. Amstel. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0339-8
DFG

Libr. semis, Ol. Olivar. Unc. tres, Extr. Cicutae Libr. unam. — Piderit: Rec. Succ. Hb. Cicutae Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. Libr. semis, inspissatis ad Pastae consistentiam admisce Cerae flav. Unc. decem, Tereb. Ven. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Libr. semis. Cum hac formula Ph. Hass. prist. congruit. — Swediaur vult Succi Hb. Cicutae, Ol. Lini āā Unc. novem; coctis ad humidi consumtionem addi Cerae flav. Unc. sex, Terebinth. Ven. Drachm. sex, denique Pulv. Hb. Cicut. Unc. duas. — Ph. Oldenb. Rec. Cerae flav. Unc. quatuordecim, Ol. Oliv., Colophon. āā Libr. semis, Extr. Cicut. Unc. unam, Pulv. Hb. Cicut. Libr. unam.

## EMPLASTRUM CICUTAE CUM AMMONIACO. Zuſammengeſetztes Schierlingspflaſter. *Emplâtre de Ciguë composé.*

*Synon.:* Emplastrum Cicutae Ph. Hispan., Lusit. et Gall., Emplastrum Cicutae compositum; Empl. Spleneticum, Empl. de Cicuta Schroederi.

Rec. Ammoniaci Unc. octo, dissolve in Aceti scillitici Unc. octo, admisce Succ. Hb. Cicutae Unc. sedecim et inspissa ad pultis consistentiam; adde denique Pulv. Hb. Cicutae Unc. octo, Cerae flav. Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. quatuor. M.

*Vis:* discutiens, resolvens, emolliens.

Haec formula Ph. Argent., Brunsv., Leodiens., Palat., Sard., et Wirt. placuit. — Disp. Brand., Hamb, Prag. et Ratisb. praecipiunt: Hb. Cicut. cum toto siccatae et contusae Unc. novem, Succ. ejusd. expressi Unc. quatuor, Ammoniaci in Succo solvendi Unc. unam et semis, Ol. Cappar. (vel Oliv.) Unc. duodeviginti, Ol. Irini Unc. sex. Succus et Herba cum Oleo, Ammoniaco ad humidi consumtionem coquuntur et in liquore cum forti expressione colato Cerae flav. Unc. quinque solvuntur. — Ph. Rossic. Rec. Cerae flav. Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. unam, colliquatis, colatis admisce Extract. Cicutae Unc. sex, Ammoniaci, Pulv. Hb. Cicutae āā Unc. octo. M. — Disp. Fuldens. Rec. Ammoniaci Unc. octo, terendo solve in Aceti Vini Unc. sedecim, collaturae adde Massae Pilular. Cicutae (Extr. Cicut. part. 4, Pulv. Hb. Cicut. Pars 1) Unc. duodecim; leni igne evapora ad Empl. consistentiam. — Henry et Guib. Rec. Resin. Pini, Pic. alb. āā Libr. unam, Cerae flav. Libr. unam, Ammoniaci Unc. novem, Ol. Cicut. coct. Unc. tres, Pulv. Hb. Cicut. Libr. unam. M. — Van Mons Rec. Terebinth. Unc. unam, Ammoniaci Unc. quatuor, Cerae flav. Unc. octo, Resin. Unc. sedecim, Faeculae Cicutae viridis Libr. quatuor. Faecula cum Cera et resina calore exsiccatur, tum Ammoniacum Terebinthina solutum admiscetur. — Ph. Hispan. Rec. Resin. Libr. duas et Unc. duas, Cerae flav. Libr. unam, Ol. Oliv. Unc. tres, liquefactis leni igne adde Hb. Cicut. recentis cont. Libr. duas. Ad humidi exhalationem cocta cola cum expressione, adde Succ. Hb. Cicutae, recenter extracti et non defaecati Libr. quatuor, agita donec faecula resinis mixta sit et post brevem quietem Emplastrum decantha, et adde Ammoniaci in Aceto soluti et ad Emplastri spissitudinem redacti Unc. octo. — Ph. Lusitan. Rec. Ammoniaci Unc. octo, solve in Aceti Vini fortis Unc. sedecim; per pannum laxioris texturae colatis adde Extr. Cicutae e Succo Libr. unam. — Ph. Gall. 1837. Rec. Resin. Pin. Unc. quindecim, Pic. alb. Unc. septem, Cerae flav. Unc. decem, Olei cum Cicuta Unc. duas, liquefactis adde Hb. Conii macul. rec. Libr. duas et coque donec humidum in auras abierit. Massam adhuc calentem cum expressione cola. Seorsum recipe Ammoniaci Unc. octo, calore adjuvante in Spir. Vini solve, filtra et Spiritum destillatione elice, donec residuum mellis consistentiam induerit, quod miscelae jam paratae caute immisce. Methodus praeparandi non parum operosa; adhaesione resinarum in massa herbacea inter expressionem facile dimidiae partis jacturam facies. — Ph. Danic. (1792) Rec. Cerae flav. Libr. unam, Ol. Hyoscyami Unc. quatuor, liquatis, colatis semirefrigeratis adde Extr. Cicut. e succo Unc. sex; Ph. Herbipol. et Spielmann. congruunt. — Ph. Ferrar. et Brera Rec. Cerae Unc. sedecim, Ol. Olivar. Libr. duas, Ammoniaci Unc. tres, Pulv. Hb. Cicut. Libr. semis. — Ph. Parmens. Rec. Resin. Pini Unc. viginti, Cerae Libr. unam, Ol. Oliv., Therebinth. āā Unc. duas, colatis adde Pulv. Hb. Cicut. Unc. quatuor, Ammoniac. Unc. octo. — Ph. Genev. Rec. Succ. Hb. Cicut., Ol. Olivar. Libr. duas, coque ad humidi consumtionem et adde Cerae flav. Libr. unam, Pulv. Hb. Cicut. Libr. semis, Ammoniaci in Aceti soluti et inspissati Unc. tres. M. — Ad modum Lisnardi: Rec. Hb. Conii macul. rec. Libr. sex, exprime succum eumque lenissimo calore, ut coagulatio non fiat, ad Extracti spissitudinem redige. Cum Herba expressa praeparetur Oleum coctum, ad methodum bene notam; tum liquefiant Resinae alb. Libr. duae et semis, Cerae flav. Unc. viginti duae et semis, Picis alb. Unc. tredecim, Ammoniaci Unc. septendecim, Olei Cicut. cocti Unc. novem, quibus Succum inspissatum bene admisce.

### EMPLASTRUM CICUTAE VIROSAE Ph. Danic. et Suec. Waſſerſchierlingspflaſter. *Emplâtre de Ciguë vireuse.*

Rec. Cerae flavae Libr. unam, Resin. Pini, Ol. Olivar. Libr. dimid., liquatis et semirefrigeratis admisce Pulv. Hb. Cicutae virosae Libram unam. M. — Van Mons Faeculam Cicutae virosae Herbae substituit. (Cicuta virosa vehementius agit quam Conium maculatum, quare complures Pharmacopoeae eam deseruerunt.)

## EMPLASTRUM CITRINUM. Gelbes Pflaſter. *Emplâtre de Cire.*

*Synon.:* Emplastrum Cerae Ph. Lond.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0340-9
DFG

et Gallic., Empl. simplex Ph. Edinb., Ceratum Resinae Pini Ph. Slesv.-Hols. s. Burgundicae Ph. Boruss. Ceratum citrinum s. Resinae, Emplastrum adhaesivum quorumdam, adhaerens et attrahens, Empl. picis, s. piceum, s. Cerae terebinthinatum.

Rec. Resinae Pini Unc. sex, Cerae flav. Unc. tres, Sevi ovilli Unc. duas, Terebinth. Comm. Unc. unam. Leni igne *liquando* misce.

Sit luteum, odoris resinosi, tenacissime agglutinans. — *Vis:* emolliens, digerens, maturans, suppurationem promovens. — *Usus:* ad vulnera et ulcera maturanda. Consistentia duriore minus aptum est ad hunc usum, quam Cerata et Unguenta, iisdem corporibus conflata, ponderum tamen diversa ratione discrepantia. Plures quoque formulae vergunt in Unguentum Althaeae, et Basilicum, quae vide.

Nostra formula Disp. Augustan., Fuldens., Hamb., Prag., Ratisb., et Ph. Palatin. arrisit. — Disp. Brunsv., Ph. Danic. (1772), Herbip., Norimb., Oldenburg., Ross. et Wirt. Cerae Uncias quatuor, et miscelam Rad. Curcumae Drachmis duabus tingi praecipiunt, cet. par.; Ph. Argent. Resinae Unc. octo, Cerae Unc. quatuor et Curcumae Drachm. unam *vult*, cet. par. — *Magis ad Unguenti consistentiam accedunt formulae sequentes* — Ph. Austriac., Boruss., Hannov., Hass., Saxon. et Slesv.-Hols. Rec. Resinae Uncias duas, Cerae Unc. quatuor, Sevi et Terebinth. āā Unc. unam. — Ph. Lond. et Suec. Rec. Resinae Unc. unam, Cerae et Sevi āā Unc. tres. (Van Mons Sevi Unc. duas.) — Ph. Edinb., Gray: Rec. Resinae et Sevi āā Unc. duas, Cerae Unc. tres. — Ph. Gallic. et Henry et Guib.: Rec. Resinae Unc. tres, Cerae Unc. unam. — Ph. Fenn. Rec. Colophon. Unc. tres, Cerae Unc. sex, Sevi Unc. duas, Ol. Oliv. et Terebinth. āā Unc. unam, Rad. Curcumae Drachm. unam. — Ph. Bremens. Rec. Resin. Unc. quatuor et semis, Cerae Unc. quinque, Sevi Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam. — Disp. Brand. Rec. Resinae Unc. unam et semis, Cerae Unc. tres, Sevi Drachm. novem, Terebinth. Unc. unam, Ol. Lilior. vel Hyperic. Drachm. dimid. — Ph. Amer. septentr. Rec. Terebinth. Unc. unam, Resin., Cerae, Sevi āā Unc. duas, Ol. Lini Drachm. decem.

EMPLASTRUM AD CLAVOS PEDUM seu ad Clavos et Verrucas Pedum. Leichdornpflaſter.

Rec. Galbani Unc. unam, Picis naval. Unc. semis, Empl. Diachyl. simpl. Drachm. duas, Aeruginis, Salis Ammoniaci āā Scrup. unum. Galbano in Aceto soluto et ad spissitud. evaporato adde Picem et Empl. Diachyl., denique Aeruginem et Sal. Ammon. — Sec. Ph. Argent., Herbip., Palat., Wirt. Expeditius Swediaur et Pierquin sec. Richterum: Rec. Cerae flav., Gumm. Ammoniac. āā Unc. duas, liquatis adde Aeruginis Drachm. sex.

EMPLASTRUM AD CLAVOS Pajot-Laforestii.

Rec. Empl. Galban., — Diachyl. comp., — Ammoniac., Croci āā Unc. semis, Ammoniac. Unc. unam, Camphor. Unc. duas, Opii Grana quindecim.

EMPLASTRUM AD COLICAM s. ad tormina Ventris Swediaur.

Rec. Empl. Diachyl. s. Unc. duas, Galban. Unc. unam, Ol. Carvi Drachm. duas, liquatis adde Opii Drachm. unam.

EMPLASTRUM COLLAE AD HERNIAM Ph. Hispan.

Rec. Baccar. Myrti contus., Lumbric. Vino lotorum āā Unc. sex, Aquae Libr. octo, coque ad dimid. et cola. Hujus decocti Libr. tres, Ol. Olivar. Libr. duas, Lithargyri Libr. unam coque ad humidi consumtionem, tum adde miscelam liquatam et colatam e Cerae flav. Libr. una, Pic. nigr., Resin. Pini, Colophon. āā Unc. novem paratam; tum adde Galbani et Ammoniaci āā Unc. quatuor, in Aceto solutorum et ad mellis consistentiam evaporatorum; denique huic emplastro admisce Pulveris Myrrh., Oliban., Mastich., Sang. Hirci, Collae āā Unc. quatuor, Rad. *Aristoloch. rotund. et long., — Consol. maj. et min., Gallar., Boli Armen., Gypsi, Mumiae* āā Unc. tres. Mixtio ineptissima, quae prope accedit ad Emplastrum Opodeldoc Ph. Wirt. quod vide.

EMPLASTRUM COMMUNE. — Nomen non satis certum, ergo antiquandum, quo Empl. Diachyl. simpl., — adhaesiv., et — citrinum quibusdam intelligitur.

EMPLASTRUM CONFORTATIVUM VIGONIS v. Emplastrum defensivum rubrum (p. 320).

EMPLASTRUM CONII s. Conii maculati, s. de Conio vid. Empl. Cicutae (p. 318).

EMPLASTRUM CONSOLIDANS vid. Emplastrum griseum.

EMPLASTRUM CONSOLIDANS SATURNINUM v. Emplastrum album coctum.

EMPLASTRUM CONSOLIDANS VEGETABILE Disp. Fuld.

Rec. Catechu, in s. q. Vini albi soluti, Ol. Olivar. āā Libr. unam; evapora ad humidi consumtionem, tum admisce *liquando* Cerae flav. Libr. semis.

EMPLASTRUM AD CONTUSA Boerhave.

Rec. Rad. Bryon. pulv. Unc. duas, Flor. Sulph. Unc. unam, Mercurii nigr. Drachm. tres, Galbani l. a. soluti Unc. quatuor, Empl. Melilot. Unc. novem, Ol. Chamaemel. coct. q. s. ut fiat Empl.

EMPLASTRUM CORROSIVUM Ph. Genevens. (1780)

Rec. Mercur. sublim. corros. Drachm. semis, Axung. Unc. semis, Cerae Drachm. duas. M.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0341-5
DFG

**EMPLASTRUM CROCI COMPOSITUM** v. Empl. de Galbano crocatum.

**EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS** Ph. Wirt. et Palat., vel Emplastrum stomachicum vel de Tacamahaca, vel Tacamahacinum.

Rec. Crustae panis tostae Unc. duas, Tacamahac. Unc. unam, Mastich., Caryophyll., Nuc. Mosch., Pulv. Hb. Menth. āā Unc. semis, Cerae flav. Unc. sex, Terebinth., Ol. Mastich., — Cydonior. āā Unc. unam. — Disp. Brand. et Ratisb. Rec. Crustae Panis tost. Unc. duas, Cerae flav. Unc. unam, Mastich. Unc. semis, Pulv. Hb. Menth. Drachm. duas, Ol. Cydonior., — Mastich., Terebinth. āā Unc. unam. — Disp. Hamburg. et Prag. Rec. Crustae panis tost. Unc. duas, Mastich., Pulv. Hb. Menth. āā Drachm. unam, Ol. Cydon., — Mastich., Terebinth., Cerae āā Unc. unam, Farin. hord. q s. ut fiat Empl. — *Plures Pharmac., omissa Crusta Panis, vergunt in Emplastrum aromaticum et Tacamahacinum, quae vide.*

**EMPLASTRUM CUMINI** s. de Cumino aut Cymino. Mutterkümmelpflaſter. *Emplâtre de Cumin.*

Rec. Cerae flav., Empl. Diapalm., Ol. Olivar., Sem. Cumin. āā Unc. sex, Baccar. lauri Unc. duas, Ol. aeth. Cumini Drachm. unam massae semirefrigeratae tandem addendam. — Sec. Ph. Wirt. et Leid. a quibus Ph. Suec. discrepat, quod Empl. Diachyl. comp. loco Diapalm. praescribit. — Disp. Hamb. Rec. Cerae flav., Empl. Diapalm., Ol. Olivar āā Unc. unam, Pulv. Sem. Cumini Drachm. decem. M. — Ph. Lond. (Lond 1836 omisit) Rec. Sem. Cumin., Sem. Carvi, Bacc. Laur. āā Unc. tres, Picis Abiet. Libr. tres, Cerae flav. Unc. tres — Ph. Batav. et Amstel. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. semis, Pulv. Sem. Cumini Libr. unam (Van Mons: et dimidiam) — Ph. Hann. Rec Empl. Diachyl. simpl. Libr. unam, Cerae flav. Unc. tres, Ol. coct. Chamomill. Unc sex, Ol. aeth. Cumin. Drachm. unam, Pulv. Sem. Cumini Unc. sex. M. (Vergit ad Empl. Stomachicum quorumdam.)

**EMPLASTRUM CUMINI COMPOSITUM** a quibusdam antecedens nominatur.

**EMPLASTRUM CUMINI SAPONACEUM** Saunders.

Rec. Saponis duri, Cerae flav. āā Unc. unam, Empl. Cumini Unc. tres. M.

**EMPLASTRUM DECANI** Cadet.

Rec. Minii, Ol. Hyper. āā Libr. unam, Resin. Pini Unc. quatuor, Oliban. Unc. duas, Sapon. alb. Unc. semis.

**EMPLASTRUM DEFENSIVUM RUBRUM, Emplastrum confortativum Vigonis, Empl. detergens rubrum, s. Oxydi Plumbi rubrum, s. Oxydi Plumbi semivitrei cum Sulphate Ferri calcinato, s. Oxydi Ferri rubri, s. sticticum, s. stypticum, s. roborans, s. Paracelsi, s. Siliquarum (Ph. Hisp.), s. Thuris (Ph. Edinb.). Schützendes, ſtärkendes Pflaſter, Eiſenpflaſter.** *Emplâtre defensive rouge, Onguent de Canet.*

*a*) cum Minio

Rec. Cerae flav. Libr. duas, Resin. Unc. unam, Ol. Rosar. Unc. quatuor, Calcis vivae (in Aqua Rosar. lotae et iterum exsiccatae), Laterum, Boli Armen. āā Drachm. decem, Minii Unc. semis, Camph. Drachm. duas. Pulveres Cerae, Resinae et Oleo liquefactis admiscentur, denique Camphora Oleo soluta, sec. Ph. Wirt. Palat., et Vienn. prist. — Aliquid abest Disp. Prag. Rec. Cerae Libr. unam et semis, Ol. Hyper. Libr. semis, Terebinth. Unc. duas, Pulv. Santal. rubr., — Rad. Caryophyll., Minii, Boli Armen, āā Unc. unam, Thuris, Mastich. āā Drachm. sex; bene mixtis adde Ammoniac. Unc. unam, Camphor. Drachm. duas, cum Spir. Vini tritorum. Malaxetur cum Ol. Chamom. — Ph. Hispan. Rec. Rad. et Fol. Symph. off., Bacc. Myrt., Rosar. rubr., Hb. Hyper. āā Unc. quatuor, coque cum Aquae Libr. novem ad tertiae partis consumtionem; tunc sume Ol Olivar. Libr. quatuor, Sevi Libr. unam, Litharg. Libr. duas, et cum decocto modo dicto ad Emplastri mollioris spissitudinem coque, in quo liqua Cerae Libr. unam, Terebinth. Unc. tres; semirefrigerato insperge Pulv. Oliban., Myrrh., Mastich. āā Unc. duas, Sang. Dracon. Unc. tres, Boli Armen. Unc. quatuor, Minii Unc sex. M. — Ph. Hann. Rec. Cerae, Sevi āā Unc. sex, Cetac. Unc. dimid., liquatis et semirefrigeratis adde Minii Unc. tres, Ceruss. Unc. sex, Camphor. Drachm. sex in Ol. Olivar. Unc. tribus solutas. — Ph. Sard. Rec. Mucil. Rad. Althaeae, — Consolid. maj., Ol. Myrrh. āā Libr. duas, Sevi, Litharg. āā Libr. unam, Minii Unc. sex, Terebinth., Mastich., Boli Armen. Unc. quatuor M.

*b*) cum Oxydo Ferri.

Sec. Ph. Amer. septentr., Batav. et Edinburg. Rec. Empl. Diachyl. Libr. duas, Resinae Libr. semis, Cerae flav., Ol. Olivar. āā Unc. tres, Croci Mart. adstring. (p. 209) Unc. octo. Crocus cum Oleo tritus ceteris admiscetur. — Ph. Danic. (1772) Rec. Lithargyr. Libr. duas, Ol. Olivar. Libr. quatuor, fiat l. a. empl. cui adde Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Ven., Oliban. āā Unc. quatuor, Croci Mart. adstr. Unc. sex. — Ph. Gall. (1837) et Henry-Guib. (Unguentum de Canet.) Rec. Empl. Diachyl. simpl., — compos., Cerae flav., Ol. Olivar., Croc. Mart. adstr. āā partes aequales. — Ph. Dubl. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas, Resinae Libr. semis, Croc. Mart. adstr. Unc. tres. M. — Ph. Ferrar. Rec. Empl. Diachyl. s.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0342-1

Libr. duas, Sevi Unc. sedecim, Croc. Mart. adstr. Unc. duas. — Ph. Sard. Rec. Mucil. Rad. Consolid. M. Libr. sex, Ol. Jugland. Libr. quatuor, Minii, Litharg. āā Libr. unam, Lap. Calamin. Unc. quatuor, Sang. Dracon., Croc. Mart. adstr., Alumin. āā Unc. unam. — Van Mons: Rec. Empl. Diachyl. s. Unc. sedecim, Cerae, Resin., Terebinth. āā Unc. unam, Croc. Mart. adstr. Unc. unam et semis. M.

*c*) cum Bolo Armen., cet.

Sec. Boerhave: Rec. Ol. Rosar. *infus.*, Cerae alb. āā Unc. sex, Boli Armen., *Sang.* Dracon. āā Unc. unam et semis, Pulv. Rosar. rubr. Unc. semis. M. — Disp. Hamb. (1716) Rec. Ol. Rosar. infus., — Myrtill. āā Unc. tres, Cerae Unc. sedecim, Farin. Hordei, — Fabar. āā Unc. semis, Boli Armen., Terr. sigill. rubr. āā Unc. unam, Sang. Dracon., Lign. Santal. alb., — citr., — rubr., āā Unc. semis. M. — Disp. Brand. Rec. Ceruss., Litharg. āā Unc. sedecim, Ol. Sambuc., — Spermat. Ranar. āā Libr. unam, Ung. Popul. Unc. sex, Acet. Rosac., — Sambuc. āā Unc. octo, Succ. Plantag. Unc. decem; coque ad humidi consumtionem, adde Cerae Unc. quatuor, Croci Unc. semis, Lap. Calamin., Mastich., Pulv. Ros rubr, Pulv. Rad. Ireos āā Unc. unam et semis, Myrrh. Unc. unam. — Operae pretium non est scriptorum discrimina perlustrare.

*Vis: Defendens ab inflammatione, temperans. Mammis ablactantium et vulneribus imponitur.*

EMPLASTRUM DEFENSIVUM RUBRUM Wepferi. Sec. Ph. Wirt.

Rec. Butyr. rec., Ol. Lini āā Unc. sex, Cort. Samb. recent. Unc. quatuor, coq. ad humidi consumtionem adde Cerae et Minii āā Unc. sex.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM VIRIDE Felicis Wurtzii. Sec. Disp. Hamb., Wirt., Argent., Ratisb., Vienn.

Rec. Cerae flav. Libr. unam, Resin. Unc. duas, Sevi Unc. sex, Terebinth. Unc. unam, Pulv. Hb. Alchemill. Unc. sex. M. Viridescat ope Scrup. unius Pigmenti Indici probe triti. — Disp. Brunsv. Rutam pro Alchemilla sumit.

EMPLASTRUM DETERGENS RUBRUM v. Emplastrum defensivum rubrum (p. 320).

EMPLASTRUM DIABOTANUM Blondelli s. Emplastrum Oxydi Plumbi Diabotanum Ph. Hisp., s. resolutivum Ph. Argent., Wirt., Vienn., Lemery.

Mixtio ineptissima, memoria vix digna.

Rec. Hb. recent. c. Rad. Bardan., Petasit., Calend., Cicut., Chamaepit., Levist., Valerian. maj., Angelic. hort., Enulae, Raphan. rust., Cucum. silv., Scrophular., Illecebr., Chelidon. maj. et min., Gratiol. āā Unc. tres, coque in Aq. font. Libr. 20 ad dimid., colatis et expressis adde Succ. Citri, — Chelid. maj., — Hormin., — Illecebr. āā Libr. semis, evapor. ad Extr. mollior. consistentiam; hujus Extract recipe Libr. semis et admisce Galban., Ammon., Opopan., Sagapen. (in Aceto Scill. solutorum et inspissator.) āā Unc. duas; dehinc recipe Litharg. Libr. unam, Ol. Lumbric., — de Catell., — Melilot., — Mucilag. āā Unc. quatuor, coque ad Empl. consist., cui admisce Extr. cum Gummat. permixtum, insuper Sulphur. viv. Unc. septem et semis, Rad. Ireos, — Cyclam., — Ranunc. tub., — Coronae imperial, Serpent., Hellebor. alb., Sigill. Salomon., Ari, trium Aristoloch. āā Drachm. unam, Bacc. Lauri Drachm. duas, Sem. Angel., — Nasturt. āā Drachm. tres, — Cumin. Unc. unam et semis, Fimi Columbin., Asphalt., Oliban., Mastich. āā Unc. quatuor, Tacamah. Unc. sex, Bdell., Myrrh. āā Unc. unam et semis, denique Cerae, Picis, Styr. liq. dep. āā Unc. sex, Camph. Drachm. sex, Ol. Caryophyll. Unc. sem., Ol. Lateric. Drachm. decem. M. — Paullo brevius Ph. Hisp. Rec. Litharg. Libr. duas, Ol. Oliv. Libr. quatuor, Acet. Vin. q. s., coque ad Empl. consistentiam. Sub finem adde sequentia permixta, liquefacta, Succ. inspiss. Cicut., — Chelid. maj. āā Unc. duas, — Cucumer. agrest. Unc. unam, Extr. Rad. Enul. et Valer. āā Unc. semis, iterum coque, tum adde Cerae flav., Pic. Nigr., Terebinth. āā Libr. semis, Styrac. liquid. Unc. tres; semirefrigeratis insperge Ammoniac., Galban. āā Unc. tres, Oliban. Unc. duas, Mastich., Tacamah. āā Unc. unam, Bacc. Laur., Rad. Ireos, — Helleb. nigr., Sem. Cumin. āā *Drachm. sex, Ol. Laterum Unc. tres, Camph. (in Ol. solut.) Unc. semis. M.* — Ph. Sard. aliquid abest, quod perstringere non opus est. Si singulis Empl. Libris addideris Mercurii Vivi Unc. tres, cum Terebinth. Unc. una et semis extincti, habebis Empl. Diabotanum cum Mercurio.

EMPLASTRUM DIACHALCITEOS v. Empl. Diapalmae. (p. 323)

# EMPLASTRUM DIACHYLON COMPOSITUM. Gummipflaſter. *Emplâtre Diachylon gommé.*

*Synon.:* Emplastrum Lithargyri compositum Ph. Borus., Saxon., *Slesv.-Hols.*, — Gummosum Ph. *Belg.*, Dan., Edinb., Fuld., cum *Gummi*-Resinis v. Gummi resinosum *Ph. Gall.*, Suec., — Oxyduli Plumbi *semivitrei* gummosum Ph. Batav. et Bavar., — Galbani Ph. Dubl., — Galbani composit. Ph. Lond. Americ., — Ammoniaco-Galbanicum Ph. Fenn. Zuſammengeſetztes Bleiglätt- oder Diachylonpflaſter. *Emplâtre de litharge composé, — de Gommes-Resines etc.*

Rec. Emplastri Diachylon simplicis Libras quatuor,
Cerae flavae Libram dimidiam,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0343-6 DFG

liquatis et aliquantulum refrigeratis admisce
Ammoniaci,
Galbani ana Uncias quatuor, in Terebinthinae communis Unciis quatuor caloris adminiculo antea solutas. Fiat lege artis emplastrum, cum aqua in magdaleones formandum, loco frigido asservandum. — *Vis:* emolliens, digerens, maturans, sed et irritans, suppurationem promovens.

*Usus:* Tumoribus variis glandularum, abscessibus imponitur, nocturno tempore cataplasmatis vicarium, cutem gummatibus reddit agiliorem.

Sit Emplastrum flavo-fuscescens, ductile, linteis optime adhaerens; Galbanum redoleat. Gummatibus non bene solutis noduli insunt; temporis lapsu Olea aetherea Galbani, Ammoniaci et Terebinthinae in auras abeunt, quare indurescit et in deterius vergit.

Formula nostra, e Ph. Boruss. desumta, usu diuturno spectata atque probata, Pharmacopoeis quoque placuit Hannov., Oldenb., Polon., Slesv.-Holsat. et simplicitudine et recta ponderum ratione nobis arridet. — Ph. Hass. pro Cera addit insuper Empl. Diachyl. simpl. Libr. semis. — Ph. Danic. Cerae vult. Uncias octo, et addit Croci Unc. semis. — Ph. Ross., uti et SWEDIAUR., omnino omittunt Ceram et Crocum, cet. par. ac Boruss.; Ph. Amstel. Terebinth. Unc. tres, Cerae Unc. quatuor, cetera uti Boruss. — Ph. Batav. et Belg.: Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quatuor, Cerae, Ammoniaci, Galbani āā Unc. sex, Terebinth. Unc. quatuor. VAN MONS: Terebinth. et Cerae āā Unc. duas praecipit, Sagapeni addit Unc. duas, ceteris Ph. Bor. adnuit. — Ph. Lusit. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. tres, Ammoniaci colati Unc. sex, Cerae flav. Unc. tres. — Ph. Lond. et Amer. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. tres, Galbani Unc. octo, Terebinth. comm Drachm. decem, Resin. Pin. Unc. tres. — Ph. Fenn. Rec. Empl. Diachyl. (Ph. Suec. Empl. Cerae, cet. par.) Unc. sex, Cerae flav. Unc. unam, Ammoniaci, Galbani āā Unc. unam. — Ph. Saxon. Rec. Empl. Diachyl. s Libr. quatuor, Ammoniaci, Galbani Terebinth. āā Unc. sex, Cerae flav. Unc. novem. — Ph. Dubl. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. duas, Galban. Unc. sex, Cerae flav. Unc. quatuor. — Ph. Edinb. Rec. Empl. Diachyl s. Libr. duas, Ammoniaci, Galban., Cerae āā Unc. tres. — Ph. Austr. Rec. Axung. Unc. sedecim, Litharg. Unc. octo, fiat l. a. empl. non adustum, ope Aquae guttulis inspersis evitandum, admisce Ammoniaci Unc. tres, in Terebinth. Unc. una solutas, denique Cerae Unc. quatuor et Resinae Unc. duas. — Ph. Bavar. Rec. Litharg Unc. duodecim, Cerae Unc unam et semis, liquefactis mixtis adde Terebinth. Unc. unam, Ammoniaci, Galbani āā Unc. dimid. — Ph. Brem. et Ferrar. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quinque, Cerae Unc. novem, Ammoniaci Unc. quatuor, Galban Unc duas, Terebinth. Unc. sex. — Disp. Fuld. Rec. Cerae flav. Libr unam, Sevi Libr. semis, Ol. Oliv. Unc. tres, Ammoniaci in Aceto scillit. soluti Unc octo, Terebinth. Ven. Unc. unam. — Ph. Wirt. et Brunsv. Rec. Empl Diachyl. s. Libr. unam, Ammoniaci, Galbani (in Aceto solut.) āā Unc. unam, Croci Drachm. unam et semis. — Plures denique Codices Sagapenum, Bdellium, cet. addunt. Ph. Gall. Rec Empl. Diachyl. s. Libr. tres (et Unc. tres 1818), Cerae flav., Picis alb., Terebinth. Ven. āā Unc. tres, Ammoniaci, Bdellii, Galbani, Sagapeni āā Unc. unam, cui formulae HENRY et GUIB. adsentiunt. — Ph. Argent. (1757) Rec. Empl. Diachyl. s. Unc. viginti, Ammoniaci, Galbani, Opopanac., Sagapeni āā Unc. semis, Terebinth. Unc. duas; prope accedit ad Disp. Vienn. (1727). — Disp. Brand. et Hamb. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. semis, Ammoniaci, Galbani, Opopanac., Sagapen. āā Drachm. duas, Cerae, Terebinth. Unc. unam, Croci Scrup. unum, Ol. Chamom., — Lilior. āā Unc. semis. — Ph Danic. (1772) et SPIELMANN. Rec. Empl Diachyl. s. Libr. tres, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. duas, Ammoniaci, Galbani, Opopan., Sagapeni āā Unc. unam, Croci (Spir. Vini macerati) Drachm. duas. — Ph. Sard. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quatuor et semis, Cerae, Terebinth. āā Unc. quatuor, Ammoniaci, Galbani, Bdell., Sagapen. āā Unc. unam et semis, Croc. Drachm. duas. — Ph. Hispan. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. tres, Ammoniaci, Galbani, Bdell., Sagapen. āā Unc. unam, Vini albi (pro solvendis Gummat.) Libr. unam. — Ph. Genev. Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. quatuor et semis, Galbani Libr. unam, Terebinth., Oliban. āā Unc. sex. — (Emplastrum e Mucilaginibus, a codicibus veteribus non bene distinctum, suo loco separandum putavimus.)

EMPLASTRUM DIACHYLON MINUS vid. sequens.

## EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX. Einfaches Bleipflaſter. *Emplâtre simple.*

*Synon.:* Emplastrum Lithargyri simplex Ph. Bor., Hann., Slesv.-Hols. — Oxydi Plumbi semivitrei Ph. Bat. et Belg., — de Oxydo Plumbi semivitreo Ph. Gall.,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0344-2
DFG

— Plumbi Ph. Lond., Amer., — Oxydi Plumbici Ph. Fenn., Suec. — commune Ph. Danic., — simplex etc. Gemeines Bleipflaſter. Einfaches Diachylon- oder Bleiglättepflaſter.

Rec. Lithargyri subtilissime pulverati Libras quinque,
Olei Olivarum Libras novem.
Coque moderato igne, spathula semper agitando, et pauxillum Aquae communis calidae subinde instillando, ad justam emplastri spissitudinem.

*Vis:* resolvens, maturans, discutiens.

*Usus:* Rarius per se adhibetur; corpus est pro variis emplastris; extempore quoque admiscetur Emplastris herbaceis, narcoticis; linteo ejusdem tenuissimum stratum illinitum Sparadrapum praebet.

Sit recens albidum colore luteo non nisi *levissime tinctum*, *tenax*, *non unguinosum vel rancidum*, *frigidum fragile*, diffractum Lithargyri partes conspicuas non monstret.

Formulam nostram, a Ph. Bor. praeceptam, Pharmacopoeae plurimae, idque ceterum laude dignissimae, secutae sunt, uti Bavar., Hannov., Oldenb., Saxon., Suec., Slesv.-Hols.; Ph. Dubl. ab initio addit Aquae bullientis Libr. duas Discrepant ceterae et rerum indole, et ponderum ratione.

A. *Sine mucilaginibus. α) Cum Oleo Olivarum.* Ph. Brem., Danic., Edinb., Ferrar., Ross., quas et scriptores Gray, Taddei, Ferrarini secuti sunt, praecipiunt Ol. Olivar. Libr. decem, et preterea Ph. Amer. et Lond. ab initio addunt Aquae Libr. duas et semis. — Ph. Lond. (1836) Litharg. Libr. sex, Ol. Olivar. Libr. decem, Aquae Unc. triginta duas. — Ph. Lusit. Ol. Olivar. non nisi Libr. octo vult. — Ph. Fenn. recipit Ol. Olivar. Libr. sex, Litharg Libr octo — Swediaur praecipit Litharg. Part unam, Ol. Olivar. Part. quatuor. — Ph. Hass. Litharg. Libr. quatuor, Ol. Olivar. Libr. septem. — Ph. Parm. Rec. Litharg. Libr. duas, coque cum Acet. dest. Unc. sex per 1/4 hor., tum adde Ol. Olivar. Libr. quatuor, Aquae q. s.

*β) Cum Axungia.* Ph. Polon. et Van Mons: Rec. Litharg. Libr. sex, Axung. dep. Libr. quindecim. Ph. Austr. Litharg. Libr. quinque, Axung. Libr. decem. *γ) Cum Ol. Olivar. et Axungia.* Ph. Gall., Henry et Guib. Rec. Litharg., Axung., Ol. Olivar. āā Libr. quatuor, Aq. commun. Libr. octo. — Ph. Amstel. et Bat. Rec. Litharg., Ol. Olivar. āā Libr. tres, Axung., Aquae āā Libr. duas.

B. *Cum Mucilaginibus.* Jam pridem nomen Emplastri, a mucilagine, quae graece χυλὸς dicitur, desumtum, improprie Emplastro Lithargyri inhaesit. Formula pervulgata est: Rec. Mucilag. Foeni Graeci, — Lini, — Rad. Althaeae āā Libr. unam, Ol. Oliv. Libr. tres, Litharg. Libr. unam et semis. Mucilagines immiscentur Emplastro seorsum parato, et coctione ad Empl. spissitudinem evaporent; sec. Disp. Argent., Augustan., Brand., et Hamb., Palat., Prag. et Ratisb. — Lithargyri Unc. duas volunt Ph. Brunsv., Danic. (1772), Herbip., Sard., Wirt. — Ph. Hisp.: Rec. Rad. Althaeae, Sem. Lini āā Libr. semis, cum Aq. Libr. octo fiat coquendo et colando mucilago; hujus Mucilag. Libr. tres, Litharg. Libr. duae, Ol. Olivar. Libr. quatuor coquantur ad Empl. soliditatem — Disp. Lipp. Empl. alb. coct., — emollient. āā.

EMPLASTRUM DIACALBANI Bate.

Rec. Galban. Acet. solut. Libr. unam, Cerae Unc. octo, Terebinth. Unc. quinque.

EMPLASTRUM DIAPALMAE v. Diachalciteos.

Rec. Axung., Ol. Olivar., Fol. Querc. rec. āā *Libr. duas, coque ad humidi consumtionem. Colaturae adde Litharg. Libr. tres; inter* coctionem adde solutionem Vitrioli alb. Unc. trium in Aq. font. Libr. duabus. — Disp. Hamb., Prag., Vienn. et Palat. Rec. Axung. veteris Libr. duas, Litharg., Ol. Olivar. Libr. tres, Vitriol. alb. (Aq. solut) Unc. quatuor, (Disp. Brand. addit Ol. Diapalm. Unc. sex, Ramorum Palmae tener. vel fol. Querc. Man. quatuor.). — Disp. Argent. Rec. Decoct. Fol. Querc., Ol. commun., Litharg., Axung. āā quantum vis, Vitriolum alb. autem omittit. — Soubeiran: Rec. Empl. Diachyl. s. Libr. octo, Cerae alb. Unc. octo, (Henry et Guib. āā Unc. novem) Vitriol. alb. Unc. quatuor. — Van Mons: Rec. Litharg., Ol. Olivar. āā Unc. novem, Axung. Unc. sex, Vitriol. alb. Unc. unam. — Piderit: Aluminis Drachm. unam addit Emplastro ex Litharg. Libr. duabus, Axung. Libr. tribus parato. — Taddei imo Vitrioli viridis Unc. duas admiscet miscellae Empl. Diachyl. s. Libr. duarum, Axung. Unc. sex. (Empl. Diachyl. s. falso Diapalmae a Ph. Hispan. nuncupatur.)

EMPLASTRUM DIAPHOENICON vid. Emplastrum Diapalmae; Empl. Diaphoenicon calidum et frigidum Disp Florent. mixtiones satis ineptae, meritae oblivioni tradendae.

## EMPLASTRUM DIAPHORETICUM Mynsichti.

Ex Armamentar. Hadr. de Mynsicht p. 509.

Rec. Cerae flav. Unc undecim, Colophon., Bdellii āā Unc. quatuor, Succin. Unc. tres, Ammoniaci, Terebinth. Ven. āā Unc. duas, Galbani, Sandaraci āā Unc. unam, Mastiches, Oliban. āā Unc. semis. M. l. a. — Hanc formulam immutatam receperunt Ph.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0345-8
DFG

Palat., Wirt., August., Ratisb., Prag. cet. — Ph. Saxon. Rec. Cerae flav. Libr. unam, Colophon., Terebinth. ãã Unc. quatuor, Ammoniac. Unc. duas, Galban. Unc. unam, misce l a.; adde Myrrh. Unc. quatuor, Succin. Unc. tres, Bacc. Junip. Unc. duas, Oliban., Mastich. ãã Unc. semis. — Van Mons: Rec. Elemi, Sagapeni ãã Unc. unam, Ammoniac. Unc. duas, Terebinth. Unc. tres, Bdell., Succin. ãã Unc. quatuor, Cerae Libr. unam. — Ph. Sard. Resin. Pin. Libr. unam, Terebinth. Unc. sex, Sandarac. Unc. quatuor, Ammoniac., Galban. ãã Unc. tres, Sulphur. Unc. duas. M. Brevius ab auctore Mynsichtio ipso commendatur: Cerae Unc. sedecim, Bdell. Unc. quinque, Coloph., Pic. naval. ãã Unc. quatuor, Succin. Unc. tres, Ammoniac. Unc. duas.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM Plenckii vid. antecedens.

## EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS s. Zincico-Plumbicum.

Ph. Fenn. et Suec.: Rec. Cerae flav. Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. semis, colliquatis subige Plumb. ust. Libr. semis, Ceruss. Unc. quatuor, Flor. Zinci Unc. tres, Oliban. Unc. unam et semis. — Ph. Batav. sumit. Ol. Olivar. Unc. septem, cet. par. — Ph. Saxon. Rec. Empl. grisei Unc. sedecim, Plumb. usti Unc. unam. — Ph. Wirt. et Brunsv. Ol Solani (vel Olivar.), Cerae alb. ãã Libr. duas et semis, Ceruss., (Plumb. ust.) ãã Libr. semis, Flor. Zinci, Oliban. ãã Unc. quatuor — Spielmann: Rec. Ol. Solan. (vel Oliv.) Unc. triginta quatuor, Plumb. ust. Unc. sex, Flor. Zinci, Oliban. ãã Unc. quatuor. — Ph. Amstel. Rec. Ol. Olivar. Libr. duas et semis, Cerae Libr. tres, Plumbi ust. Libr. unam, Cerussae Unc. octo, Flor. Zinci Unc. sex, Olibani Unc. duas et semis. — Ph. Hann. (1819) in recentiore editione (1833) deest. Rec. Ol. Olivar. Unc. quindecim, Cerae flav. Unc. sedecim, Plumbi usti, Cerussae ãã Unc. tres, Flor. Zinci, Oliban. ãã Unc. duas. — Van Mons: Rec. Resin. Unc. unam, Plumb. usti, Flor. Zinci, Tutiae praep. ãã Unc. duas, Ol. Olivar. Unc. sex, Cerae alb. Unc. octo, Ceruss. Unc. decem.

EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS HAMBURGENSIUM.

Rec. Ol. Saniculae Libr. tres, Cerae flav. Libr. sex, Ceruss. Libr. duas, Plumb. ust. Libr. tres, Flor. Zinc., Oliban. ãã Libr. unam, Terebinth. Drachm. sex vel q. s.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS CAMPHORATUM Grimii.

Rec. Cerae ex Baccis Cinnamom. Unc. sex, Bals. Sulph. Camphorat. Unc. duas, Cerae flav. q. s.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS Rulandi vel Sulphuratum Rulandi.

Rec. Balsam. Sulphur. Terebinth., Cerae flav., Colophon. ãã Unc. sex, Myrrh. Libr. unam et semis. M. Sec. Ph. Palat., Wirt., Danic. (1772). Non multum absunt Disp. Prag. et Brand., Bate et Piderit. Rec. Balsam. Sulphur. Terebinth. Unc. tres, Cerae Unc. semis, Colophon. Drachm. tres, Myrrh. ad pondus omnium. Myrrha ceteris liquefactis inspergitur et spathula subigitur — Disp. Hamb. vet. Colophon. Unc. semis, cet. par. — Ph. Argent. Rec. Cerae flav. Libr. duas, Bals. Sulphur. Tereb. Libr. unam, Colophon. Libr. unam et semis, Myrrh. Libr. unam. — Spielmannus: Balsam. Sulph. Tereb. Unc. sex, Cerae Unc. duas, Myrrh. Unc. novem.

EMPLASTRUM DIGITALIS.

Ph. Fenn. Rec. Cerae flav. Libr. unam, Colophon., Ol. Olivar. ãã Libr. semis; liquatis, semirefrigeratis admisce Pulv. Fol. Digitalis Libr. unam. — Van Mons: Rec. Cerae flav., Faeculae rec Hb. Digitalis ãã Unc. quatuor, Resinae Pini Unc. duas, Ol. Olivar. Unc. unam.

EMPLASTRUM DIVINUM.

Ph. Wirt. et Disp. Vienn. Rec. Litharg. Libr. unam et semis, Ol. Olivar. Libr. tres, coque ad Empl. consistentiam, adde Cerae flav. Unc. octo, Lap. Magnetis praep. Libr. semis, Ammoniaci, Galbani, Opopan., Bdellii ãã Unc. tres, Myrrh., Olibani, Mastich., Aerug., Aristolochiae rotundae ãã Unc. unam et semis, Terebinth. Unc. quatuor. — Henry et Guibourt: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres et semis, Cerae flav. Unc. octo, Terebinth. Unc quatuor, Galbani, Ammoniaci, Opopanac., Bdellii ãã Unc. tres, Myrrh., Mastich., Olibani, Rad. Aristoloch, Aeruginis ãã Unc. unam et semis, Lap. Magnet. pulv. Unc. sex. — Spielmannus: Rec. Litharg. Unc. sedecim, Ol. Oliv. Unc. triginta duas, Axung. Unc. unam; coctis l. a. adde Cerae Unc. octo, Galban., Myrrh., Bdellii ãã Unc. duas, Ammoniaci Unc. tres, Olibani, Opopan., Mastich, Rad. Aristoloch. rot. ãã Unc. unam, Magnetis Unc. unam et semis. — Van Mons: Rec. Axung. Unc. unam, Myrrh. Unc. unam et semis, Resin. Pini Unc. duas, Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, — compos. Unc. sex.

EMPLASTRUM AD DOLORES DENTIUM, siv. Emplastrum odontalgicum, s. antiodontalgicum, s. mastichinum. Pflaſter gegen Zahnſchmerzen. *Emplâtre Odontalgique.*

Ph. Argent., Palat., Ratisb. Rec. Carann., Mastich., Elemi, Tacamahac. ãã Unc. unam, Storac. Calam. Unc. semis, Ol. Nucist. Scrup. octo, Terebinth. Unc. semis. — Disp. Brunsv. Rec. Mastich. Unc. unam et semis, Anime, Elemi, Tacamahac. ãã Unc. semis, Cerae flav. Unc. tres, Ol. Mastich. Unc. semis, Terebinth. Drachm. duas. — Ph. Wirt. et Sard. Rec. Tacamahac., Elemi, Mastich. ãã Unc. unam, Opii Drachm. duas, triturando misce cum Terebinth. Venet. Drachm. duabus. — Van Mons praecipit Picis nigr., Resin. Pini ãã Unc. unam, Cantharid., Storac. liq. ãã Unc. duas. — Henry et Guib. (*Emplâtre calmant*). Rec. Resin. Pin. Drachm. sex, Tacamahac., Elemi, Opii ãã Drachm. duas,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0346-4
DFG

Mastich., Olibani, Camphor. āā Drachm. unam. Hujus formulae non multum absimile Emplastrum Opiatum seu Cephalicum quorumdam. — Disp. Vienn. Rec. Tacamahac. Unc. duas, Ladan., Mastich. āā Unc. unam, Ol. Nucist., Balsam. Indic. nigr., Cerae flav. āā Unc. semis, Succin., Pulv. Cubeb. āā Drachm. unam, Castorei Drachm. semis.

EMPLASTRUM DOMESTICUM.

Rec. Colophon., Cerae āā Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. unam, Ung. Popul. Unc. duas, Pulv. Succin., Oliban., Mastich., Myrrh., Aloës āā Unc. unam, Rad. Dictamn., — Gentian., — Aristol. rot. āā Drachm. duas, Alumin. ust., Salis āā Drachm. sex, Camphor. Drachm. unam. M.

EMPLASTRUM DOMUS MISERICORDIAE.

Rec. Minii Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. duas, Resin. Pini, Cerae flav., Sevi āā Unc. duas, Terebinth. Ven. Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM EMOLLIENS vid. Empl. citrinum et de Mucilaginibus.

EMPLASTRUM EPILEPTICUM Disp. Brand.

Rec. Succin., Oliban., Mastich. āā Drachm. semis, Galban., Opopan. āā Scrup. unum, Visci quercin. Drachm. duas, Sem. Paeoniae Drachm. semis, Ladan. Drachm. unam et semis, Ol. Nucistae parum.

EMPLASTRUM EPISPASTICUM vid. Emplastrum Vesicatorium; praeterea formulae feruntur: Rec. Ammoniaci, Cerae flav. āā Unc. tres, Terebinth. Ven. Unc. duas et Drachm. duas, Ol. Cantharid. Unc. unam; liquatis, semifrigefactis agitando immisce Euphorbii, Pulv. Rad. Pyrethri āā Unc. duas et Drachm. duas. — Alia: Rec. Picis navalis, Terebinth. comm. āā Unc. unam, Cerae flav., Olibani āā Unc. semis, Ammoniaci, Galbani āā Drachm. duas, liquatis, ab igne remotis adde Flor. Sulphur. Unc. semis, Pulv. rad. Pyrethri, Euphorbii, Sal. Sodae āā Drachm. duas.

EMPLASTRUM EPULOTIVUM s. Oxydi Plumbi epulotivum Ph. Hisp.

Rec. Litharg., Ol. Olivar., Axung. āā Libr. tres, fiat Emplastrum, Aquae guttulas instillando, ad modum Empl. Diachyl. s., adde Cerae alb. Unc. novem, Resin. Pini Unc. sex, coque iterum ad Empl. spissitudinem. Paullulum abest ab Empl. Diachyl. simpl. (p. 322)

EMPLASTRUM EQUINUM Rennie.

Rec. Picis Burg. Unc. quatuor, Picis nigrae liquid. Barbad. Unc. duas, Cerae Unc. tres, Minii Unc. quatuor. Liquando misce. Nimis spissum Axungiae pauxillo addito emollescit.

EMPLASTRUM EUPHORBII Van Mons. — Picis naval. Unc. sedecim., Terebinth. Unc. tres, Euphorbii Drachm. sex. (Praeterea a quibusdam Emplastri Euphorbii nomine Empl. Vesicatorium perpetuum, vel Emplastrum ischiadicum s. rubefaciens, quae vide, intelliguntur.)

EMPLASTRUM DE EUPHORBIO Lemery.

Rec. Cerae flav. Unc. octo, Pic. naval., Terebinth. āā Unc. quatuor, Euphorb. Unc. unam.

EMPLASTRUM FARINACEUM Fuller.

Rec. Pulv. Oliban. Unc. unam, Vitell. Ovor. N°. octo, Farin. Hord. q. s.

EMPLASTRUM FEBRIFUGUM Bate.

Rec. Mastich. Unc. sex, Aloës Drachm. duas, Boli Armen. Unc. tres. Euphorb., Staphisagr., Bacc. Lauri āā Drachm. duas, Fuliginis, Sal. nigr. Drachm. unam et semis, Terebinth. Unc. tres v. q. s.

EMPLASTRUM FEBRIFUGUM Strobelbergeri Disp. Prag. et Vienn. mixtio ridicule conflata, araneas earumque telas continens.

EMPLASTRUM FERRI vid. Emplastrum defensivum rubrum (p. 320).

EMPLASTRUM FILII vid. Emplastrum de Spermate Ceti compositum.

EMPLASTRUM FILII Zachariae s. Unguentum Filii Zachariae vel Unguentum Medullae mucilagineum. Ph. Hisp., Disp. Hamb., Prag., Vienn. et Ph. Wirt. Rec. Cerae alb., Sevi cervin. āā Libr. unam, Axung. Anseris, — Gallinae āā Libr. semis. — Ph. Hispan. Rec. Cerae alb., Medull. bovin., Axung. āā *Unc. sex, Ol. Lini Unc. quinque*, Mucilag. Sem. *Lini* spiss. *Unc. sex.* M. l. a.

EMPLASTRUM FLAVUM vid. Emplastrum citrinum (p. 318).

EMPLASTRUM, FLOS UNGUENTORUM DICTUM.

Rec. Resin. alb., Terebinth. comm., Cerae flav., Sevi āā Unc. sex, Oliban. Unc. quatuor, Terebinth. Chiae Unc. duas et semis, Myrrh., Mastich. āā Unc. unam, Camphor. Drachm. duas, Vini alb. Unc. sex. Disp. Lond. vet. et Gray.

EMPLASTRUM FOENI GRAECI s. e Foeno Graeco vid. Emplastrum e Mucilaginibus. (p. 335)

EMPLASTRUM FOENUGRAECI COMPOSITUM Eimbcke, s. malacticum.

Rec, Cerae flav. Libr. unam, Tereb. comm. Unc. quinque, Sevi taurin., Resin. Pini flav. āā Unc. quatuor, Galban. Unc. duas; liquatis adde Pulv. Foenugraeci, Sem. Lini āā Unc. tres, Gumm. Ammon., Rad. Curcum. āā Unc. duas; f. Emplastrum. Cod. Hamb. (1835) recepit.

## EMPLASTRUM FOETIDUM. Stinkendes Pflaster. *Emplâtre fétide.*

*Synon.:* Emplastrum resolvens Schmuckeri, — Asae foetidae Ph. Batav., Belg., — Asae foetidae et Ammoniaci Ph. Bav., — antihystericum, — Galbani roborans, Scutum pro Umbilico. Ph. Hispan.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0347-0
DFG

Rec. Ammoniaci depurati Libr. unam,
Asae foetidae depuratae Uncias quatuor,
super lenem ignem emollitis immisce
Saponis Hispanici pulverati Uncias duas,
Olei Olivarum Unciam unam,
ut fiat emplastrum.

*Vis:* resolvens, antispasmodica.

*Usus:* Ad dissipandos tumores lymphaticos et bursarum mucosarum adhibetur; umbilico Hystericorum imponitur.

Sit Emplastrum griseo-fuscum, frigore fragile, durum, caloris parvo incremento, ut aestate, emollescens, agglutinans. Servetur loco, quantum fieri potest, frigido, in vase e ferro laminato, ut adjunt, albo, bene clauso, ne Olei aetherei jactura in deterius vergat. Valde Asam redoleat.

Pharmacopoearum satis magna discrimina in parando Emplastro foetido, et rerum indole, et ponderum ratione, obveniunt. Emplastrum matricale Codicum veterum (quod vide infra) adjectis pluribus materiis et Resinis differt. Formulam nostram ex Ed. 3 Ph. Bor. sumtam et Ph. Hann., Oldenb., Saxon., Slesv.-Holsat. amplexae sunt. — Ph. Hass. Ol. Olivar. praecipit Unc. dimidiam, et Saponis Unc. quatuor. — Ph. Boruss. (Ed. 5) plane omisit. — Ph. Polon. pro Ol. Olivar. Axungiae tantundem sumit. — Schmuckerus materias, Ol. Olivar. omisso, in Spiritus Vini s. q. solvi, et ad justam spissitudinem evaporari docuit; sed vaporum spirituosorum extricatione uti et temporis longiore spatio, per quod massa resinosa calori exponitur, indolis aethereae detrimentum majus efficitur. — Ph. Fenn. et Suec. Rec. Cerae flav. Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. unam, Resin. alb. Unc. dimid., liquefactis per cribrum adjiciuntur Asae foetid., Galban. āā Unc. duae. — Ph. Bavar. Rec. Resin. alb. Unc. unam, Cerae flav. Unc. octo, Ol. Olivar. Unc. duas, Asae foetid., Ammoniaci āā Unc. quatuor. — Ph. Batav. et Edinb. et Americ. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Asae foetid. āā Unc. duas, Galbani, Cerae flav. āā Unc. unam. — Ph. Hispan. (Empl. Galbani roborans). Rec. Asae foetid., Galbani āā, misce cum s. q. Tinctur. Castorei ad Empl. spissitudinem et extende supra alutam ut fiat Scutum orbiculare. — Ph. Hamb. p. p. Rec. Ammoniaci, Asae foetid. āā Unc. unam et semis, Sapon. Ven. Drachm. sex, Acet. Vin. q. s. ut fiat Empl. — Henry et Guibourt: Rec. Galban. Unc. duodecim, Asae foetid., Resin. alb., Cerae āā Unc. sex. — Van Mons: Cerae Unc. tres, Asae foetid., Galban., Oliban. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS ALBUM. Disp. Prag. et Vienn. Rec. Cerae alb. Unc. sex, Sevi cervin. Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. unam et semis, Ol. Rosar. (sc. coctum) q. s. — Van Mons: Rec. Ceruss., Terebinth. coct. āā Unc. unam, Sevi Unc. duas, Cerae alb. Unc. sex. Chartae obductum Sparadrapum album dicitur.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS RUBRUM, Sparadrapum rubrum.
Ph. Palat., Disp. Prag., Vienn. Rec Cerae flav. Unc. sex, Sevi cervin. Unc. duas, Ol. Lilior. coct., Terebinth. Ven. āā Unc. unam et semis, Minii Unc. quatuor. — Van Mons: Rec. Minii, Terebinth. coct. āā Unc. unam, Sevi Unc. duas, Cerae alb. Unc. sex. — Gray: Cerae flav. Unc. sex, Minii, Terebinth. āā Unc. quatuor, Cinnab., Ireos Flor. āā Unc. unam, Moschi Gran. quatuor.

EMPLASTRUM AD FRACTURAS ET LUXATIONES s. catagmaticum.
Ph. Wirt. Rec. Cerae Unc. sex, Picis Libr. unam, Terebinth. Unc. duas; liquefactis insperge Rad. Consolid. maj., — Ulmariae, Boli Armen. āā Unc. duas. — Ph. Palat. Rec. Resin. alb. Libr. tres, Cerae flav. Libr. unam, Terebinth. Libr. semis, Rad. Consolid. maj., — Ulmariae āā Unc. tres; Boli Armen. Unc. sex, Lap. Haematid. Unc. unam. — Disp. Brunsvic. Resinae alb. Unc. triginta duas, Terebinth. Unc. octo, Rad. Consolid. et Ulmar. āā Unc. quatuor. — Spielmann: Rec. Colophon. Libr. duas, Terebinth. Unc. sex, Rad. Bistortae, — Consolid., — Tormentill. āā Unc. tres. (Non absimile Empl. defensiv. rubr. (p. 320) quoad virtutem.

EMPLASTRUM PRO FRACTURIS DICTUM *Ph. Parm.*
Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas et semis, Cerae flav., Terebinth. āā Unc. quinque, Pulv. Sarcocoll., — Sang. Dracon. āā Unc. duas, Oliban., Myrrh., Mastich. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM FRIGIDUM Riedlini Ph. Argent. — Mixtio resinarum, Oleorum, Radicum inconsiderate accumulatorum.

EMPLASTRUM FULIGINIS Bernhardi. — Resinae alb. liquatae admisce Fuliginis quantum satis ad Empl. consistentiam. — Disp. Hamb. Rec. Theriac. Unc. duas, Fermenti, Terebinth. āā Unc. quatuor, Mellis Rosat. Unc. unam et semis, Butyr. recent. Unc. quatuor, Sal. commun. Unc. duas, Fuliginis Unc. tres, Sapon. Venet. Unc. octo, Croci Drachm. sex, Vitell. ovor. N°. octo.

EMPLASTRUM FUNDANS s. resolvens Sec. Cadet.
Rec. Ol. Olivar. Unc. viginti octo, Minii

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0348-5
DFG

Libr. unam, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Ven.. Pulv. Lap. Magnet. aa Unc. unam et semis, Oliban., Mastich., Myrrh., Alumin. aa Drachm. tres, Camphor. Drachm. duas. — Boriès: Rec. Empl. Diabotani Unc. duas, Succ. Solani nigr. Drachm. duas, Vitell. Ovi unum, Amalgamatis Mercur. et Plumbi, part. aeq., Drachm. duas, Cetacei Drachm. unam et semis.

EMPLASTRUM AD FUNGOS ARTICULORUM sec. Spielmann.

Rec. Picis naval. Unc. tres, Cerae, Terebinth. aa Unc. unam, Pulv. Pyrethri, Salis comm. decrepitat., Euphorb. aa Unc. duas, Ammoniaci, Galbani, Mastich., Olibani aa Unc. unam.

EMPLASTRUM FUSCUM vid. Emplastrum Matris. (p. 332)

EMPLASTRUM GALBANI s. Galbani compositum vid. Emplastrum Diachylon compositum (p. 321).

EMPLASTRUM GALBANI CAMPHORATUM sec. Augustin.

Rec. Empl. d. Galban. crocat. Unc. semis, Camphor., Petrol., Sal. alcal. volat. sicc. aa Drachm. semis.

## EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM

**Mynsichti. Safranhaltiges Mutterharzpflaſter.** ***Emplâtre de Galbanum safrané.***

*Synon.:* Emplastrum Galbani compositum s. Galbani (Lond. 1836), Emplastrum Croci sativi compositum. Non confundatur cum Emplastro Oxycroceo, quod vide infra, omissis Emplastris simplicibus, additis vero Resinis balsamicis Ammoniaco, Mastiche, Myrrha, Olibano cet., bene distincto.

Rec. Galbani in Aceto soluti et juste inspissati Uncias sex,
Emplastri Meliloti,
— Diachylon simplicis aa Uncias tres,
Cerae flavae Uncias duas,
Terebinthinae Venetae Unciam unam.
Liquando mixtis adde
Croci pulverati Drachmas sex.
*Vis:* resolvens, discutiens.

*Usus:* ad tumores duros dolentes, suppurationem quoque promovet.

Sit emplastrum coloris luteo-fusci, duriusculum, calore ductile, telae adhaerens, Galbanum redoleat, servetur in vase e ferro laminato, quod dicitur albo, loco frigido.

Formula Hadriani a Mynsicht, ex ejus Armamentario Chymico (p. 511) desumta, et usu diuturno, et Codicum spectatissimorum concentu sancita est. Arrisit enim Disp. Brand., Ph. Danic. (1772), codicibus Argent., Hamb., Prag., Vienn., itemque Ph. Boruss. ed. 5, nisi quod haec Galbanum Terebinthina, nec Aceto dissolvit. Discrepant dimidia dosi Galbani, Unc. tribus, Disp. Brunsv., Ph. Wirt., Palat., Sard., Henry et Guibourt. — Ph. Hass. et Slesv.-Hols. Rec. Empl. Diachyl. simpl., — Meliloti, Cerae flav., Galbani aa Unc. sex, Terebinth. Ven. Unc. unam et semis, Croci Unc. unam. — Ph. Hispan. Rec. Galbani (Aceto soluti et inspiss.) Unc. sex, Empl. Melilot., — Diachyl. simpl. aa Unc. quatuor, Cerae Unc. duas, Terebinth Unc. unam, Croci Drachm. sex. — Ph. Saxon. Rec. Empl. Diachyl. simpl., — Meliloti, Galbani aa Unc. unam, Croci Drachm. semis. — Disp. Lipp. Rec. Cerae flav., Terebinth. aa Unc. unam, Empl. Meliloti, Galbani aa Unc. sex, Croci Unc. unam. — Ph. Amstel. Rec. Galbani *Libr. unam, Terebinth. Unc. quatuor,* Empl. *Diachyl. simpl. Libr. unam, Cerae Unc. sex,* Croci Unc. unam et semis. — Piderit: Rec. Galbani Unc. sex, Terebinth. Unc. unam, Empl. Meliloti Unc. sex, Cerae Unc. unam, Croci Drachm. sex. — Ph. Brem. Rec. Galbani Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas, Empl. Meliloti Unc. sex, Cerae flav. Unc. duas, Croci Drachm. sex.

EMPLASTRUM GALBANI ROBORANS Ph. Hispan. vid. Emplastrum foetidum (p. 325).

EMPLASTRUM GALBANI SATURNINUM Augustin.

Rec. Empl. de Galban. Croc., — Ammoniaci, — Diachyl. comp. aa Unc. semis, Camphor. Scrup. duos. (Eodem nomine quoque Emplastrum Diachylon compositum appellatur.)

EMPLASTRUM GALBANI SIMPLEX.

Ph. Hisp. Rec. Terebinth. Unc. quinque, Cerae flav. Unc. octo, Galbani, Aceto solut. et juste inspiss., Libr. unam. — Van Mons: Rec. Galbani Unc. unam, Cerae Unc. unam et semis, Empl. Diachyl. simpl. Unc. sex. — Mynsichtius: Rec. Galban. Unc. unam, Pic. naval. Unc. semis, Empl. Diachyl. simpl. Drachm. duas, Sal. Ammoniac. Scrup. unum. Augustin: Rec. Galbani Unc. unam, Tinct. Castor. q. s. ut f. Empl.

EMPLASTRUM AD GANGLIA Disp. Brand.

Rec. Ammoniaci, Galbani, Opopanac., Sagapeni, Aceto solutorum, colatorum et inspissatorum, Myrrh. pulv. aa Unc. tres, Ol. Laurini, Spir. Vini aa Unc. unam, Sulphur., Vi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0349-4

trioli virid., Salis Ammoniaci āā Unc. semis, Euphorbii Drachm. duas.

EMPLASTRUM GLUTINANS s. glutinosum vid. Emplastrum adhaesivum. (p. 308)

EMPLASTRUM GRAPHITAE.

Rec. Graphitae depuratae Drachm. duas, Empl. saponat Barbette Unc. unam, m.

EMPLASTRUM GRATIA DEI.

Disp. Leid. et Leod. Rec. Cerae, Resinae, Sevi āā Unc. quatuor, Terebinth Unc. duas, Mastich., Olibani āā Drachm. tres. — Van Mons: Rec. Cerae, Resinae āā Unc novem, Terebinth. Unc quinque, Olibani Unc. tres. — Disp. Prag., Hamb. Rec. Terebinth. Unc. sex, Resinae Libr. unam, Cerae Unc. quatuor, Mastich. Unc. unam, Hb. Verbenae, — Betonic., — Pimpinell. āā Manip. unum.

EMPLASTRUM GRATIA DEI CUM AERUGINE Disp. Amstel., Roterod.

Rec. *Cerae, Resinae, Sevi āā Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas*, Aerug., Mastich., Olibani āā Drachm tres.

EMPLASTRUM GRAVIDARUM sec. Fuller.

Rec. Empl. ad Hernias Unc. unam, Cerat. Santalin., Ung Comitiss. āā Drachm. tres, Ol. Myrt. Drachm. tres et semis, Cerae Unc. semis; liquefactis adde Pulv. Sang. Dracon., Mastich., Boli, Rad. Bistort., Gallar. āā Drachm. semis, Succini, Corall. rubr., Nuc. moschat. āā Scrup. duos, Terebinth. Ven. q. s.

EMPLASTRUM GRISEUM, s. Emplastrum de lapide Calaminari, s. Emplastrum Calaminare, s. Emplastrum Consolidans, Pamphilus Chirurgorum Galmeipflaſter. *Emplâtre de Calaminaire.*

Sec Ph. Wirt. et Disp. Brunsv. cet. Rec. Lapid. Calaminaris praep. Unc. unam, Lithargyri Unc. duas, Olibani, Mastich. āā Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Tutiae praep. Unc. semis, Cerae flav. Unc. tres, Sevi cervini Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam et semis, Camphor. Drachm. unam et semis. — Disp. Ratisb. et Argent. omittunt Tutiam. — Disp. Brand. Rec. Cerae flav. Unc. sex, Camphor. Drachm. unam, Cerussae Unc. semis, Lap. Calamin., Litharg. āā Unc. duas, Mastich., Myrrh., Oliban., Pulv. Rad. Aristoloch. āā Drachm. duas, Resinae Unc. duas, Sevi Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam semis — Disp. Vienn. Rec. Lap. Calamin. Unc. quatuor, Litharg., Ceruss āā Unc. tres, Oliban., Mastich., Myrrh., Tutiae āā Unc. unam, Camphor. Unc. semis, Terebinth. Libr. semis, Cerae alb., Sevi āā Unc. octo. — Ph. Palat. Olibani, Mastich., Myrrh., Tutiae āā Unc. semis, cetera ac Disp. Vienn. — Disp. Prag. Rec. Lap. Calamin. Unc. unam, Litharg. Unc. duas, Ceruss. Unc. semis, Tutiae Drachm. unam, Terebinth. Unc. unam semis, Cerae Unc. tres, Sevi Unc. quatuor, Olibani Drachm. quinque, Mastich. Drachm. tres, Myrrh. Drachm. duas, Camphor. Drachm. unam semis. — Ph. Danic. (1772). Rec. Cerae Unc. tres, Sevi Unc. quatuor, Terebinth., Lap. Calamin., Litharg. āā Unc. unam et semis, Tutiae, Mastich., Oliban. āā Unc. semis, Camphor. Drachm. unam. — Ph. Herbip. Rec. Lap. Calamin., Litharg., Ceruss. āā Unc. sex, Olibani Unc. semis, Mastich. Unc. unam, Ol. Olivar. q. s. — Disp. Fuld. Rec. Lap. Calamin. Libr. unam, Litharg. Unc sex, Ol. Olivar. Libr. unam et semis. — Ph. Boruss. ed. 5. Rec. Empl. Diachyl. simpl., — albi cocti āā Libr. unam, Lap. Calamin., Olibani, Mastich. āā Unc semis. — Ph. Suec. et Van Mons: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas, Cerae Unc. quinque, Sevi, Terebinth. āā Unc. unam et semis, Lap. Calamin. Libr. duas. — Disp. Lipp. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. decem, Ol. Olivar. Unc. octo, Lap. Calamin. Unc. sex, Mastich. Unc. unam, Olibani Unc. semis. — Ph. Dan. et Slesv.-Hols. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Lap. Calamin. āā Libr. unam et semis, Cerae flav. Unc. sex, Sevi, Terebinth. āā Unc. unam et semis. — Ph. Saxon. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Unc. sex, Lap. Calamin. Unc. duas, Mastich., Olibani āā Drachm. unam. — Ph. Hannov. Rec. Empl. Diachyl simpl. Libr unam, Ol. Olivar. Unc. quinque, Lap. Calamin. Unc. quatuor, Mastich., Olibani āā Drachm. duas (affine Empl. Diapompholygos [p. 324] quod vide.)

EMPLASTRUM GRISEUM COCTUM vid. Emplastrum album coctum (p. 309).

EMPLASTRUM GUIELLERMI SERVITORIS Ph. Hisp.

Rec Resinae alb., Colophon. āā Libr. duas, Cerae flav. Libr. unam, Terebinth. Unc. octo, liquefactis adde Pulv. Rad. Zingib. Unc. unam et semis, Bacc. Lauri, Sulphur., Sem. Anisi, Hb. Pulegii, Olibani, Croci, Mastich āā Unc. unam et semis, Sem. Amomi Unc. duas.

EMPLASTRUM GUMMOSUM s. gummatum, s. cum Gummi-Resinis, cet., vid. Empl. *Diachyl. comp.* (p. 321)

EMPLASTRUM HAEMORRHOIDALE Bate.

Rec. Pulv. Litharg. Libr. unam, Axung. Unc unam vel q. s., ut fiat contundendo massa satis dura.

EMPLASTRUM AD HERNIAS, s. pro Herniosis, s. ad rupturas, s. contra rupturam, s. Picis nigrae regium Ph. Hisp., s. Prioris contra rupturam, s. ad Hernias Baumei. Pflaſter für Brüche.

Ph. Wirt. Rec. Terebinth. Ven Unc. quatuor, Mastich. Unc. unam et semis, Cerae Unc. sex, Mastich. Unc. unam et semis, Cerae Unc. sex, Myrrh., Oliban., Sang. Dracon. āā Drachm. sex, Rad. Consolid. maj., Sem. Perfoliatae (Bupleur. rotundif. Linn.) āā Unc unam, Lap. Haematit. praep., Vitriol. virid. calcinat. āā Unc. semis, — Disp. Argent., Prag., Ratisb., Vienn. non multum absunt ab hac formula. — Ph. Pa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0350-5
DFG

lat. Rec. Cerae flav. Unc. duas, Terebinth., Bals. Peruv. āā Unc. semis, Colophon. Unc. unam, Mastich., Sang. Dracon. āā Unc. semis, Oliban., Myrrh. āā Drachm. duas, Olei Ovor. q. s. — Spielmann: Rec. Cerae Unc. quatuor, Terebinth. Unc. sex, Pulv. Succ. Acac., — Hypocist., Mastich., Oliban., Rad. Consolid. maj. āā Unc. unam, Alumin., Sang. Dracon. āā Drachm. sex, Nuc. Cupress., Lap. Haematit., Sem. Perfoliat., Vitriol. coerul. āā Unc. semis. — Ph. Hisp. Rec. Picis naval. Libr. unam et semis, Cerae, Terebinth. āā Unc. octo, Ladani depur. Unc. duas, Succ. Hypocistid., in decocto Fructuum Cupressi soluti et inspissati, Unc. unam, Mastich., Rad. Consolid. maj. āā Drachm. duas et semis, Fruct. Cupress. Unc. unam, *Boli*, Lapid. Haematit. āā Unc. semis.

EMPLASTRUM Hjerneri s. Emplastrum saponaceo-plumbicum.

Ph. Suec. Rec. Sapon. Venet. Unc. decem, solve in Ol. Olivar. Unc. quadraginta quinque, coque cum Minii Libr. una et dimid., Ceruss. Unc. novem, donec colorem fuscum induerit, denique adde Terebinth. Unc. unam et semis. — Van Moss: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. quatuor, Sapon. Venet. Unc. quinque, Terebinth. Unc. unam.

EMPLASTRUM HYDRARGYRI cet., vid. *Emplastrum mercuriale.*

EMPLASTRUM AD HYDROPEM, s. hydropicum Disp. Brand.

Rec. Stercor. Columb., Aceto destill. macerati, Libr. unam, Sulphur. Unc. unam, Pulv. Rad. Enulae, — Ebuli, Bacc. Laur., Sem. Anethi, Flor. Chamomill. āā Drachm. sex, Flor. Sambuc., — Chamomill. āā Drachm. semis, Petrol. q. s. ad formand. Emplastrum.

EMPLASTRUM HYDROPICUM Fuller.

Rec. Empl. Saponat. Unc. duas, Ol. Anisi, Petrolei āā Drachm. semis.

## EMPLASTRUM HYOSCYAMI. Bilſenkrautpflaſter.

### *Emplâtre de Jusquiame.*

***Synon.:*** Emplastrum de Hyoscyamo.

Rec. Cerae Libram unam,
Colophonii,
Olei Olivarum āā Uncias sex,
liquatis et semirefrigeratis paulatim immisce
Herbae Hyoscyami pulveratae Libram unam,
ut fiat emplastrum fusco-virens, molliusculum. — ***Vis:*** resolvens, discutiens, sedans, suppurationem leniter adjuvans, anodyna. Sit Emplastrum molliusculum, aequabile, digitis tractatum nodulos non praebeat; aqua malaxatum et non satis, aeri exponendo, siccatum repositum mucescit, itemque loco humido asservatum.

*Usus:* ad tumores dolentes glandularum et viscerum, ad ulcerationes e Vesicatoriis, clavos pedum, haemorrhoidas, cet.

Formula praecepta, simplicitate insignis, et Codicum consensu spectata, mox ceteras oblivioni tradituras speramus. Est enim recepta Ph. Boruss., Dan., Hann., Slesv.-Hols., Suec. — Axungiam pro Oleo Olivarum suadet Ph. Polon. — Ph. Saxon. Cerae Unc. sex jubet, cetera uti supra. — Ph. Hass. Rec. Ol. Olivar. Unc. sex, Cerae flav. Unc. decem, Terebinth. Ven. Unc. quatuor, Pulv. Hb Hyoscyami Unc. sex, Extr. Hyoscyami, in paululo Aquae soluti Unc. unam et semis. — Ph. Batav. Rec. Empl. Diachyl. simpl., Cerae flav. āā Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. sex, Pulv. Hb. Hyoscyami Libr. unam. — Ph. Danic. (1772) et Spielmann. Rec. Ol. Sem. Hyoscyami expressi Unc. sex, Succ. Hb. Hyoscyami *Libr. unam*, ad consumtionem humidi *coctis adde Cerae flav. Unc.* quatuordecim, Terebinth. Unc. duas, denique Pulv. Hb. Hyoscyami Unc. duas. — Ph. Wirt., Sard., Brunsv. cet. Rec. Ol. Sem. Hyoscyami expressi, Succ. Hyoscyami ex herba āā Libr. unam, ad humidi consumtionem coctis adde Cerae flav. Unc. quindecim, Terebinth. Unc. unam et semis, Pulv. Hb Hyoscyami Unc. duas. — Disp. Argent, Brand. Rec. Ol. Sem. Hyoscyami express. Succ. Hyoscyami āā quantum placet, coque ad humidi evaporationem, adde Cerae flav., Terebinth. āā tantillum seu q. s. — Ph. Oldenb. Rec. Cerae flav. Unc quatuordecim, Colophon., Ol Olivar. āā Unc. sex, Pulv. Hb. Hyoscyami Unc. unam. — Ph. Lusit. Rec. Acet. Vini fort. Unc. sedecim, Ammoniaci Unc. octo, solutis, colatis adde Succ. Hyoscyam. inspiss. Libr. unam; evaporet supra lenem ignem, continue agitatum, donec justam spissitudinem adeptum sit.

EMPLASTRUM ICHTHYOCOLLAE vid. Emplastrum Anglicum. *(p. 312)*

EMPLASTRUM ICTERICUM Fuller.

Rec. Croci puvl. Drachm. duas, Mellis q. s. ut fiat massa.

EMPLASTRUM IMPERIALE.

Disp. Brand. Rec. Bals. Sulphur. extern. Drachm. sex, Camph. Drachm. tres, Cerae flav. Unc. tres, Ceruss. Unc. semis, Empl. Triapharmaci Unc. sex, Ladani Drachm. tres, Litharg. Unc. unam, Myrrh. Drachm. duas, Styrac. Calamit. Drachm. tres. — Ph. Hisp. (Empl. Siliquarum imperiale). Rec. Empl. Picis nigr., — Minii, — Collae ad Herniam (p. 319) āā Unc. quatuor, — Guillerm. Servitor. (p. 328), — Siliquarum (vid. infra),



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0351-1
DFG

Croc. Mart. adstr. Unc. semis, Sacch. Saturn., Camphor. aa Drachm. duas. M. l. a. (Non multum differt ab Empl. defensiv. rubr. [p. 320] codicum quorumdam.)

EMPLASTRUM INCOGNITUM vid. Emplastrum Santalinum.

EMPLASTRUM IODATUM sec. Behrend.
Rec. Emplastrum Diachyl. simpl. Scrup. duos, Iodi Drachm. semis, Kalii iodat. Scrup. duos, Extr. Opii Drachm. semis.

EMPLASTRUM IODINAE CUM MERCURIO sec. Neumann.
Rec. Kalii iodat. Drachm. unam, Empl. mercurialis Unc. unam. M.

EMPLASTRUM IREATUM Disp. Vienn. (1729)
Rec. Empl. Diachyl. comp. Unc. sex, Pulv. Rad. Ireos, Sem. Cumini aa Drachm. sex, *Ol. Chamomill. q. s. ut f. Empl.*

EMPLASTRUM IRRITANS Disp. Brunsv.
Rec. Elemi, Mastich., Tacamahac. aa Unc. semis, Styrac. liq. Drachm. tres, Pulv. Cantharid. Drachm. duas et semis.

EMPLASTRUM ISCHIADICUM, s. Empl. rubefaciens Ph. Herbip., s. Euphorbii, s. de Euphorbio Ph. Dan. Hüftwehpflaſter.
A) *Sine Euphorbio.* Ph. Wirt. Rec. Picis naval. Unc. duas, Galbani Unc. unam, Sulphur., Succin. aa Drachm. duas, Sem. Cumini, Flor. Chamomill. aa Drachm. unam et semis, Ol. Petr. rubr. q. s. Galbanum Aceto solutum misce cum Pice et adde reliqua, denique Oleum Petrae. — Ph. Palat. et Fuller: Succini Drachm. unam, Sem. Cumin., Flor. Chamomill. aa Drachm. semis, praeterea Hermodactyli, Rad. Ireos Flor. aa Drachm. semis, cetera ac. Wirt. praescribit. — Disp. Vienn. Rec. Ammoniaci Libr. unam, Picis naval., Cerae flav. aa Unc. quinque, Ol. Spermat. Ranar. Unc. sex, Terebinth. clar. Unc. tres, Pulv. Rad. Ireos Unc. unam et semis. — B) *Cum Euphorbio.* Disp. Lipp. Rec. Succin. alb. Unc. octo, Ol. Terebinth. Unc. quatuor, Euphorb. Drachm. tres. — Ph. Herbip., Danic. prist. et nov. Saunderi, Spielmann: Rec. Resin. alb. Unc. quatuor, Euphorbii Drachm. unam et semis, Terebinth. Ven. Drachm. sex. — Swediaur: Picis Unc. unam, Terebinth. q. s. Euphorb. Gran. quindecim. — Gray et Rennie: Empl. Picis comp. Unc. quatuor, Euphorb. Drachm. semis.

EMPLASTRUM ISCHIADICUM Bezae. Disp. Argent.
Rec. Ammoniaci Unc. semis, Galbani Unc. unam et semis, Mastich. Unc. unam, Tacamahac. Drachm. sex, Carann. Unc. semis, Resin. alb. Libr. unam.

EMPLASTRUM Janini vid. Emplastrum vesicatorium perpetuum.

EMPLASTRUM Juchii vid. Emplastrum mercuriale Juchii.

EMPLASTRUM LADANI s. de Labdano, s. Picis Burgundicae. Ladanumpflaſter.
Ph. Leod. et Leid. Rec. Ol. Olivar., Litharg. aa Unc. quindecim, Cerae, Colophon., Resin. alb., Ammoniaci, Ladani aa Unc. semis, Hb. Sabinae Drachm. tres, — Thymi Drachm. unam et semis, Ol. Aneth., — Chamomill., — Lilior. alb., — Lauri aa Drachm. sex, Axung. Unc. tres, Sevi Unc. quatuor. — Ph. Amstel. Rec. Empl. Diachyl. simpl., — Cumini aa Libr. unam, Colophon. Unc. sex, Styracis Unc. semis, liquatis blando igne admisce Ladani Unc. duas. — Ph. Lusit. Rec. Ladani Unc. tres, Oliban. Unc. unam, Ol. Nucist., Bals. Indic. nigr., Cort. Cinnamom. aa Unc. semis. — Van Mons: Rec. Elemi, Ammoniaci aa Unc. unam, Bacc. Lauri, Hb. Melilot., Sem. Cumin. aa Unc. duas, Colophon., Ladani, Sevi aa Unc. quatuor, Cerae Unc. sex, Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres — Scriptores Brugnatelli, Gray, Swediaur praecipiunt Olibani Unc unam, Ladani Unc. tres, Ol. Nucist, Cinnamom. aa Unc. semis, Ol. Menth. vir. Drachm. unam. (Plures denique formulae vergunt in Emplastrum stomachicum, aromaticum, imo etiam opiatum, quo referentur.)

EMPLASTRUM AD LANGUORES Fuller.
Rec. Galbani Drachm. tres, Asae foetid., Cerae flav. aa Drachm. duas, Camphor. (Ol. Succin. Gutt. octo subactae) Drachm. semis, Sal. alcal. volat. sicc., Castor. aa Gran. quindecim.

EMPLASTRUM DE LAPIDE CALAMINARI vid. Emplastrum griseum. (p. 328)

EMPLASTRUM LATERALE Bate.
Rec. Flor. Sulph. Unc. quinque, Rad. Ireos Unc. tres, Caryophyll. Unc. semis, Sem. Cumin. Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM LATERALE Fuller.
Rec. Empl. Cumini Unc. unam, Camphor. Scrup. unum, Ol. Anisi Gutt. quindecim.

EMPLASTRUM LAURI BACCARUM vid. Emplastrum Baccarum Lauri. (p. 315)

EMPLASTRUM DE LINAMENTO. Charpiepflaſter. Disp. vet. Leod. Lugdun. cet.
Rec. Linamentorum veterum, minutim incisorum (feingeſchnittene Charpie) Libr. unam, Ol. Olivar. Libr. tres et semis, Plumbi usti Unc. sex, Litharg. Unc. decem, Cerae Libr. semis, Myrrh. Unc. duas, Oliban. Unc. tres, Aloës Unc. unam.

EMPLASTRUM LITHARGYRI COMPOSITUM s. cum Gummi vid. Emplastrum Diachylon compositum. (p. 321)

EMPLASTRUM LITHARGYRI CUM RESINA PINI s. glutinans vid. Emplastrum adhaesivum. (p. 308)

EMPLASTRUM LITHARGYRI SIMPLEX vid. Emplastrum Diachylon simplex. (p. 322)

EMPLASTRUM AD LUMBAGINEM Fuller.
Rec. Empl. de Minio Vigonis Unc. duas, —

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0352-6
DFG

Diapalmae (Ol. Rosar. coct. loco Axung. parati) Unc. unam et semis, Carannae Unc. semis, Boli, Terrae sigill., Mastich. āā Scrup. quatuor, Terebinth. Unc. unam.

EMPLASTRUM AD LUPIAM Disp. Vienn. Sec. Spielmann.

Rec. Gallar. Turcicar., Galbani (Aceto soluti), Aeruginis, Farinae Secalis āā Unc. unam, Resin. alb. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas.

EMPLASTRUM LYTHARGYRI *falsa scribendi ratio pro Lithargyro, a voce λίϑος, quae latine Lapis audit, derivandum.*

EMPLASTRUM LYTTAE s. Lyttae vesicatorium vid. *Emplastrum vesicatorium.*

EMPLASTRUM MAGNETICUM siv. Magneticum Arsenicale Angeli Salae. Disp. Hamb., Prag., Vienn., Ph. Wirt. Rec. Sagapeni, Ammoniaci, Galbani āā Unc. tres, in Aceto solutis adde Cerae, Terebinth. āā Unc. quinque, Magnetis arsenicalis (quem vid. infra, subtiliss. triti) Unc. tres, Colcotharis, Ol. Succin. rubr. āā Unc. unam.— Disp. Brand. et Spielmann: Terebinth. et Cerae āā Unc. quatuor et semis, Ol. Succin. Unc. duas praecipiunt.

EMPLASTRUM DE MAJORANA Fuller.

Rec. Pic. Burgund. Unc. semis, Pulv. Hb. Majoran. Drachm. semis, *Euphorbii Scrup. unum.*

EMPLASTRUM MALACTICUM CUM GUMMI Ph. Wirt., Disp. Ratisb., Vienn.

Rec. Cerae flav. Unc. tres, Terebinth. Drachm. decem, Sevi Cervin., Resin. alb. āā Unc. unam, Ammoniaci, Galbani, Rad. Curcumae, Sem. Foeni graeci, — Lini āā Unc. semis, Rad. Althaeae Drachm. duas, Farinae Fabar., — Tritici āā Drachm. tres. Conf. Empl. Foeni Graeci compos. (p. 325)

EMPLASTRUM MALACTICUM SINE GUMMI Ph. Wirt.

Rec. *Cerae flav* Unc. octo, Terebinth., Colophon. āā Unc. *tres, Olibani* Unc. duas, Tartari alb. Drachm. duas, *Myrrh.*, Sem. Foeni graci, — Lini āā Unc. unam, *Rad. Althaeae*, — Curcum., Farin. Fabar. āā Unc. duas, Ol. Lini Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM MAMILLARE ALBUM.

Ph. Wirt. Rec. Sperm. Ceti Unc. duas, Empl. de Spermate Ranar. Unc. unam et semis, Ol. Chamomill. coct. Drachm. sex; blando igne liquatis admisce Pulv. Sem. Carv. Unc. unam, Ol. Carvi aeth. Drachm. duas, Camphor. Drachm. unam. — Bate: Rec. Sperm. Ceti Unc. unam, Cerae alb. Unc. duas, Galbani, Aceto solvendi, Unc. semis. — Augustin: Rec. Sem. Cydonior., — Psyllii āā Drachm. unam, Aquae q. s. ut fiat mucilago, cui adde Sperm. Ceti Drachm. semis, Vitelli Ovi Scrup. semis. (Non omnino absimile Emplastri de Spermate Ceti.)

EMPLASTRUM MAMILLARE RUBRUM.

Disp. Vienn. Rec. Empl. de Mucilagin., — de Minio āā Libr. semis, Litharg., Minii āā Unc. unam et semis, Ol. Lilior. alborum,— Ovorum, — Momordicae, — Sesami, Butyri recent., Sperm. Ceti āā Unc. unam, Camphor. Unc. semis. — Ph. Palat. Empl. de Mucilagin., — Minii, Litharg., Minii āā Unc. semis, cet. par.

EMPLASTRUM MANUS DEI Disp. Prag.

Rec. Galban. Unc. unam, Ammoniaci Drachm. duas, Opopanac. Drachm. tres, Cerae flav. Unc. viginti, Ol. Olivar. Libr. duas, *Litharg.* Unc. septendecim, Oliban. Unc. duas, Myrrh., Resinae alb. āā Drachm. decem, Aerugin., Rad. Aristoloch. long., Mastich. āā Unc. unam, Bdellii, Lap. Magnetis āā Unc. duas.

EMPLASTRUM MASTICHINUM Disp. Hamb. vet.

Rec. Mastich. Unc. novem, Oliban. Unc. quatuor, Santalorum omnium āā Scrup. duos, Caryophyll., Nuc. Moschat. Hb. Absinth.,— Menth., Rad. Galang. āā Drachm. duas, Resin., Cerae flav., Terebinth. Unc. novem, Ol. Mastichin. Unc. duas. (Vide quoque Empl. ad dolores dentium (p. 324).

## EMPLASTRUM MATRICALE v. antihystericum, s. foetidum, s. Asae foetidae.

Ph. Wirt. et Palat. Rec. Galbani, Sagapeni, *Asae foetid.* āā Unc. unam et *semis, solve in Aceti Rutae s. q. et evaporando redige ad pultis consistentiam,* adde Terebinth. Ven. Unc. unam et semis, Cerae flav. liquatae Unc. quatuor, Myrrh. Unc. unam, Castorei Drachm. unam, Ol. aeth. Angelic., — Succini āā Scrupulum unum. — Ph. Sard. Rec. Galbani, Sagapeni āā Unc. unam, Asae foetid. Unc. semis, solve in Aceto Rutae et inspissa ad pultis consistentiam, cui adde Terebinth. Unc. unam, Cerae liquatae Unc. tres, Myrrh. Unc. semis, Castor. Drachm. unam, Ol. Succin. Drachm. semis. — Disp. Brand. et Ratisb. Rec. Galbani, Ammoniaci (in Acet. scill. solutorum) āā Drachm. sex, Castorei, Myrrh. āā Unc. semis, Asae foetid. Drachm. duas et semis, Ol. Rutae q. s., Cerae parum; denique adde Ol. aeth. Angelic., — Succin. āā Scrup. duos, Extr. Castor. Grana quatuordecim. — Ph. Danic. et Brunsv. Rec. Galban. Libr. unam, Tacamahac., Cerae flav. āā Unc. sex, Asae foetid., Sem. Cumini, Terebinth. Ven. āā Unc. quatuor. — Ph. Hispan. Rec. Terebinth. Unc. duas, Cerae Unc. octo, Galbani (in Aceto soluti et juste inspissati) Unc. tres; semirefrigeratis adde Oliban., Asae foetid. āā Unc. unam, Myrrh. Unc. semis, Anime Drachm. sex, Castor., Sem. Cumini āā Drachm. tres, denique Ol. Succin. Drachm. duas. — Mynsichtius praecipit: Galban. in Acet. solut., Tacamahac. āā Unc. unam, Terebinth. Ven., Cerae flav. āā Drachm. sex; Asae foetid., Myrrh., Castor. āā Drachm. tres, Ciner. Stanni, Ol. Succin. āā Drachm. unum semis. (Operae pretium non est Codicum veterum uti Hamb., Pragens., Vienn. cet., accuratius perstringere dissensum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0353-2

DFG

## EMPLASTRUM MATRIS. Mutterpflaſter. *Onguent de la Mère.*

*Synon.:* Emplastrum Matris Theclae, Empl. fuscum seu Unguentum fuscum, Ceratum fuscum Ph. Austr., Empl. Minii adustum Ph. Hann., Empl. Oxyduli Plumbi semivitrei adustum Ph. Bavar. Gebranntes Mennigpflaſter. Braunes Pflaſter. *Onguent de la mère Thècle.*

Rec. Olei Olivarum Libras duas; in aheno percapaci super ignem calefiant, donec fumos albos emittere et colorem *subfuscum induere* incipiant; tum sensim adde

Lithargyri subtilissime pulverati Libram unam,

cribri ope portiunculas minutas sensim inspergendo. Inter perpetuam agitationem coque donec massa colorem nigro-fuscum induerit; adhuc calenti adde

Sevi,
Butyri recentis insulsi,
Axungiae Porci,
Cerae flavae $\overline{aa}$ Libram unam,
Picis navalis colatae Uncias quatuor;

intime mixta et paulum ab igne remota effunde in modulos chartaceos.

*Vis:* defendens, leniens, mundificans.

Sit emplastrum molliusculum, consistentiae unguinosae, coloris fusci; inter digitos leniter pressum et contritum in stratum tenue, aequabile, pellucido-fuscum extendatur, nec particulae nigrae, carboneae aut rubellae, a Lithargyro non bene soluto, appareant. Tempore pallidum aut rancidum factum rejiciatur.

*Usus:* In decubitu, aliisque cutis inflammationibus, ulceribusque sanandis. Recentioris Chirurgiae lumine hujus Emplastri usus Aquae purae indole mirifica multum restrictus est.

Formulam modo praeceptam, et simplicitudine et concinnitate insignem, per magnam Germaniae partem divulgatam, ceteris praetulimus. Eam enim secuti sunt Codices Boruss., Batav., Belg., Danic., Hannov., Oldenb. — Paucis differunt Ph. Ross.; suadet Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Sapon. (Wologdensis, an Veneti nil interest.) Libr. semis, Camphor. Unc. unam. — Ph. Hass. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Cerae et Saponis Ven. āā Unc. octo, Camphorae Unc. unam. — Ph. Slesvico-Hols. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Uncias (an lapsu calami, quae Librae esse debeant, cum in ceteris congruat) tres. — Ph. Saxon. Camphor. Unc. unam et semis, cet. par. — Disp. Amstel. Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Sapon. Ven. Unc. sex, Camphor. Drachm. sex. — Swediaur: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Sapon. Ven. Unc. tres, Camphor. Drachm. tres. — Brera: Empl. Dia-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0364-4
DFG

chyl. s. Unc. sex, Sapon. Ven. Unc. quatuor, Camphor. Unc. semis. — FERRARINI: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. tres, Sapon. Venet. Unc. octo, Camphor., Litharg. āā Unc. unam et semis. — HENRY et GUIB.: Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. quinque et Unc. quatuor, Cerae alb., Sapon. Ven. Unc. quatuor, Camphor. Unc. semis. — Ph. Bavar. Rec. Cerae flav., Resin. alb., Sapon. Ven. āā Unc. quatuor, Camphor. Gran. quinque. — Disp. Fuldens. Rec. Empl. alb. coct. Unc. duas, Sapon. Ven. (Oleo subigendi) Unc. unam, Camphor. (Spir. Vin. solvend.) Drachm. unam. Plures denique Codices ex tempore Camphoram admisceri Emplastro saponato simplici permittunt, imo *suadent*. — Ph. Gall. Unc. singulis Empl. *Sapon.* (Ph. Gall) Grana quatuor Camphorae, VAN MONS Camphor. Gran. *decem*, Disp. Lipp. Scrup. unum; alii pro arbitrio. (Differt hoc Emplastrum ab *illo* quod BARBETTII dicitur, eo, quod Emplastrum Diachylon simplex, antea per se bene praeparatum, adhibetur; citius et melius eo conficitur, nec a casibus pendet, quibus parva Emplastri Plumbi cocti copia paranda semper obnoxia est.)

EMPLASTRUM SAPONATUM WERLHOFII.
Rec. Empl. Diachyl. simpl., Sapon. Ven. āā Unc. tres, Cerae flav. Unc. semis, Camphor. (in pauxillo Ol. Olivar. solvendae) Scrup. unum.

EMPLASTRUM SAPONIS AMMONICI Ph. Suec.
Rec. Salis Ammoniac., Sapon. Ven. duri āā par Pondus.

EMPLASTRUM SATURNINUM BATE.
Rec. Ceruss. Unc. quatuor, Cretae alb. Unc. semis, Myrrh. Drachm. duas, Amalgamatis (ex Mercur. viv. Unc. semis et Plumbi pur. Drachm. duabus) Drachm. sex, Axung. q. s.

EMPLASTRUM SATURNINUM MYNSICHTI.
Rec. *Plumbi usti* (Lithargyr.) Unc. duas, Sevi, *Cerae alb.* āā *Unc. unam et semis*, Terebinth. Drachm. sex, Lap. *Calamin.*, Ceruss. āā Unc. semis, Flor. Zinci, Tutiae āā Drachm. duas, Myrrh., Mastich., Olibani āā Drachm. unam, Aloës, Camphor., Nitri depur. āā Drachm. semis. Hanc MYNSICHTI (Armament. p. 513) formulam secuta sunt Disp. Argent., Prag., Vienn. et Ph. Palat., Wirt.

EMPLASTRUM SATURNINUM VAN MONS.
Rec. Plumbi acetici basici (residui ab Aceto saturnino), Ol. Olivar. par Pondus; addita aqua ad Emplastri consistentiam coquitur, uti Empl. Diachyl. simpl.

EMPLASTRUM DE SCROPHULARIA s. viride compositum Ph. Wirt.
Rec. Fol. Scrophular., — Digital. purp. āā Unc. octo, Axung. Libr. unam, coctis ad humidi exhalationem adde Cerae flav., Resin. alb. aa Unc. sex, Terebinth. Ven., Aerugin. āā Unc. unam.

EMPLASTRUM SILIQUARUM Ph. Hispan. vid. Emplastrum defensivum rubrum. (p. 320)

EMPLASTRUM SILIQUARUM IMPERIALE Ph. Hisp. vid. Empl. imperiale. (p. 329)

EMPLASTRUM SIMPLEX vid. Empl. Diachylons implex. (p. 322)

EMPLASTRUM SIMPLEX GLUTINANS s. agglutinans vid. Emplastrum adhaesivum. (p. 308)

EMPLASTRUM SMECTICUM BATE.
Rec. Minii Libr. unam et semis, Ol. Oliv. Libr. duas, Sapon. Ven. Unc. quatuor, Cerae Unc. duas.

EMPLASTRUM SOLEARE BATE.
Rec. Sevi ovill. Unc. quatuor, Pic. naval., Resin. alb. Unc. octo, Olibani Libr. unam, Croci Unc. semis, Caryophyll., Macid. aa Unc. sex, Sem. Cumin. Unc. unam et semis, Ladani Drachm.. sex.

EMPLASTRUM SPASMICUM BATE.
Rec. Picis naval. Unc. quatuor, Castor., Ol. Costi āā Unc. unam.

EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.
Wallrathpflaſter.
MYNSICHTIUS vult: Cerae alb. Unc. quatuor, Spermat. Ceti Unc. duas, Galbani (Aceto solvendi) Unc. unam. Hanc formulam immutatam secuta sunt Disp. August., Brand., Hamb., Palat., Prag., Ratisb. Differt Disp. Vienn. *addita Unc. dimidia* Ol. Amygdal. dulc., Disp. Argent. *addita* Terebinth. Ven. Unc. semis. — Ph. Wirt. Rec. Cerae alb. Unc. quatuor, Spermat. Ceti Unc. duas, Ol. Amygdalar., Galbani āā Unc. semis, Terebinth. Ven. Unc. unam. — Ph. Saxon. (Ceratum album) Cerae alb., Sevi āā Unc. unam, Spermat. Ceti Unc. semis. — SPIELMANN: Cerae alb. Unc. quatuor, Spermat. Ceti Unc. duas, Terebinth. Ven., Galbani āā Unc. Unc. unam, Ol. Amygdal. Unc. semis. — VAN MONS: Rec. Spermat. Ceti, Cerae alb., Ol. Amygdal. dulc. āā.

EMPLASTRUM DE SPERMATE RANARUM. Froſchlaichpflaſter.
Disp. Augustan., Palat., Prag., Ratisb. Rec. Spermat. Ranarum (Froſchlaich) depur., Ol. Olivar. āā Libr. tres, Ceruss. Libr. quatuor et semis, Cerae Libr. unam, Alumin. crud. Unc. quatuor, Terebinth. Drachm. duas, Camphor. Unc. unam. — Ph. Wirt. Rec. Ol. Spermat. Rosar. (coct. ex part. aequal. Sperm. Ranar. et Ol. Olivar. ad humidi consumtionem) Ceruss. āā Libr. quinque, coque Emplastrum non adustum, addendo Aceti destillati Guttulas, Alumin. crud. Unc. quinque, Camphor., Spir. Vini solvendae Unc. unam. — Disp. Argent. Rec. Ol. Spermat. Ranar. Libr. tres, Ceruss. Libr. quatuor et semis, Cerae Libr. unam, Alumin. Crud. Unc. quatuor, Camphor. Unc. unam. — Disp. Vienn. Ol. Spermat. Ranar., Ceruss. āā Libr. tres, Camphor. Unc. unam. — SPIELMANN: Rec. Ol. Spermat. Ranar. Libr. quinque, Ceruss. Libr. unam et semis, Alumin. crud. Unc. sex, Camphor. Unc. duas. (Cerussam cum Oleo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0365-9

coque ad modum Emplastri Albi cocti, tum adde Ceram et Terebinthinam, denique semirefrigeratis Camphoram. Merito exolevit.)

EMPLASTRUM SPINALE Fuller.

Rec. Empl. Diapalm. Unc. semis, — Oxycroc. Drachm. duas, Ol. Succin. Gutt. duodecim.

EMPLASTRUM SPLENETICUM Fuller.

Rec. Empl. de Cumin., — Melilot., — Tacamah. āā Drachm. duas, — de Cicuta cum Ammon., Bals. Indic. Drachm. unam — vel: Empl. de Cumino Drachm. tres, — Oxycroc., — de Tacamah. āā Drachm. unam et semis, Ol. Sassafr. Gutt. tres.

EMPLASTRUM SPLENETICUM.

Ph. Wirt. Rec. Hb. Cicutae, — Ebuli āā Unc. duas, Fol. Nicotian, Flor. Genist. āā Unc. unam, macera per biduum cum Aceti Vini Libr. una et exprime, in colatura solve Ammoniaci Libr. unam, *cola, evapora ad mellis consist., et adde Cerae flav.* Libr. semis, Resin. alb., Terebinth., Ol. Capparid. āā Unc. duas. — Disp. Hamb., Prag. Rec. Ammoniaci Unc. unam, Succ. Tabaci Unc. semis, Succ. Ebuli, Resin. alb., Terebinth. āā Drachm. duas, Ol. Capparid. Unc. semis, Cerae Drachm. unam semis.

EMPLASTRUM STIBIATUM. Sec. Augustin.

Rec. Empl. citrin. Unc. unam, Resin. alb. Unc. semis, Terebinth. Ven. Drachm. tres, Tartar. emetic. pulv. Drachm. unam. — Niemann: suadet Empl. citrini et Tartari emetic. āā q. s.

EMPLASTRUM STICTICUM s. stypticum Crollii.

Ph. Brunsv., Palat., Wirtemb. Rec Litharg., Lap. Calamin., Minii āā Libr. semis, Ol. Lini, — Olivar. āā Libr. unam, Vitriol. alb. Unc. unam, cum pauxillo Aquae fiat Empl. non adustum, cui adjice Colophon., Cerae flav. āā Libr. unam, Terebinth. Ven., Ol. Laurin. āā Libr. semis; mixtis adde Ammoniaci, Galbani, Bdell., Myrrh., Aloës, Mumiae, Aristoloch. long., Sang. Dracon., Lap. Haematit. āā Unc. unam. — Codices quidam (Prag., Hamb., Ratisb. cet.) Camphorae addunt Unc. unam. (Formula, merito obsoleta, accedit ad Empl. defensivum rubrum; discrepantiam formularum in codicibus veteribus temere consarcinatarum perstringere nil attinet.)

EMPLASTRUM STICTICUM s. stypticum HAMBURGENSIUM.

Rec. Picis naval., Resin. alb., Sevi āā Unc. sex, Cerae flav. Unc. novem, Terebinth. Unc. octo.

EMPLASTRUM STICTICUM s. stypticum Paracelsi.

Rec. Ammoniaci, Bdell. āā Unc. duas, Galban., Myrrh., Oliban., Opopanac., Rad. Aristol. long. et rot., — Dictamni alb., Magnetis āā Unc. unam, Ol. Hyper. Libr. duas, — Laurin. Unc. duas, Litharg. Libr. unam et semis, Terebinth. Unc. quatuor.

EMPLASTRUM STIMULANS v. Emplastrum piperitum. (p. 339)

EMPLASTRUM STIMULANS ET RUBEFACIENS.

Rec. Sapon. Unc. unam, Empl. Diachyl. s. Drachm. duas, Sal. Ammon. Drachm. semis.

EMPLASTRUM STOMACHICUM.

Hoc nomine variae Emplastorum formulae intelliguntur. Praesertim Emplastrum aromaticum (p. 314) ita denominatur, tum quoque Emplastrum de Ladano (p. 330), de Crusta Panis (p. 320), de Styrace, et de Tamahacaca, haec duo suo loco reperiunda: Praeterea formulae quaedam extant, nulli earum, quas innuimus, consociandae. — Swediaur: Rec. Theriacae Androm. Unc. unam ad duas, Ol. Nucist. Drachm. duas. — Hoffmanni: Rec. Empl. de Crusta Panis, — Oxycroc. āā Unc. semis, Ol. Menth., — Caryophyll. āā Gutt. quindecim, Balsam. Indic. nigr., Ol. Nucist. āā Drachm. semis. — Henry et Guib.: Rec. Cerae flav. Unc. tres, Terebinth., Tacamahac. āā Unc. duas, Ladani, Mastich., Bals. Tolut. āā Unc. semis, Benzoës, Caryophyll., Nuc. Moschat. āā Drachm. duas, Opii Drachm. unam, Ol. Menth., — Juniperi, — Absinth. āā Gutt. sex. — Sundelin: Rec. Empl. Citrini Unc. semis, Electuar. Theriac. Unc. unam, Ol. Menth. crisp. aeth. Gutt. quindecim. — Vogt: Rec. Cerae flav. Unc. unam et semis, Ol. Nuc. Moschat., Ol. Laurin. expr. āā Unc. semis, Pulv. coct. Cinnamom. Drachm. duas, Ol. Menth. crisp. aeth. Drachm. unam.

EMPLASTRUM STOMACHICUM Brückner.

Rec. Galbani, Elemi āā Unc. semis, Cerae flav., Terebinth. Ven. āā Drachm. duas, Castor. Sibir. Scrup. duos, Ol. Chamom. aeth. Gutt. viginti.

EMPLASTRUM STOMACHICUM Burrhi Ph. Augustan. et Ratisb.

Rec. Cerae flav. Unc. octo, Tacamahac. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam, Balsam. Indic. nigr., Ol. Menth. āā Drachm. duas, — Caryophyll. Drachm. unam.

EMPLASTRUM STOMACHICUM COMPOSITUM Fuller.

Rec. Empl. stomach. magistr. Unc. semis, Tacamah. Drachm. duas, Bals. Tolut. pulv. Drach. unam, Sang. Dracon., Bals. Indic. nigr. Drachm. semis, Ol. Nucist., — Caryophyll. āā Gutt. duas, Ol. Anisi Gutt. unam; vel expeditius: Tacamahac. Drachm. septem, Hb. Menth., Fruct. Granat. Drachm. semis, Ol. Caryophyll., — Nucist., — Anisi, — Succini āā Gutt. duas.

EMPLASTRUM STOMACHICUM HAMBURGENSIUM Disp. Hamb. vet.

Rec. Ladani, Mastich., Oliban. āā Unc. duas, Nuc. Moschat., Calam. arom., Caryophyll., Macidis, Piperis long., Hb. Menth. āā Unc. unam, Cerae Unc. triginta duas, Resinae alb. Unc. sedecim, Ol. Mastich. Unc. sex.

EMPLASTRUM STOMACHICUM Jungkenii Disp. Brunsv.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0366-5

Rec. Tacamah. Unc. unam, Mastich., Styrac. Calamit. āā Unc. semis, Macid., Nuc. Moschat., Caryophyll. āā Drachm. unam, Balsam. Indic. nigr. Drachm. duas, Ol. Carvi, — Menth. āā Gutt. viginti, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. comm. Unc. duas.

EMPLASTRUM STOMACHICUM MAGISTRALE.

Rec. Hb. Menth., — Absinth., — Stoechad. Arab., Fol. Lauri āā Drachm. unam, Hb. Majoran., Rosar. rubr., Lign. Santal. Citr. āā Drachm. duas, Calam. arom., Lign. Aloës, Flor. Lavend., Nuc. Moschat., Cubeb., Rad. Galangae, Piperis longi, Macidis āā Drachm. unam, Mastich. Drachm. tres, Caryophyll. Drachm. duas et semis, Ol. Menth. Unc. unam semis, — Nardini Unc. unam, — Spicae Drachm. unam, Resin. alb., Cerae āā Unc. quatuor, Ladani Unc. tres, Styrac. colat. Unc. semis. (Operae pretium non est Codicum veterum discrepantiam perlustrare)

EMPLASTRUM STRUMALE s. ad strumam, s. antistrumale. Kropfpflaſter.

Batei: Rec. Empl. de Cicut. c. Ammon. Unc. quatuor, Elemi Unc. semis, Mercur. praecip. rubr. Drachm. decem; dictum Bezae: Galbani (Aceto solvendi) Unc. duas, Pic. naval. Unc. semis, Rad. Scrophular. Drachm. quinque, Salis Ammon. Drachm. unam et semis, Pulv. strumal. Drachm. duas, Empl. Diachyl. comp. Unc. unam. — Disp. Vienn. Flores Sal. Ammoniac. martiales sumit, et addit Magnet. Arsenicalis Unc. semis. Denique: Rec. Tartari emetic. Gran. decem, Calomel. Drachm. unam, Empl. Saponati Unc. semis.

EMPLASTRUM STYPTICUM vid. Emplastrum sticticum. (p. 344) Affinia sunt Empl. roborans et defensiv. rubrum.

EMPLASTRUM STYRACIS STOMACHICUM sive de Styrace. Storarpflaſter. Ph, Matrit. Hisp.

Rec. Cerae flav. Libr. duas et semis, Terebinth. Libr. tres, Tacamah. Libr. duas et semis, Styrac., Mastich. āā Unc. quatuor et semis, Ladani, Benzoës, Caryophyllor., Nuc. Moschat. āā Unc. duas et Drachm. duas, Ol. Menth., — Absinth. aeth. āā Drachm. duas (Olea aetherea massae semirefrigeratae sub finem adduntur)

EMPLASTRUM SUBCARBONATIS PLUMBI vid. Emplastrum album coctum. (p. 309)

EMPLASTRUM SULPHURATUM compluribus formulis inhaeret, scilicet Empl. nigro Bechholzii (p. 336), Empl. Diasulphuris Rulandi (p. 324), et Guillermi Servitoris (p. 328). Emplastrum sulphuratum pro Vino Ph. Prag. mixtio est satis inepta atque incerta.

EMPLASTRUM SUPPEDALE Fuller.

Rec. Empl. Cephalic. Drachm. tres, Pic. naval. Drachm. duas, Euphorb. Scrup. duos, Camphor., Ol. Succin. āā Scrup unum.

EMPLASTRUM SUPPEDALE MIXTIUS Boerhavii.

Rec. Empl. Melilot., Galbani, Sagapeni āā Unc. unam.

EMPLASTRUM SUPPURANS Disp. Fuld.

Rec. Empl. de Ammoniaco Unc. tres, Pulv. Rad. Bryoniae Unc. unam, Ol. Olivar. rancid. Drachm. sex, coctis ad Empl. consistent. addantur Camphor. (Spir. Vin. solvendae) Drachm. duae.

EMPLASTRUM TABACI vid. Empl. de Nicotiana. (p. 336)

EMPLASTRUM DE TACAMAHACA s. tacamahacinum, s. stomachicum de Tacamahaca.

Disp. Vienn Rec. Tacamah. Unc. sex, Mastich. Unc. duas, Styrac. Calam. Unc. unam, Ol. Mastichin. Unc. unam et semis, Cerae flav. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam. — Disp. Brand. Rec. Mastich., Anime, Sandarac., Succin. āā Drachm. tres, Tacamah. Unc. unam, Cerae Unc tres, Ol. Mastichin. Drachm. tres, Terebinth. Drachm. duas. — Ph. Wirt. Rec. Cerae flav. Unc. octo, Tacamah. Unc. quatuor, Terebinth. Unc. unam, Bals. Indic. nigr., Ol. Menth. Drachm. duas, — Caryophyll. Drachm. unam. — Ph. Sard. Rec. Tacamah. Unc. tres, Gummi Carann. Drachm. sex, Balsam. Indic. nigr., Terebinth. āā Unc. unam et semis. — Augustin: suadet Galbani, Tacamah., Cerae, Asae foetid., Cumini, Terebinth. singulor. par Pondus sumi. — Disp. Brunsv. Rec Tacamah. Unc. unam, Mastich., Styrac. Calam. āā Unc. unam et semis, Macid., Nuc. Moschat., Caryophyll. āā Drachm. unam, Balsam. Indic. nigr. Drachm. duas, Ol. Carvi, — Menth. āā Gutt. viginti, Cerae Unc. quatuor, Terebinth. Unc. duas. — Ph. Saxon. vid. Empl. aromaticum. (Accedunt haec formulae Empl. aromatico, stomachico, de Crusta Panis cet.)

EMPLASTRUM TARTARI EMETICI D^rs. Lespinasse.

Rec. Empl. adhaesiv. (Ph. Bor. ed. 3) Unc. unam, Resin. alb. Unc. semis, Terebinth. Ven. Drachm. tres, liquefactis lene igne admisce Tartari emetici pulv. Drachm. unam et semis.

EMPLASTRUM AD TEMPORA.

Disp. Brunsv. Rec. Anime, Carann., Elemi, Mastich., Stor. Calam., Succin. āā Drachm. duas, Terebinth. Drachm. tres, Opii, Balsam. Indic. nigr. āā Drachm. unam, Ol. Caryophyll., — Succin. āā Gutt. tres. — Fuller: Rec. Carannae Drachm. unam, extende supra alutam, et adde in medio Opii Gran. duo, Ol. Succin. Gutt. quatuor.

EMPLASTRUM DE THEA Disp. Prag. mixtio quisquiliarum oblivioni tradenda.

EMPLASTRUM THURIS Ph. Dubl.

Rec. Empl. Diachyl. simpl. Libr. duas, Resin. alb. (Thuris) Unc. sex, Croc. Mart. adstring. Unc. tres.

EMPLASTRUM THURIS COMPOSITUM Fuller.

Rec. Oliban. Drachm. duas, Tacamahac.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0367-1

Drachm. unam, Croci Scrup. semis, Terebinth. Ven. q. s. — Coxe: Rec. Picis Burgund. Unc. sex, Sang. Dracon. Unc. tres, Empl. Litharg. simpl. Libr. tres.

EMPLASTRUM TONSORIS sec. Trillerum. Rec. Picis Libr. duas, Cerae Libr. unam, Resin. alb. Libr. semis, Farin. Foenugraeci, Pulv. Rad. Bryoniae āā Unc. quatuor, Sem. Cumini Unc. tres.

EMPLASTRUM AD TORMINA VENTRIS v. Emplastrum ad Colicam. (p. 319)

EMPLASTRUM AD TOPHOS Disp. Prag. Rec. Pic. naval., Colophon. āā Unc. tres, Mucilag. Rad. Althaeae Unc. duas et semis, Galbani, Ammon., Mastich., Myrrh., Oliban. āā Unc. unam et semis, Cerae virgin., Visci querni, Rad. Aristol. rotund., Aerug., Cerae flav., Terebinth. āā Unc. tres.

EMPLASTRUM TRIAPHARMACUM

*α*) cum Camphora, accedit ad Empl. Noricum. — Disp. Vienn., Wirt. Rec. Minii, Aceti Vini āā Libr. unam, Ol. Rosar. coct. (vel Olivar.) Libr. duas, fiat l. a. Emplastrum adustum coloris intense fusci, cui semirefrigerato adde Camphor. Unc. unam et semis. — *β*) Sine Camphora, accedit ad Empl. Matris. Disp. Argent., Brandenb., Hamb., Prag. Rec. Litharg., Acet. Vini, Ol. Oliv. singul. par Pondus, fiat l. a. Empl. adustum. (Nomen habet a tribus ingredientibus; auctiore calore Acetum avolat et Empl. Matris eo fit, quare supervacaneum.)

EMPLASTRUM TRIFOLII MELILOTI vid. Empl. Meliloti. (p. 333)

EMPLASTRUM TROCHISCATUM.

Rec. Lapid. Calamin. Unc. unam, Litharg. Unc. duas, Resin. alb., Mastich. āā Unc. semis, Myrrh. Drachm. sex, Tutiae ppt. Unc. semis, Cerae flav. Unc. tres, Sevi Unc. quatuor, Terebinth. Ven. Unc. unam et semis, Camphor. Drachm. unam et semis.

EMPLASTRUM CONTRA TUSSIM FERINAM Goelis. Pflaſter gegen Keuchhuſten.

Rec. Theriacae, Pulv. Rad. Belladonn., Laudan. liquid. Sydenham. āā Scrup. unum, Gumm. Arabic. Drachm. tres.

EMPLASTRUM AD ULCERA ANTIQUA Disp. Vienn.

Rec. Ol. Lini Libr. quinque, — Olivar. Libr. unam, Minii Libr. tres, coctis ad Empl. consistentiam adde Cerae flav. Libr. duas, Pulv. Rad. Ireos Unc. sex, Olibani, Mastich. āā Unc. tres, Camphor. Unc. unam et semis.

EMPLASTRUM UNIVERSALE Waltheri sec. Dulk.

Rec. Empl. Matris Libr. unam, Alumin. ust., Succin. āā Drachm. tres.

EMPLASTRUM CONTRA VERMES Ph. Wirt.

Rec. Aloës, Trochisc. Alhandal, Rad. Asari, Hb. Tanacet., — Sabin., — Absinth., Myrrh. āā Drachm. tres, Fell. Tauri recent. Unc. tres, coque ad pultis consist., et adde Cerae flav. Unc. tres, Ol. Absinth. coct., Terebinth. Ven. āā Drachm. sex, Ol. aeth. Sabin., — Petrae āā Drachm. unam.

EMPLASTRUM VERMIFUGUM Bate.

Rec. Aloës Unc. unam, Colophon, Myrrh. āā Unc. tres, Hb. Sabin., — Rutae, — Absinth., — Tanacet., Fol. Jugland., Rad. Bryon. āā Drachm. duas, Cerae, Resin. āā Unc. quatuor, Ol. Rutae Unc. duas.

EMPLASTRUM AD VERRUCAS v. Empl. ad Clavos Pedum. (p. 319)

EMPLASTRUM VESICATORIUM CAMPHORATUM v. voce Empl. vesicatorium ordinarium formulas quae Camphoram praecipiunt, e. gr. Ph. Wirt., Palat., Brand., Fuld.

EMPLASTRUM VESICATORIUM COMPOSITUM s. Empl. Cantharidum compositum, Unguentum ad fonticulos Bergii, s. epispasticum viride, s. Meloes vesicatorii compositum Ph. Dubl., s. Adeps cantharidibus medicatus Ph. Gall. 1818. Zuſammengeſetztes Spaniſchfliegenpflaſter.

Mixtiones quaedam, merito obsoletae, denominantur a Cantharidibus aliisve corporibus irritantibus conflatae; e. g. — Van Mons (Empl. vesic. comp. Edinburgensium) Rec. Piper. nigr., Sem. Sinap. āā Unc. unam, Aerugin. Unc. duas, Cerae flav. Unc. quatuor, Cantharid., Pic. Burgund. āā Libr. unam, Terebinth. Unc. duodeviginti. — Ph. Gall. 1818. Rec. Pulv. Cantharid. Unc. duas, Ung. populei Libr. quatuor et semis, Cerae alb. Unc. octo, Aerugin., Extr. Opii āā Drachm. sex. Ratio Cantharidum 1:32 (vid. Unguent. Cantharid.) — Disp. Brand. Rec. Fermenti Panis acerrimi Unc. duas, Aceti scillitici Drachm. duas, Pulp. Scillae Unc. semis, Cantharid., Spir. Vin. humectandarum, Drachm. semis, Mastich., Myrrh. āā Drachm. unam et semis antea solutas Terebinth. et Cerae āā Unc. una et semis.

## EMPLASTRUM VESICATORIUM EXTEMPORANEUM.

Ph. Ferrar. Rec. Cerae flav. Unc. quatuor, Colophon., Terebinth. āā Unc. duas, Sevi Unc. unam; ante applicationem pulvere Cantharidum consternitur. — Parmentier farinam frumenti aceto humectatam supra linteum vel alutam extendi et pulvere Cantharidum adspergi suadet. Exsiccatione in cute molestum fit; non firmiter cuti adhaeret, sed fascia, vel laciniis Empl. adhaesivo illitis, affigendum est.

EMPLASTRUM VESICATORIUM FLAVUM vid. Empl. vesicat. ordinarium, ad modum Bernhardi.

EMPLASTRUM VESICATORIUM FORTIUS.

Ph. anticholer. Rec. Empl. vesicator. ordinar. Unc. unam, Pulv. Cantharid. Drachm. unam ad duas, Ol. Lini q. s. — Dr. Ammon: Rec. Ung. Basilic nigr. Drachm. duas,

Pulv. Cantharid., Butyr. Antimon. ā̄a Drachm. semis.

EMPLASTRUM VESICATORIUM MONSPELIACUM s. de Mejean. Sec. Bories, Pierquin. Rec. Sem. Sinap., Euphorb., Piper. long. ā̄a Drachm. sex, Sem. Staphisagriae, Rad. Pyrethri ā̄a Unc. unam, Ammoniaci, Galbani, Bdellii, Sagapeni ā̄a Unc. semis, Cantharid. Unc. duas cum dimidia, Picis Burgund., Resinae Pini, Cerae flav. ā̄a Unc. tres, Terebinth. q. s.

## EMPLASTRUM VESICATORIUM ORDINARIUM. Spaniſch Fliegenpflaſter. *Emplâtre de Cantharides.*

*Synon :* Emplastrum Cantharidum, s. Cantharidum ordinarium, s. Cantharidum cereum Ph. Austr., s. Lyttae Ph. Lond., Meloes vesicatorii Ph. Edinb., s. e Cantharidibus vesicans, s. epispasticum cum duplici dosi Cantharidum, Ceratum Cantharides Ph. Amer. Zugpflaſter. Blaſenflaſter. *Emplâtre epispastique.*

Rec. *Cerae flavae,*
*Colophonii,*
Sevi ovilli ā̄a Unciam unam,
leni calore liquefactis et adhuc calidis probe immisce
Pulveris Cantharidum grossiusculi Unciam unam,
et per aliquot tempus leni calore fove.

Intime *mixta in* magdaleones formentur.

*Vis :* irritans, rubefaciens, vesicans, excorians, derivans; stranguriam facile excitat, cui Camphora subvenitur.

Sit Emplastrum molliusculum virescenti-cinereum, particulis Cantharidum conspicuis, aequabiliter immixtis punctatum; striae coloris pallidioris incuriam laborantis arguentes non conspiciantur; non nimis cuti adhaereat.

*Usus :* ad derivandam irritationem partium internarum, ad resolvendos tumores frigidos, ad fonticulos formandos. Fonticulorum cessantium effluvium globulis hujus emplastri in fossiculas immissis cito excitatur; prodest in febribus nervosis, rheumaticis, affectionibus arthriticis, in doloribus rheumaticis oculorum, aurium, cet.

In eligenda sive concinnanda hujus Emplastri formula multorum ratio habenda fuit, ne nimis etenim a Codicum formulis dissentiamus, neve aliorum auctoritati temere nimium tribuendo, rei ipsius, quod interesset, negligamus.

Respuendae erant formulae quae Oxydum Plumbi, sive Emplastrum Diachylon continerent, experientia enim docente, Cantharidum indolem vesicantem Plumbi reactione summopere infringi. Inter ceteras non paucae formulae nimia Resinae, Terebinthinae, et Axungiae copia scatentes consistentiam efficiunt unguinosam, adhaesivam, ita ut Emplastrum sine summo dolore et vesicae eductae ruptura abstrahi nequeat. Terebinthinam hac ratione omisimus. Cum Oleo Olivarum paratum mucedinem facile attrahit. Cantharidum rationem, ut totius quartam partem efficiant, intactam recepimus. Numeris ubique indicavimus, *quantam totius partem Cantharides impleant. Virtutem formulae praeceptae attingit formula* Ph. Bavar., Bor., Hamb., Hass., Slesv.-Hols. Rec. Cerae Libr. unam, Terebinth., Ol. Olivar. ā̄a Unc. tres, Pulv. Cantharid. Unc. sex. Ph. Polon. Axungiam pro Oleo Olivar. recipit, cet. par (1 : 4). Ph. Dan., Fenn., Suec. Cerae Unc. decem, cet. par. cum Bor. (1 : 3⅔); Disp. Lipp. praeterea Cantharid. Unc. octo, cet. par. cum Bor. (1 : 3). Ph. Ross. Rec. Cerae Libr. unam, Terebinth., Cantharid. ā̄a Unc. quatuor, Camphorae Drachm. tres (1 : 5). — Ph. Ferrar. Cerae, Terebinth. ā̄a Unc. sex, Colophon. Unc. quatuor, Cantharid Libr. unam (1 : 2½). Ph. Parm. Rec. Cerae, Colophon., Terebinth. ā̄a Unc. quatuor, Ol. Olivar. Unc. unam, Cantharid. Unc. octo (1 : 2½). — Ph. Sard. Rec. Cerae, Colophon., Terebinth. ā̄a Unc. unam et semis, Cantharid. Unc. duas (1 : 3¼). — Ph. Dan. (1772) Rec. Cerae Unc. octo, Euphorbii Unc. unam, Terebinth. Unc. unam et semis, Ol. Olivar. Unc. tres et semis, Cantharid. Unc. sex (1 : 3⅓). — Ph. Austr. Rec. Cerae Unc. octo, Axung., Terebinth. ā̄a Unc. duas, Cantharid. Unc. sex (1 : 3). — Ph. Amer. Rec. Resin. alb., Cerae flav., Ol. Olivar. ā̄a Unc. octo, Cantharid. Libr. unam (1 : 3). — Ph. Batav., Belg., Amstel. Rec. Cerae flav. Unc. octo, Colophon., Resin. alb. ā̄a Unc. quatuor, Axung. Unc. tres, Cantharid. Unc. octo (1 : 3½). — Ph. Edinb. duas praecipit formulas, ejusdem propemodum indolis: alteram partes aequales Cerae, Sevi, Resinae et Cantharidum sistentem, nostrae persimilem; alteram, dictam Empl. vesicator. compositum, quae vult Tere-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0369-5
DFG

binth. Venet. Libr. unam et semis, Resin. alb., Cantharid. $\overline{aa}$ Libr. unam, Cerae Unc. quatuor (1 ; 3½). — Ph. Gall. (1837) Rec. Resinae, Axung., Cerae, Cantharid. $\overline{aa}$ par Pondus (1 : 4); Ph. Gall. (1818) duas habet formulas; Empl. solidius, tenacius: Resin. alb. Unc. octo, Terebinth. Unc. duas et semis, Cerae flav. Unc. sex, Cantharid. Unc. quatuor (1 : 5); Empl. mollius, (vesicans anglicum dictum) Rec. Empl. Citrin., Axung., Cantharid. $\overline{aa}$ Partes aequales (1 : 3). — Ph. Lond. Rec. Empl. Citrin. Libr. unam et semis, Axung., Cantharid $\overline{aa}$ Libr. unam (1 : 3½). — Ph. Saxon. Rec. Empl. Citrin. Unc. tres, Cantharid. Unc. unam (1 : 4). — Ph. Dublin. Rec. Cerae, Axung. $\overline{aa}$ Libr. unam, Resin. alb. Unc. quatuor, Cantharid. Libr. unam (1 : 3⅓). Ph. Hispan. Rec. Cerae, Colophon., Terebinth. $\overline{aa}$ Unc. duas, Euphorbii Unc. unam, Cantharid. Unc. tres (1 : 3⅓). — Ph. Lusit. Rec. Cerae flav. Libr. duas, Axung. Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. octo, Cantharid. Libr. unam et semis (1 : 4). — SOUBEIRAN: Rec. Resin. alb. Libr. unam, Terebinth. Unc. quatuor, Cerae flav. Unc. novem, Cantharid. Unc. sex (1 : 5); ejusdem dictam Anglicum: Rec. Cerae Unc. tres, Sevi Unc. decem, Resin. alb. Unc. unam, Cantharid. Unc. septem (1 : 4½). Disp. Fuld. Rec. Empl. Meliloti Unc. duas, Cantharid. Drachm. sex, Camphor. Drachm. semis (1 : 2⅔). — Ph. Wirt., Palat. Rec. Cerae Unc decem, Terebinth. Ven., Ol. Olivar. $\overline{aa}$ Unc. duas et semis, Cantharid. Unc. quatuor, Camphor. Drachm. tres (1 : 5). — Disp. Brand. Rec. Cerae, Resin. alb., Terebinth $\overline{aa}$ Unc. unam, Cantharid. Unc. duas (1 : 2½). — Ph. Genev. Rec. Cerae flav., Pic. Burgund. $\overline{aa}$ Unc. duas, Terebinth. Unc. unam, Mastich. Drachm. duas, Cantharid. Unc. duas (1 : 3½). — Disp. Brunsv. Rec. Elemi, Mastich., Tacamahac. $\overline{aa}$ Unc. semis, Styrac. liq. Drachm. tres, Cantharid. Drachm. duas et semis. — Ph. de CHARAS: Rec. Resin. alb., Cerae flav., Terebinth. $\overline{aa}$ Unc. quatuor, Cantharidum Unc. octo, Myrrh., Mastich. $\overline{aa}$ Unc. unam (1 : 2¾). Veteres Codices plerumque addunt Resinas balsamicas, rationem quoque servant 1 : 4; e. gr. — Disp. August., Prag., Ratisb. Rec. Cantharid. Drachm. duas, Terebinth. Drachm. unam, Olibani, Myrrh., Mastich., Camphor. $\overline{aa}$ Gran. quindecim, Ol. Rosar. coct. Drachm. unam, Cerae flav. Drachm. tres (1 : 4). Scriptorum de re medica discentum hic examinare non attinet, quorum formulae merito derelictae sunt. SWEDIAUR, FERRARINI, TADDEI rationem 1 : 2½ adhibent; PIERQUIN, CADET 1 : 4. Superest denique methodos referre, quae non pulverem Cantharidum, sed materias efficaces extractione elicitos Emplastris addunt. Ad modum COLDEFY-DORLY: Rec. Pulv. Cantharidum Unc. quatuor, humecta sufficiente quantitate Naphthae Aceti, et macera per aliquot tempus. In vase idoneo Naphtha, Cantharidino gravida, alia ejusdem liquidi copia infusa depellatur, ita ut, quae nunc Cantharidibus inhaereat, Aqua infusa extricetur. Liquores aethereos in balneo aquae destillatione elice, et residuum ad extracti mollioris spissitudinem redige, quod bene immisce miscellae liquefactae ex Cerae flav., Resin. alb. $\overline{aa}$ Libr. una, Colophon. Unc. novem. (Naphtha Vitrioli ad eundem usum minus aptum esse videtur, Cantharidinum scilicet difficilius solvens). — Ad modum BERNHARDI, Pharmacopolae: Rec. Cantharid. Unc. quatuor, infunde Aquae fervidae Unc. viginti, colaturam leni calore ad syrupi spissitudinem evapora, adde miscellam liquefactam ex Cerae flav. Unc. quatuor, Resin. Pini Unc. una, Ol. Olivar., Terebinth. $\overline{aa}$ Unc. una; leni calore ad humiditatis evaporationem fove. In fundo vasis materia extractiva, aqua solubilis, Cantharidino, quod Emplastro suscipitur, libera, separatur. (Emplastrum citrinum est, diaphanum, Cantharides valde redolet, vi vesicante forti praeditum esse laudatur; nimis cuti adhaeret, quare abductum dolores ciet.) MARTIUS hanc quoque methodum laudibus effert; Extracto Cantharidini addit Spiritus Vini Drachm. duas, mucedinem Emplastri evitaturus.

## EMPLASTRUM VESICATORIUM PERPETUUM JANINI. Anhaltendes Blaſenpflaſter. *Emplâtre vesicatoire Anglais.*

*Synon.:* Emplastrum Cantharidum perpetuum Ph. Bor. cet., s. Meloes compositum Ph. Wirt., s. Cantharidum cum Euphorbio Ph. Suec., s. calefaciens Ph. Dubl., s. Euphorbii Ph. Austr. Engliſches Zugpflaſter; ewiges Pflaſter.

Rec. Terebinthinae communis,
Pulveris Masticхes $\overline{aa}$ *Uncias* tres,
leni calore liquatis immisce
Pulveris Cantharidum Unciam unam,
— Euphorbii Unciam semis.

*Vis:* irritans, rubefaciens, derivans, lentior sed magis perdurans quam Emplastri vesicatorii ordinarii.

Sit emplastrum fuscum, frigidum durum, fragile, fractura splendida, maculis griseis et micis Cantharidum aequabiliter immixtis punctatum; calore emollitum in alutam extendi potest.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0370-6

*Usus:* in affectionibus inflammatoriis et rheumaticis chronicis.

Cum formula nostra, ex edit. 3 Ph. Boruss. desumta, congruunt Ph. Bavar., Fuld., Hamb., Oldenb., Saxon. — Pro Mastiche Ph. Polon. Resinam Pini suadet. — Ph. Hass. et Slesv.-Holsat. Cantharidum Drachm. decem, Dan., Suec. et SWEDIAUR Drachm. sex, cet. par. praecipiunt. — Ph. Wirt. Rec. Terebinth., Mastich. āā Unc. quatuor, Cantharid. Unc. unam et semis (Ph. Austr. Unc. duas, cet. par. c. Wirt.), Euphorb. Unc. unam. — Ph. Amer. Rec. Empl. vesicat. ordin. (Ph. Amer.) Unc. unam, Resinae albae Unc. septem. — Ph. Dubl. eodem modo praecipit de suo Empl. vesicator. ordinario parari. A ceteris multum differt Ph. Boruss. ed. 5, et Euphorbio omisso, ponderum ratione et consistentia: Rec. Cerae Unc. unam, Resinae alb. Drachm. tres, Sevi, Terebinth āā Drachm. duas, Cantharid. Drachm. unam. — CADET (Vesicatorium LE COMTE) Cerae Libr. unam, Terebinth., Cantharid. āā Unc. sex, Euphorb. Drachm. sex. (Potius Empl. ordinario adnumerandum). In concinnanda Emplastri perpetui formula minoris momenti est Cantharidum ponderis ratio, quam massae durities atque natura. Materia unguinosa et molli principium vesicans, corporis calore adjuvante, facile dissolvitur, cutique admovetur, ita ut denique vesica exsurgat, quod, ne fiat, mole duriori et resinosa efficitur. Mastichen ergo, quamquam ea Emplastrum difficilius tractatur, non expungendam censemus. Ponderis ratio Cantharidum pluribus est 1:7½, Ph. Danic., Suec. 1:9⅔; Austr. 1:5½; Amer. 1:24; Boruss. 5 ed. 1:16; Dubl. 1:27.

EMPLASTRUM VIGONIS sine et cum Mercurio vid. Emplastrum de Ranis sine et cum Mercurio. (p. 340)

EMPLASTRUM VIRIDE Disp. Argent., Prag., Ratisb.

Rec. Cerae flav., Resin. alb., Terebinth. āā Unc. quatuor, Oliban., Mastich., Aerugin. āā Unc. tres. (vid. quoque Empl. defensivum viride [p. 321] et de Scrophularia. [p. 343])

EMPLASTRUM VOLATILE SAUNDER.

Rec. Sal. Alcali volat. sicc. Drachm. unam, Camphor. Drachm. duas, Terebinth. Ven. q. s.

EMPLASTRUM ZINCI. Zinkpflaſter. *Emplâtre de Zinci*, ex Zinco oxydato albo et Oleo Olivarum coquendo et interdum addendo pauxillum Aquae coquitur ad modum Empl. albi cocti. Praecipitatione quoque parari posse, liquet, mutua decompositione Solutionum Zinci sulphurici et Saponis Veneti.

EMPLASTRUM ZINCICO-PLUMBICUM v. Empl. Diapompholygos. (p. 324)

**EMULSIO;** Samenmilch, Emulſion; *Emulsion.* Ab emulgendo dicitur, quoniam est medicamentum liquidum lactis instar quasi emulsum e seminibus et fructuum nucleis contusis, cum liquore idoneo praeparatum. In emulsione tria praesertim consideranda sunt; materia, ex qua contusa lac elicitur, liquor cum quo emulgetur, et quae in lacte solvuntur. Materiae sunt fructuum nuclei ut Amygdala, nuclei pineae, pistaciae, persicorum, semina plantarum, uti frigida majora et minora, Cucumeris, Melonum, Papaveris, Cannabis cet. Liquor ad parandum lac vel Aqua communis et destillata simplex aut odorata, vel Decoctum Hordei, Liquiritiae, Cornu Cervi, Passularum, cet. Solvenda sunt Saccharum, vel Salia, ut Nitrum, Tartarus tartarisatus, cet., quae medicus apta putat. — Parantur emulsiones e gummi-resinis assidua trituratione cum pauxillo Aquae primum, tum addendo majorem Aquae simpl. vel destillatae odoratae vim. Gummi-resinae aquae non nisi minima ex parte solvuntur, sed suspensae tenentur. — Denique Emulsiones fiunt e Mucilaginibus, Gummi Arabic., Tragacantha, Melle, Syrupis, Vitello ovorum altera ex parte, illinc ex Oleis pinguibus Amygdalarum, Olivarum, Ricini cet., vel Oleo Terebinthinae. Oleum aut Mucilagini jam paratae per vices inter agitationem instillatur, vel Oleum cum Gummi optime miscetur et Aquae justa moles additur, quam si majorem vel minorem habeas, res male succedit. Lac Seminum coctione et acidis additis, imo etiam salibus decomponitur. Temporis lapsu et aeris calore facile in deterius vergit.

Emulsiones omnes ex tempore parantur.

EMULSIO ACACIAE ARABICAE v. Emulsio arabica. (p. 351)

EMULSIO ADSTRINGENS.

BORIES: Rec. Gland. Querc. excortic., Amygdal. dulc. āā N°. 6, Infus. Verbasci Unc. sex, Syr. Heder. terrestr. Unc. unam. (Laudatur in Diabete.) — SAUNDER: Rec. Sem. Melonum Unc. tres, — Cydon. Drachm. tres, fiat Emuls. l. a., colat. Libr. unius et semis adde Boli Armen. Unc. unam, Syrup. Diacodii Unc. duas. — CADET, RICHARD: Rec. Bals. Copaiv., Syr. Bals. Tolut. āā Unc. unam, Aq. Rosar. rubr. Unc. sex, Gummi Arabic. Unc. unam, Spir. Nitr. dulc. Unc. unam.

EMULSIO ALEXIPHARMACA EXPULSIVA Disp. Vienn.

Rec. Sem. Card. Bened., — Papav. alb., — Napi, — Aquilegiae āā Drachm. unam, — Citri Scrup. unum, — Melonum Drachm. duas, Aq. Card. bened., — Scorzonerae, — Scordii āā Unc. duas, fiat l. a. Emulsio, cui adde Syr. Acetosit. Citri Unc. unam.

EMULSIO AMARA. Bittere Emulſion. Ph. Parm.

Rec. Sem. Melonum, — Citri āā Unc. semis. Aq. font. Libr. unam f. Em. l. a.

EMULSIO AMMONIACALIS VOGLERI Weilb.

Rec. Aq. Sambuc. Unc. septem, Gummi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0371-2

Ammoniaci, Nitri dep. āā Drachm. duas, Syr. Capill. Ven. Drachm. sex. Adduntur pro varietate Cremor. Tartar., vel Sal. mirab. GLAUB. Drachm. duae, vel Pulv. pectoral. VOGLER Drachm. tres, vel Oxymellis simpl. Drachm. sex.

EMULSIO AMMONIACI vid. Lac Ammoniaci et Mixturam Ammoniaci compositam.

EMULSIO AMMONII MURIATICI sec. WOLLKOPF. Salmiakemulſion. Ph. extemp.

Rec. Gummi Arab. Unc. semis, Infus. Cinnamom. Unc. octo, Sacchar. alb. Drachm. unam, Salis Ammoniaci Drachm. duas.

**EMULSIO AMYGDALARUM s. amygdalina, s. Amygdalarum dulcium. s. communis, s. Lac Amygdalae Ph. Dubl., s. Emulsum Amygdalarum Disp. Fuld., s. Mixtura Amygdalarum Ph. Lond., Amer. Mandelmilch. *Emulsion d'Amandes.***

Rec. Amygdalar. dulcium Unc. unam, Amygdalar. amarar. Drachm. unam; infunde Aquam communem tam calidam, quam manus immersae vix ferre queant, stent per aliquot tempus (horae quadrantem) donec inter digitos leviter pressae cuticulam facile amittant. Excorticatas in mortario lapideo, addita aquae Unc. una, contundendo in massam penitus pultaceam redige, cui sensim adde inter triturationem Aquae tepidae tantum, ut sit colatura, sine expressione, Libr. unius, in qua solve Sacchari albi Unc. unam. *Vis:* blande nutriens, demulcens. *Usus:* In morbis febrilibus, tussi acri cum Aquis soteriis alcalinis mixta, in statu irritato ventriculi, intestinorum, pulmonum, in diarrhoeis, cet.

Necesse est Amygdalae excorticentur, quia pellicularum principio adstringente et colore sapor lactis atque albedo detrimentum capiunt. Aquam fervidam nucleis affundere, non admiserim, quum Emulsino calore coagulato sapor et odor gratus Amygdalarum amararum excitari nequit. Potionis virtus pendet ex assiduitate laborantis in contundendis nucleis. Plures Pharmacopoeae Amygdalas amararas plane omittunt, an bene, dubito, quum et sapor et indoles levissima hydrocyanica aeque laude sunt digna.

Ph. Hann. Amydg. amar. Drachm. semis, Aq. comm. Unc. octo, cet. cum nostra formula consentit. — Ph. Hass., Saxon., Slesv.-Hols., Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. Unc. octo, Sacchar. alb. Unc. semis ad unam. — Ph. Bor. mil., Herbip. milit., Lusit., Ross. Rec. Amygd. Unc. unam; colatura Libr. una, Sacchar. alb. Unc. semis. — Disp. Fuld., cum praecedente congruit, sed colatur. Unc. decem. — Disp. Lipp. Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. commun. primum Unc. quatuor, dein denuo Unc. duas, Sacch. alb. Unc. semis. — Ph. paup. Hamb. Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. comm. Unc. decem, Sacch. alb. Unc. unam. — Ph. Gall. (1818) Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, colat Unc. sedecim, Sacch. alb. Unc. unam, Aq. Naphae Unc. semis. — Ph. Gall. (1837) Colat. Unc. triginta, Aq. Naphae omissa, cet. cum Gall (1818) congruit. — Ph. Fenn., Suec. Amygd. dulc. Unc. unam et semis, Aq. commun. Libr. unam, Sacch. alb. Drachm. tres. — Ph. Edinb. Rec. Amygd. dulc. Unc unam, Aq. comm. Libr. duas et semis — Ph. Amer., Lond. Rec. Confectionis Amygd. (p. 196) Unc. duas, Aq. comm. Unc. sedecim. — Ph. Belg. Rec. Amygd. dulc. Unc. duas, Sacch. alb. Unc. semis, Aq bullient. (cur?) Libr. unam, Aq. Naphae Drachm. duas. — Ph. Ferrar. Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, — amar. Scrup. unum, Aq. comm. Libr. unam, Sacch. albi Unc. duas. — Ph. Nosoc. Argent. Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, Aq. comm. tepidae Libr. duas, Syr. simpl. Unc. unam. — FULLER: Rec. Amygd. dulc., Sem. Cucum., — Papav. alb. āā Unc. semis, Sacch. alb. Unc. unam, Aq. Hordei Libr duas. — GRAY: Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, — amar. N°. tres, Sacch. alb. (an lapsu calami vel typothetae loco Unc. duarum) Libr. duas, Aq. destill. āā Libr. duas, Aq. Naphae Drachm. duas. — SWEDIAUR: Rec. Amygd. dulc. Unc. unam, — amar. N°. tres ad quatuor, Aq. comm. Unc. decem, Sacch. alb. Unc. semis. (Facile decomponitur Emulsio Amygdalarum, praesertim calore adjuvante; servetur dum in usu est, loco frigido, vel pannis humidis involuta. Citius paratur, vel tempore nocturno, vel in itineribus, ex Syrupo Emulsivo et Aquae sextuplo circiter pondere.

EMULSIO AMYGDALARUM AMARARUM BERGII. Paratur ex Amygdal. amarar. (aqua non nimis calida excorticatarum) Unc. una, Mellis Unc. una et semis et Aquae Libr. una. In febribus intermittentibus opem tulisse fertur.

EMULSIO AMYGDALARUM CAMPHORATA *vid. Emulsio* camphorata.

EMULSIO AMYGDALARUM COMPOSITA. Zuſammengeſetzte Mandelmilch.

Ph. Hann., Slesv.-Hols. Rec. Amygdal. dulc. Unc. semis, Sem. Hyoscyam. Drachm. unam, Aq. Amygdal. amar. dilutae Unc. octo, fiat Emulsio, colatae adde Sacch. alb. Drachm. sex, Magnes. ust. Drachm. unam. — VAN MONS: Sem. Hyoscyam., Magnes. usta āā Drachm. duas, cet. par. *Vis:* demulcens, sedans, antispastica. *Usus:* in Cardialgia et Vomituritione spectatissimus.

EMULSIO AMYGDALARUM HORDEATA vid. Emulsio arabica.

EMULSIO AMYGDALARUM CUM MANNA FERRARINI. Mandelmilch mit Manna.

Rec. Emuls. Amygdal. Unc. sex, Manna Unc. duas, Aquae Cinnamomi Drachm. unam. Vid. quoque Emulsionem cum Manna.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0372-8

EMULSIO ANALEPTICA.

Bate: Rec. Aq. Hord. Libr. quatuor, Poma quatuor, Hb. Farfar. Manip. quatuor, Jujubar. Unc. quatuor, coque ad Libr. duas. Colatura Libr. unius et semis sit, liquor. pro Emulsione ex Amygdalis dulcib. tribus, Sem. Cucum., — Pistaciar. aa Unc. una, Rad. Eryngii Unc. una et semis, Sem. Bombacis Drachm. tribus paranda; adde Aq. Rosar. Unc. unam et semis. — Gaubii: Rec. Amygdal. dulc. excort. Unc. duas, — amar. N°. duas, Aquae Unc. decem, misce f. Emulsio, cui colatae adde Aq. Cinnamom. s. Unc. unam, Sacchari alb. Drachm. sex.

EMULSIO ANODYNA.

Rec. Sem. Papav. alb. Unc. duas, fiat Emulsio cum Decocto Hordei; colaturae Unc. decem admisce Syrup. Diacod. Unc. unam et semis, Tinct. Opii simpl. Gutt. viginti, Aq. Cinnamomi s. Drachm. duas, Aq. Citri Drachm. decem.

EMULSIO ANTARTHRITICA Hufelandi.

Rec. Resin. Guajac. nat. Drachm. unam, Gummi Mimos. q. s., Aq. Foenicul. Unc. sex, Syr. Amygdal. Unc. semis, Spir. Nitri dulc. Gutt. viginti. Sec. Sundelin.

EMULSIO ANTARTHRITICA Vogt.

Rec. Amygd. dulc. excort. Unc. semis, Camphorae, *cum pauxillo Spir. Vini tritae, Grana sedecim, Opii Gran. quatuor; fiat emuls. l. a. cum Aq. Chamom. Unc. tribus et semis,* adde Syr. Papav. Rhoead. Drachm. tres. Sec. Kraus.

EMULSIO ANTHELMINTHICA Bories.
Wurmtreibende Emulſion.

Rec. Opopanacis, Sapon. Venet. aa Drachm. unam, Vitelli Ovor. Drachm. duas, Syrup. Artemisiae Unc. unam et semis.

EMULSIO ANTICATARRHALIS, s. ad catarrhum, s. cum Phellandrio Van Mons. Katarrhemulſion.

Rec. Gummi Arabic. Drachm. unam, contunde *cum Sem. Phelland.* Unc. una, addendo Aquae Unc. *novem*, colaturae adde Syrup. simpl. Unc. unam.

EMULSIO ANTIFEBRILIS Frankii. Frank's Fieberemulſion.

Rec. Amygdal. amar. Drachm. duas, cum pellicula contusis admisce Aq. flor. Chamom. Unc unam et semis ad duas, colaturae adde Extr. Centaur. Drachm. semis ad integram.

EMULSIO ANTIFEBRILIS Hufelandi.

Rec. Amygdal. amar. Drachm. tres, Aq. commun. Unc. tres f. l. a. Emuls., cui adde Extr. Centaur. minor. Drachm. duas.

EMULSIO AHTIHYSTERICA vid. Emulsio Asae foetidae.

EMULSIO ANTIMONIALIS CAMPHORATA. Kampherhaltige Spießglanzemulſion.

Disp. Fuld. Rec. Emulsion. Camphorat. Unc. decem, Tartari emetici Grana quinque. Van Mons: Rec. Amygdal. dulc. excortic. Unc. unam, fiat Emulsio l. a. colat. Unc. decem. adde, probe triturando, Camphorae Drachm. semis, Tartari emetici Grana quinque, Syrup. Amygdal. Unc. unam.

EMULSIO ANTIPHLOGISTICA Boerhave.

Rec. Sem. Bardan. Unc. semis, — Petroselin. Drachm. sex, — Cichor. Unc. unam, fiat emuls. cum Aq. Petroselini, cujus Libr. singulis adde Nitri depur. Drachm. unam, Syrup. quinque Rad. aperient. Unc. unam. — Alia formula: Rec. Quatuor Sem. frig. major. Drachm. duas, Sem. Papav. alb., — Lactucae aa Drachm. unam, Amygdal. dulc. excort. N°. quatuor, fiat Emuls. cum Aquae Libr. duabus, Sacchar. alb. Drachm. sex.

EMULSIO ANTIPHLOGISTICA Lebrecht.

Rec. Sem. Cannab. Unc. unam, f. l. a. Emuls. c. Aq. commun. Libr. una, in qua solve Kali citrati Drachm. duas, adde Syr. Althaeae Unc. unam.

EMULSIO ANTIPLEURITICA.

Boerhavii: Rec. Quatuor Sem. frigid. major. et minor. aa Drachm. tres, Sem. Papav. alb. Unc. duas, fiat Emuls. cum Decocto Hordei; cujus Unciis quaternis denis admisce Nitri dep. Drachm. unam et semis, Syrup. Capill. Ven. Unc. unam. — Mynsichtii: Rec. Sem. Card. Mariae Unc. unam, — Card. benedict. Unc. semis, — Papav. alb. Drachm. duas, Aq. Cardui Mariae Unc. sex, — Card. *bened.*, — *Flor Papav. Rhoead.*, — *Chamomill.*, — *Scabiosae aa Unc. quatuor. Fiat l. a.* Emuls.

EMULSIO ANTIRHEUMATICA Cadet.

Rec. Aquae comm. Unc. quinque, — Nucis Moschat., Syrup. Cort. Aurant. aa Unc. semis, Rad. Ari recent., Gummi Arab. aa Drachm. duas, Cetacei Scrup. duos. M. l. a. (Aqua calida Cetaceo et Mucilagini liquefactis admiscetur.)

## EMULSIO ARABICA, s. Gummi Arabici, s. cum Gummi Arabico, s. Gummosa, s. Amygdalarum hordeata vel hordeata amygdalina. Gummige Mandelemulſion.

Rec. Amygdal. dulc. excorticat. Unc. unam, fiat cum Aquae Unc. *tredecim l. a.* Emulsio, in colatura Libr. *unius solve* Pulv. Gummi Arabici Unc. unam. — Ph. Fenn., Suec. Gummi Arabic Unc. semis, cet. par. — Ph. Lusit. Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, cet. par. — Ph. Edinb. Rec. Amygdal. dulc. Unc. unam, Aquae Libr. duas et semis (Rennie Libr. duas); inter contundendum nucleis adde Mucilaginis Gummi Arab. Unc. duas. — Spielmann: Rec. Amygdal. dulc. Unc. unam, — amar. Drachm. unam, Gummi Arab. Unc. semis, Aquae Libr. duas, Syrup. Althaeae Unc. tres, fiat Emuls. l. a. — *Emulsio Amygdalarum hordeata.* — Ph. Dubl., Gray: Rec. Gummi Arab. Drachm. duas, Amygdal. dulc., Sacchar. alb. aa Unc. semis, Decocti Hordei Libr. unam. (Gummi in decocto adhuc calenti solutum, cum Amygdalis et Saccharo bene contusis in Emulsionis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0373-3 DFG

formam l. a. redigitur.) — Ph. Hisp. Rec. Gummi Arabic. Unc. unam, solve in Decocti Hordei Libr. duabus; fiat Emuls. cum Sem. Malvae, Amygdal. dulc. excort. āā Unc. semis.

EMULSIO AROMATICA VOGT.

Rec. Nucleor. Nuc. Jugland. decort. Drachm. sex, fiat Emuls. c. Aq. commun. Libr. una et semis, et Aq. Cinnamom. Unc. sex, adde Elaeosacch. Menth. crisp. Unc. semis.

**EMULSIO ASAE FOETIDAE, s. antihysterica, s. Mixtura Asae foetidae Ph. Lond., Amer., s. Lac Asae foetidae Ph. Dubl., Slesv.-Hols., s. Mixtura Asae foetidae MILLARI. Stinkaſandmilch, Aſafoetida-emulſion.** *Lait d'Asafoetida.*

Rec. Asae foetidae Drachm. unam, in mortario cum pauxillo Aquae in pultis mollissimae formam tritae sensim admisce Aquae destill. s. Unc. octo. — Ph. Dubl. Aquam Menthae Pulegii praecipit, cet. par. — Ph. Lond., Amer. Asae foetidae Drachm. duas, proponunt, cet. par. — SOUBEIRAN: Aq. Unc. sedecim, cet. par. — Ph. Slesv.-Hols. Rec. Asae foetid., Gummi Arab. āā Unc. semis, Aq. Hyssopi Unc. octo — Ph. Suec. Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Spirit. MINDERERI Unc. unam, Aq. Menth. Pip. Unc. tres. — DUCLOU pro Enematibus in Nosocomiis publicis: Rec. *Asae foetid. Unc. octo, Gummi Arab., Sacchar. albi āā Unc.* sedecim, mixta pulvera et per cribrum trajice, adde Olei Amygdalar. Libr. duas, et bene mixtis sensim affunde Aquae ferventis Libr. duas et semis. Indecomposita diutius asservari potest, quam quae cum vitello ovi paratur Emulsio.

EMULSIO ASTHMATICA FULLER.

Rec. Milleped. N°. 120, contusis affunde Aq. Pulegii Unc. sex, in liquore cum expressione colato, solve Ammoniaci, Tinct. Benzoës āā Drachm. tres.

EMULSIO BALSAMICA, s. Haustus balsamicus.

Sec. FULLER: Rec. Balsam. Tolut. Drachm. sex, decoque in Aq. Hord. Libr. duabus et semis; cum Amygdalar. dulc. excort. Drachm. sex fiat Emuls., cui adde Balsami Gileadens. (cum Sacch. alb. Unc. una bene triti) Guttas sedecim. In Phthisi laudatur. — SWEDIAUR: Rec. Balsami Tolutani, cum Vitello subigendi, Scrup. unum, Aquae Unc. unam. — SPIELMANNUS: Rec Balsam. Tolut. Drachm. tres, — de Mecca Gutt. octo, Amygdal. dulc. excort. Unc. semis, Decoct. Hord. Libr. unam et semis, Sacch. alb. Drachm. sex. — Alia: Rec. Balsam. Tolut Drachm. unam, Gummi Arab. Drachm. unam et semis, Aquae destill. Unc. quatuor, Syrup. Opiat. Unc. semis.

EMULSIO BALSAMI SULPHURIS ANISATI.

Rec. Gummi Arab. Drachm. duas, Balsam. Sulphur. anis. Drachm. unam, Mellis albissimi Unc. unam, Aq. Hyssop. Unc. octo.

**EMULSIO BALSAMI COPAIVAE s. Guttae ad blennorrhoeam, Haustus ad blennorrhagiam, Potus ad blennorrhoeam, Mixtura Resinae Copaivae, Mixtura s. Potio antigonorrhoica, s. adstringens, alba, balsamica, s. Copaivae, Emulsio CADETI, Mixtura antiblennorrhoica, cet. Copaiva-Emulſion.**

Ph. Hispan. et FULLER: Rec. Balsami Copaivae Unc. semis, Vitellos Ovor. duorum, Vini albi Unc. octo, Syrupi simplic. Unc. duas — PIERQUIN: Rec. Balsami Copaiv. Unc. duas, Vitellos Ovorum duorum, Vini albi Unc. quatuor, Syrup. Balsam. Tolutani Unc. duas. — CADET: Rec. Balsami Copaivae Drachm. tres, Vitelli Ovi Unc. semis, Syrup. Balsam. Tolutani Unc. unam et semis, Aquae Cinnamomi Unc. sex. — AUGUSTIN: Rec. Balsami Copaivae Drachm. duas, Vitellos Ovorum duorum, Aq. aromat. Unc. tres; vel Balsami Copaivae Drachm. semis, Vitellorum Ovorum unum vel duos, Gummi Arab. Drachm. unam, Aquae Unc. quatuor. — SWEDIAUR et SAUNDER: Rec. Bals. Copaiv. Drachm. semis, Vitell. Ovi q. s., Tinct. Sem. Amomi, Syr. Althaeae āā Drachm duas, Aq. Unc. unam. — NIEMANN: Rec. Bals. Copaiv. Drachm. unam., Mucilag. Gummi Arab. q. s., Aq. Flor. Chamom. Unc. quinque. — BRERA: Rec. *Emulsionis Arabicae, Aquae Plantaginis āā Unc. tres, Bals. Copaiv.* Drachm. unam et semis, Syrup. Althaeae Unc. unam. — SAUNDER: Rec. Balsam. Copaiv., Tinct. balsam. āā Drachm. duas, Syrup. balsam. Unc. duas, Aq. Cinnamom. Drachm. sex. — Formula WILLISII sec. CADET: Rec. Bals. Copaiv. Unc. tres, Aquae Unc. sex, Spir. Vini, Syrup. Althaeae āā Unc. unam, Ol. aether. Juniperi Gutt. triginta. — Formula BROUSSONETI sec. PIERQUIN: Rec. Balsam. Copaiv. Drachm. unam, *Salis Tartari Drachm.* semis, Gummi Arab. Gran. decem., Scrup. Sacchar. Unc. unam, Aquae Menth., — Naphae āā Unc. duas. — RENNIE: Rec. Bals. Copaiv. Unc. semis, Mucilag. Gummi Arab. Unc. unam et semis, Olibani Drachm. duas, Syrup. simpl. Unc. semis, Aq. Cinnam. Unc. quinque.

EMULSIO BARTHEZII sec. BORIES.

Rec. Nitri Gran. decem, Emulsion. Sem. frigid. major., ex Unc. semis paratas Unc. octo, Decocti Cort. Chinae āā *Drachm.* duabus paratas Unc. octo, Syrup. Capill. Ven. Unc. unam.

EMULSIO BECHICA.

SAUNDER: Rec. Sem. Melon. Unc. tres, Aq. Hordei q. s. ut fiat Emuls.; colaturae Libr. unius adde Syrup. Diacodii Unc. unam. — SAINTE-MARIE: Rec. Ol. Olivar. cochlearia duo majora, Vitellum Ovi recentis, Syr. Diacodii Unc. semis ad unam, Aquae Unc. sex.

EMULSIO BRUNNERI vid. Lac Ammoniaci.

EMULSIO CADETI v. Emulsio Bals. Copaivae.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0374-9 DFG

EMULSIO CAJEPUTI s. excitans.
Rec. Mucilagin. spissioris Gummi Arab. Drachm. tres, Ol. Cajeputi Drachm. unam, Aquae Unc. quatuor.

## EMULSIO CAMPHORATA, s. Camphorae. Kampheremulſion. *Emulsion de Camphre.*

BERENDS: Rec. Decoct. Cort. Chinae (ex Unc. semis) Unc. quatuor, Vitelli Ovi unum, Pulv. Cort. Chinae reg. Drachm. tres, Laud. liq. SYDENH. Gutt. duodecim. — LIND: Rec. Extr. Chinae Drachm. duas, solve in Aq. dest. Unc. quatuor, adde Ol. Olivar. Unc. semis, Tinct. Opii simpl. Gutt. duodecim. — RICHARD: Rec. Decoct. Cort. Chin. (ex Unc. una et semis parati) Libr. unam, Camphor., Vitello Ovi subactae, Drachm. unam.

ENEMA ANTIHYSTERICUM vid. Enema Asae foetidae.

ENEMA ANTILACTEUM s. grassum.
FRANKII: Rec. Butyr. recent. Unc. quatuor, Infus. Chamom. calidi Unc. octo. Miscentur pulsando. — ST.-MARIE: Rec. Butyr. recent. Unc. duas, Sacch. alb. Unc. unam, Decoct. Carn. vitulin. Unc. octo ad decem.

ENEMA ANTIPERIODICUM PIERQUIN.
Rec. Cort. Chin. Unc. unam, Aq. commun. Libr. unam, coque ad Unc. octo, colaturae adde Syr. Papav. alb. Unc. unam.

ENEMA ANTISEPTICUM, s. excitans.
Ph. Lusit. vet. Rec. Cort. Chin. Unc. semis coque cum Aq. Unc. octo ad Unc. sex, adde Camphor. Gran. decem. — Alia formula: *Cort. Chin. Unc. unam, f. decoct. cum Aq. Libr. duabus; adde Camph. Drachm. duas*; vel: Decoct. Cort. Chin. Unc. sex, Catechu Drachm. duas.

ENEMA ANTISPASMODICO-RESOLVENS.
Rec. Salis culinaris Unc. semis, Ol. Lini Unc. quatuor, Infus. Chamom. Unc. tres.

ENEMA ANTISPASMODICUM. Krampfſtillendes Klyſtier.
BRERA: Rec. Infus. Flor. Chamomill., Ol. Chamom. coct. āā Unc. quatuor. — ELLIS: Rec. Moschi Gran. duodecim, Sacch. alb. Scrup. duos, Gummi Arab. Drachm. semis, Spir. Sal. Ammoniaci Gutt. triginta, Aq. Sem. Lini Unc. quatuor. — PIERQUIN, SWEDIAUR: Rec. Infus. Valer. Unc. quatuor, Moschi Drachm. unam, Tinct. sedativ. (v. Opii) Gutt. quadraginta ad sexaginta. Vel: Infus. Valer. Unc. tres, Tinct. Opii Gutt. quinque ad decem. — GRAY: Rec. Infusi Sem. Lini Unc. octo, Tinct. Opii Drachm. unam. — PIDERIT: Rec. Rad. Valer. Unc. tres, Fol. Aurant. Unc. duas, Hb. Millefol. Unc. unam. Harum specierum Drachm. tres cum Aquae Unc. una ad decoctum saturatissimum coquuntur. (Confer. quoque Enema Asae foetidae, Chamomillae et Opii.)

ENEMA ANTISPASTICUM, s. anodynum, s. Hyoscyami.
Rec. Hb. Hyoscyami nigri, — Rorismar., Summit. Millefolii, Fol. Aurant., Rad. Valer. āā part. aequal, quorum Drachm. duae cum Aq. Unc. una vel sesqui coquuntur.

ENEMA ANTISYPHILITICUM s. mercuriale.
Rec. Mercur. sublimati corros. Gran. duo, Aq. destill. Unc. duas, Decoct. Sem. Lini Libr. unam. — Sec. RATIER et Ph. Nos. Venet.

ENEMA APERIENS.
CULLEN: Rec. Terebinth. Ven. Drachm. duas ad quatuor, Mucil. crud. Unc. unam, Vitell. Ovor. duos, Inf. Flor. Chamom. Unc. quatuor. — BERENDS sec. SUNDELINUM: Rec. Decoct. Avenae Unc. sex, Oxym. simpl., Ol. Lini recent. āā Unc. unam, Sal. amar. Drachm. sex. Vel: Rec. Ol. Ricini Unc. unam ad unam semis, Vitell. Ovi N°. duo, Inf. Chamomill. Unc. sex. M. — Vel: Rec Inf. Chamom. fortior. Unc. quinque, Sal. commun. Drachm. duas, Ol. Lini Unc. duas. M. — Vel: *Rec. Inf. Chamom. fort. Unc. quinque, Sap. domest. Drachm. tres, Ol. Lini Unc. unam semis. M.* — Vel: Rec. Inf. Chamom. Unc. quatuor, Vitell. Ovor. duo, Ol. Oliv. Unc. duas, Sacchar. albi Unc unam semis. Solve; M. — Vel: Rec Inf. Chamom. Unc. quinque, Mell. crudi Unc. unam semis, Ol. Lini Unc. duas. M. — Vel: Rec. Inf. Chamom. Unc. quinque, Pulp. Tamarind. Unc. unam semis, Ol. Lini Unc. duas. M.

ENEMA AQUOSUM.
Aqua frigida vel tepida pura interdum pro clysmate suadetur; in Arte veterinaria Aq. tepidae Mensurae quinque ad sex, merae vel addita Salis culinaris Libr. una, injiciuntur. Camphorae interdum Drachm. tres ad quatuor, ex rei natura, immiscentur.

## ENEMA ASAE FOETIDAE, s. antihysterisum, s. Mixtura Asae foetidae pro *Clysmate*, Clysma tonicum et antispasmodicum, Enema foetidum Ph. Dubl. Aſand=Klyſtier, Aſafoetida=Klyſtier. *Lavement d'Asa fétide.*

Rec. Asae foetidae Drachm. duas, bene tritis et cum Vitello Ovi subactis affunde aquae fervidae Unc. decem, et agita donec justum teporem habeat. — Sec. NIEMANN. Sine Vitello SWEDIAUR. — Ph. Dubl. praecipit: Mannae Unc. unam, solve in Unc. decem Decoct. Chamom. comp., adde Ol. Olivar. Unc. unam, Salis amari Unc. semis, Tinct. Asae foetid. Drachm. duas. — Ph. milit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0385-1
DFG

Dan. Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Aq. calidae vel Decoct. Rad. Alth. Unc. duas. — Nosoc. Barthol. Rec. Asae Drachm. duas, Vitell. Ovi unum, Decoct. Hord. Unc. octo. — Ellis: Rec. Asae foetid. Drachm. duas, Decoct. Avenae Unc. decem ad Libr. unam. — Ratier: Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Vitell. Ovi unum, Aq. comm. Unc. sex. — Ph. Lusit. ed. Pinto. Rec. Infus. Chamom. Unc. octo, Asae foetid. cum Vitello Ovi subact. Drachm. duas, Ol. Amygd. Unc. semis. — Gray: Decoct. Malvae Unc. decem, Asae foetid. Drachm. duas, Spir. Ammon comp. Drachm. unam et semis, Tinct. Opii Drachm. semis. — Saunder: Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Terebinth. commun. Drachm. semis, Vitell. Ovi q. s., Decoct. Alicae avenaceae (Hafergrütze) Unc. novem, vel: Fol. Rutae, — Sabinae āā Unc. semis, Aq. comm. q. s. (Unc. sedecim), coque ad remanentiam Libr. unius, adde l. a. Asae foetid. Drachm. duas, Ol. Olivar. Unc. unam, Ol. Succin. Drachm. semis. — Augustin: Rec. Decoct. Cort. Chinae Unc. quatuor, Asae foetid. Drachm. unam, Camphor. cum Vitell. Ovi subactae, Scrup. unum, Laudan. liq. Sydenh. Drachm. semis. — Vel: Rec. Hb. Tanacet., Rad. Valer. āā Drachm. tres, Aq. fervid. Unc. octo, infunde et in colatura solve Asae foetid. cum Vitell. Ovi tritae, Drachm. semis, Ol. Tanaceti Drachm. unam. — Brera: Infus. Chamom. Unc. quatuor, Lactis Asae foetid. Unc. duas, Opii Gran. duo; vel: Asae foetidae, cum Vitello Ovi subactae, Scrup. unum, Infus. Chamom. Unc. quatuor, Cort. Chin. pulv. Unc. semis. — Richard: Decoct. Sem. Lini Unc. octo, Asae foetid. Drachm. unam, cum Vitell. Ovi subactam.

ENEMA AD ASCARIDES vid. Enema Sabadillae et Enema vermifugum.

ENEMA BALSAMICUM ADSTRINGENS. Bories: Rec. Flor. Chamom. Manip. duos, Lactis q. s. (Unc. decem), coque ad Unc. octo, adde Terebinth. comm. cum Vitello Ovi tritae Drachm. tres, Mellis rosati Unc. unam. — Pierquin: Rec. Croci, Hb. Hyperici āā Pugillum unum, Lactis vaccini Unc. decem, coque ad Unc. octo, adde Terebinth. commun., c. Vitellis duobus tritae, Unc. semis, Theriacae Drachm. duas.

ENEMA BALSAMICUM CUM OPIO s. terebinthinatum.
Rec. Opii Gran. unum, Terebinth. Unc. semis, Lact. Unc. sex, Vitellum Ovi unum vel Gummi Arab. Unc. semis.

ENEMA BALSAMI COPAIVAE.
Rec. Balsami Copaiv. Unc. semis, Vitell. Ovi unum, Camphor. Gran. quatuor, Extr. Opii aquos. Gran. unum, Aq. Gummi Arab. (i. e Mucilago tenuis) Unc. quatuor.

ENEMA BELLADONNAE Ratier.
Rec. Fol. Belladonn. sicc. Gran. duodecim, Aq. fervid. Unc. sex. Infunde.

ENEMA BILEM EVACUANS Mynsichti.
Rec. Passular. minor. Unc. tres, Hord. excort., Sem. Lini āā Unc. duas, Rhabarb. Unc. semis, coq. ad colat. Libr. unius, adde Ol. Violacei Unc. tres, Mannae Calabr. Unc. unam, Elect. de Succo Rosar. Unc. unam.

ENEMA CAMPHORATUM. Kampherklystier.
Augustin: Rec. Infus. Rad. Valer. s. Angelic. Unc. quatuor, Acet. Camphorat. Unc. duas; Vel: Decoct. Cort. Chin. Unc. sex, Camphor., c. Vitello Ovi subactae, Scrup. unum, Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis. — Richard: Rec. Decoct. Alth. et capit. Papav. Libr. unam, Camphor., Vitell. Ovi subact., Drachm. duas.

ENEMA CAMPHORATUM CHINAE CUM ASA FOETIDA Augustin.
Rec. Decoct. Cort. Chin. Unc. quatuor, Asae foetid. Drachm. unam, solve, adde Camphor. Vitelli Ovi subact., Scrup. unum, Laud. liq. Sydenh. Drachm. semis.

ENEMA CARMINATIVUM.
Spielmann: Rec. Sem. Anisi, — Cumini, Baccar. Junip. āā Drachm. duas, Aq. comm. Unc. sedecim, coque ad Libr. unam, adde Sapon. Ven. Unc. semis. — Disp. Lipp. Rec. Fl. Chamom. Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, coque parum et adde Ol. Baccar. Lauri Unc. semis.

ENEMA CATHARTICUM s. aloëticum.
St.-Marie: Rec. Aloës pulv. Drachm. unam, Decoct. Hord. Libr. unam. — Ellis: Rec. Aloës Drachm. duas, Vitell. unum, Lact. vaccini Unc. sex ad octo; vel: Aloës Drachm. duas, Lact. vaccini Unc. sedecim. — Swediaur: Rec. Decoct. Alth. Unc. decem, Ol. Olivar. Unc. tres, Aloës Drachm. unam, Arcani dupl. Unc. unam. — Saunder: Rec. Aloës Drachm. unam, Sal. amar. Unc. unam, Ol. Olivar. Unc. tres, Decoct. Hord. Unc. decem. (Conf. Enema purgans cum Sale amaro.)

ENEMA CHAMOMILLAE. Chamillen-Klystier.
Ph. Lusit. vet. Rec. Infus. Fl. Chamom. Unc. sex, Asae foetid. Drachm. semis, Vitell. Ovi unum. — Ratier: Rec. Fl. Chamom. Drachm. duas, Aq. commun. Libr. unam. Infunde fervidam — Augustin: Rec. Fl. Chamom. Drachm. sex, Sem. Lini Unc. unam, Lact. vacc. q. s. ut f. colat. Unc. septem, cui adde Ol. Lini Unc. unam.

ENEMA CHINAE, s. roborans. China-Klystier.
Ph. Amstel. Rec. Cort. Chinae Unc. unam et semis, Aq. commun. Libr. quinque, coque leni igne ad dimidium, cola et residuo adde Aq. comm. Libr. duas et semis, et iterum coque ad dimidii evaporationem. Cola, colaturae mixtae ad Libr. unam evaporent. — Ph. Genev. Rec. Cort. Chin. Unc. duas, Aq. comm. Libr. quatuor, ebullitione ad duas redige, sub finem adde Rad. Liquir. concis. Unc. unam. Cola. — Ratier: Rec. Cort. Chin. fusc. Unc. semis ad unam, Aq. comm.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0386-6
DFG

Libr. unam. Bene coque. — Reilii: Rec. Decoct Cort. Chinae, ex Unc. semis, parat. Unc. quatuor, Asae foetid., cum Vitello Ovi subactae, Drachm. unam, Camphor, Laudan. liq. Sydenh. āā Scrup unum. — Swediaur: Rec. Cort. Chin. cont. Unc. unam, Fl. Chamom. Drachm. duas, Aq. comm. Libr. unam, coque ad tertiae partis consumtionem, colaturae adde Vini rubri Unc. tres. — Rennie: Aquae Unc. sedecim, Vino omisso.

ENEMA CHINAE CAMPHORATUM. Chinakampherklyſtier. *Lavement de Quinquina camphré.*

Henry-Guib.: Rec. Cort. Chin rubr. Unc. semis, Aq. comm. Unc. sedecim, coctis leviter et colatis adde Camphor. Gran. viginti quatuor, Vitello Ovi unius bene subacta.

ENEMA CHINAE CUM ACIDO SULPHURICO.

Augustin: Rec. Cort Chin. Unc unam, coque cum Aq. comm. Unc. decem ad sex, adde Spir. Vitrioli Drachm. unam ad duas.

ENEMA CHINAE CUM OPIO.

Augustin: Rec. Extr. Cort. Chin. Unc semis, solve in Aq fervid. Unc. quatuor, adde Ol. Oliv Unc. semis, Tinct. Opii Gutt. octo.

ENEMA COLOCYNTHIDIS Ph. Lond. (1836)

*Rec. Extr. Colocynth. comp. Scrup. duos, Sapon. moll. Unc. unam, Aq Unc. sedecim.*

ENEMA COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM Abernethi.

Sec. Richard: Rec. Medull. Colocynth. minut. concis. Unc. unam, Aq. ferv. Unc. decem, col. adde Sal. culinar., Syr. Spin. cervin. āā Unc. semis. — Nosoc. Barthol. Rec. Colocynth. conc. Drachm. unam, Aq. comm. Libr. unam, coque ad Unc. octo.

## ENEMA COMMUNE, s. domesticum, s. involvens, oleosum. Gewöhnliches, oder Hausklyſtier. *Lavement ordinaire.*

Variae extant hujus medicamenti formulae, ita, ut singulam ceteris praeferre non liceat. Rec. Decocti Semin. Lini Unc. octo, Olei Lini vel Napi Unc. duas. Vel: Decoct. Hordei, et Olei Napi āā Unc. quatuor vel sex. — Gray: Jusculi vervecini vel aliarum carnium, Ol. Lini āā Unc. quatuor, Sacch. rubri Unc. unam. — Augustin: Hb. Malvae Drachm. duas, Aquae q s. ut fiat decoct. Unc. decem, cui adde Ol. Lini Unc. unam. — Ph. Lusit. vet. Rec. Decoct. Sem. Lini (e Drachm. duabus) Unc. sex, Olei Unc. semis; vel: Lactis vaccini Libr. unam, Olei Unc. tres; vel Lactis et Olei Lini par pondus. — Disp. Lipp. Rec. Decoct. Spec emoll. ex Unc. una Libr. unam, Olei Lini Unc. duas. — Ph. castr. Ruth. Rec. Aquae tepidae, vel Decocti Hordei, vel Decoct. Avenae, vel Dec. Rad. Alth., vel Infus. Sem. Lini, vel Inf. Fl. Chamom. Libr. unam, cui adde Saponis Drachm. duas, et Olei Unc. unam.

ENEMA CONSOLIDANS Bate.

Rec. Lact. vaccin. Libr. duas, coque cum Hb. Consol. maj., Flor. Rosar. rubr. āā Manip. duobus, adde Albumina Ovorum duorum, Sacchar. albi Unc. duas.

ENEMA CORTICUM GRANATORUM.

Ph. Hispan. Rec. Cort. Granat. cont. Unc. unam, fiat Decoct. cum Aqua colaturae Libr. duarum. — Ph. Lusit. vet. Rec. Cort. Querc., — Granat. āā Drachm. duas, Catechu Drachm. semis, Aq. comm. q. s. ut fiat Decoct. Unc. sex.

ENEMA CUBEBARUM.

Rec. Pulv. Cubebar. Drachm. sex, Decoct. Althaeae Unc. sex.

ENEMA DERIVANS Berends.

Rec. Nitri dep. Drachm. semis ad sesqui, Decoct. Aven. Unc. quinque, Oxym. simpl. Unc. unam.

ENEMA AD DIARRHOEAM.

Rec. Syrup. Diacodii Drachm. duas ad quatuor, Decoct. Amyli Unc. octo.

ENEMA DOMESTICUM vid. Enema commune.

ENEMA ECCOPROTICUM Mayr.

Rec. Spec. emollient. Drachm. sex, coque cum Aq comm. Unc. octo, Electuar. lenitiv. Unc. unam et semis.

## *ENEMA EMOLLIENS.* Erweichendes Klyſtier.

Peter Frank: Rec. Butyri recentis Unc. quatuor, Infus. Chamom. fervidi Unc. octo, conquassando miscentur. — Ph. Hisp. *Enema Foliorum Malvarum emolliens:* Rec: Decoct Malv Unc. decem, Mellis, Ol. Olivar. āā Unc. duas. — Disp. Lipp. Rec. Spec. emollient. Unc. unam, Aq comm. Libr. unam, coque et colaturae adde Ol. Lini Unc. duas. — Ph. milit. Herbip Rec. Spec. emollient. Unc. semis, Aq. comm. Unc. quatuordecim, coque ad decem. — Nosoc. Paris. Rec Rad. Alth. Unc. duas, Aq. comm. Libr. duas, coque ad unam. — Ratier: Rec. Fol. Malvae Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam; vel: Fol. Malv., — Betae Cyclae āā Unc. duas, Aq. comm. Libr. duas, f. decoct., cui adde Ol. Olivar. Unc. tres. — Swediaur. Rec. Fol. Malv. Unc. unam, Fl. Chamom. Unc. semis, Aq. comm. Unc sex. Coque, cola. — Spielmann: Rec. Fol. Malv. Unc unam, Fl. Chamom., Sem. Foeniculi āā Unc. semis, Aq. Libr. unam; coque, cola. — Augustin: Rec. Hb. Malvae Drachm. duas, coque per horae quadrant. cum s q. Aq. comm. ad Unc. decem., adde Ol. Lini Unc. unam. — Ph. Francof. Hb. Malv. Unc semis cet. par. — Brera: Decoct. Hordei vel Farinae vel Fl. Sambuci Unc. octo; ad lubitum adde Ol. Olivar. Unc. semis. — Berends: Rec. Sem. Lini Unc. semis, coque cum Aq. comm. Unc. decem ad quinque, adde Ol. Lini Unc. unam; vel: Rec. Pedem vitulinam unam, coq. c. Aq. commun. Unc. decem ad remanent. Unc. quatuor. — Hildebrandt: Rec. Vitellos Ovor. duos, Aq. Chamomill. Unc. octo. — Richard: Rec.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0387-2
DFG

Decoct. Sem. Lini Libr. unam, Ol. Olivar. Unc. semis. — VOGLER: Rec. Amyli Drachm. duas, Aq. comm. Unc. quatuor coque l. a. (Confer. Enema Amylaceum [p. 362] et commune [p. 365]).

ENEMA EMOLLIENS ANTHELMINTHICUM BRERA.

Rec. Decoct. Sem. Lini Unc. quatuor, Ol. Ricini Unc. tres.

ENEMA EVACUANS Disp. Lipp.

Rec. Spec. emollient. Drachm. sex, Aq. comm. Unc octo, coque et colaturae adde Oxymell. simpl. Unc. tres, Sal. mirab. Glaub. Unc. unam.

ENEMA EXCITANS vid. Enema incitans.

ENEMA FEBRIFUGUM RICHARD.

Rec. Decoct. Cort. Chinae Libr. unam, Camphor., Vitello subactae, Drachm. semis.

ENEMA FOETIDUM Ph. Dubl. vid. Enema Asae foetidae. (p. 363)

ENEMA FOLIORUM MALVAE EMOLLIENS Ph. Hisp. vid. Enema emolliens (p. 365)

ENEMA FORTIUS ABERNETHI.

Rec. Extr. Colocynth. Scrup unum, Sal. commun. Drachm. tres, Inf. Fl. Chamom. Unc quinque, Mellag Gramin. Unc. unam et semis. Confer. Enema Colocynth. comp.

ENEMA GRANATORUM vid. Enema Corticum Granatorum (p. 365)

ENEMA GRASSUM, s. *emolliens*.

P. FRANKII: Rec. Butyr. recent. Unc. quatuor, Infus. Chamomill. calid Unc octo. — ST.-MARIE: Rec Butyr. recent. Unc. duas, Sacch. Unc. unam, Decoct. Carnis vitulinae Unc. octo ad decem.

ENEMA GRATIOLAE, s. ex Herba Gratiolae NIEMANN.

Rec. Hb. Gratiolae Drachm. tres ad quinque, coq. c. Aq. comm. Libr. una ad Unc. octo; cola. Pro viribus anthelminthicis Fellis Tauri Drachm. tres adjici possunt.

ENEMA HAEMORRHOIDALE BATE.

Rec. Hb. Chelidon. min., — Sambuc, — Lunariae, — Verbasci, — Violae ana Manip. duos, Hb. Conii, — Hyosc. ana Manip. unum et semis, Sem. Lini Unc. unam et semis, coq. c. Aq. comm. ad colat. Libr. unius et semis, adde Vitellum unum.

ENEMA INVOLVENS vid. Enema commune (p. 365)

ENEMA IRRITANS vid. Enema Tabaci.

ENEMA INCITANS. Reizendes Klyſtier.

BERENDS: Rec. Flor. Chamom Unc. unam, Rad. Valer., Hb. Menth. crisp ana Unc. semis, f. Infusum Unc. decem, adde Ol. Lini Unc. unam. — BRERA: Rec. Infus. Fl. Chamom., Lact. Asae foetid. Unc. duas, Opii Gran. duo. Vel: Decoct. satur. Chinae, Infus. Fl. Arnic. ana Unc. duas, Camphor., Vitello Ovi subactae, Drachm. semis. — DUNCAN: Rec. Hb. Sabinae, — Rutae, — Absinth. ana Drachm. tres, coque cum Aq. comm. Unc. sedecim ad decem, adde Ol. Ricini Unc. semis. — CLIVE: Rec. Terebinth. Ven. Unc. semis, Vitell. Ovi unum, Infus. Sem. Lini Unc. decem. — RICHARD: Rec. Camphor. Gran decem, Vitell. Ovor. duos, Infus. Fl. Chamom. Unc. decem.

ENEMA LAXANS vid. Enema purgans.

ENEMA LENIENS. Beſänftigendes Klyſtier.

RATIER: Rec Capit. Papav. Unc. semis, decoque cum Aq. comm. Libr. una; vel: Rec. Decoct. Spec emollient. Libr. duas, infunde Capiti Papaveris uni; cola. — FOUGUET: Rec. Furfur. Tritici Manip. semis, Aq. commun. Libr. duas, coque ad dimidium, et adde Vitellos Ovorum duorum.

ENEMA MALVAE v. Enema emolliens. (p. 365)

ENEMA MANNATUM AUGUSTIN.

Rec. Mannae Calabr. Unc. unam ad duas, coctione solve in Aq. dest. s. q.; colat. Unc. sex adde Ol. Ricini, Vitello Ovi uno subacti Unc. unam ad duas, Calomel. Scrup. unum, Pulv. Rad. Ipec. Drachm. semis ad unam.

ENEMA MERCURIALE. Mercurialklyſtier.

AUGUSTIN: Rec. Calomel. Scrup. unum, Amyli Unc. unam, Gummi Arab. Unc. semis; inter agitationem adde Aquae calidae Unc. octo. — Vel. Rec. Calomel, Pulv. Rad Ipecac. ana Scrup. unum, Ol. Lini Unc. unam, Infus. Flor. Chamom. Unc. octo; vel: Mercur. sublimat. corros. Gran. sex, solve in Infus. Sem. Lini Unc octo. (Huc referri possunt Enema antisyphiliticum et mannatum.)

ENEMA NARCOTICUM.

KOPP: Rec. Mercur. sublim. corros. Grani sextam vel tertiam partem, solve in Aq. dest. Unc. una, adde Opii Gran. unum, Mucil. Gummi Arab. Unc. unam et semis. — RATIER: Rec. Fol. siccat. Belladonn. Gran. duodecim infunde Aq. ferv. Unc. sex; cola. — SUNDELIN: Rec. Fol. Nicotianae Drachm. semis, Rad. Valer. min. Unc. semis, infunde Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quinque adde Aceti crudi, Mucilag Gummi Arab. ana Drachm. semis; vel: Inf. Fol. Nicotian. ex Drachm. semis vel integra Unc. septem, Ol. Lini Unc. unam. — VAN SWIETEN: Rec. Terebinth. Ven. Drachm. semis, Vitell. Ovi unum, Elect. Theriac. Unc semis, Lact. vaccini Unc. quatuor.

ENEMA NICOTIANAE vid. Enema Tabaci.

ENEMA NITRICUM AUGUSTIN.

Rec. Decoct. Hordei Unc. decem, Nitri Drachm. unam, Mellis Unc. unam.

ENEMA NUTRIENS.

MYNSICHTI: Rec. Jusculi Carnis bubulae, Jusculi Caponis ana Unc octo, Decoct. Hordei, Lact. Vaccini ana Unc quatuor, Vini opt. Unc. tres, Sacch rubr. Unc. unam, Panis tritic. exsicc. pulv. Unc. semis, Vitellos Ovorum duorum. M. — SOUBEIRAN: Rec. Gelatinae animalis Drachm. unam, Aq. commun. q. s.

ENEMA OLEI TEREBINTHINAE.

GRAY: Rec. Ol. Terebinth. Unc. semis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0388-8
DFG

Vitellum Ovi unum, Decoct. Avenae Unc. decem. — RECAMIER: Rec. Ol. Terebinth. Unc. unam (Dr. MARTINET Unc. semis), Vitellum Ovi unum, Decoct. Capit. Papav. Unc. octo. — ELLIS: Rec. Ol. Terebinth. Unc. unam et semis, Vitellos duos, Mucil. Gummi Arab. tenuis Unc. sedecim. — NIEMANN: Ol. Terebinth. Unc. unam, Vitellum unum, Aq. commun. Unc. octo.

ENEMA OLEOSUM.

BRERA. Rec. Decocti Hordei, Ol. Olivar. āā Unc. quatuor. — SWEDIAUR: Rec. Decoct. Specier. emoll. Unc. novem, Ol. Olivar. Unc. tres, Mellis Unc. unam, Salis Glauberi vel culinaris Unc. semis. (Confer quoque Enema commune et emolliens.)

ENEMA OPIATUM, s. Opii, s. Opiaceum, s. anodynum, s. sedativum. Opiumklyſtier.

Ph. Ruth castr. Rec. Enematis Amyli (ejusd. Ph.), vel Inf. Sem Lini Unc. quatuor, Tinct. Opii Gutt. quinquaginta. — Ph. Lond. (1836) Rec. Decoct. Amyli Unc. quatuor, Tinct. Opii Gran. triginta. — ELLIS: Rec. Tinct. Opii Drachm. unam, Infus. Sem. Lini Unc. sex. — GRAY: Tinct. Opii Drachm. unam, Decoct. Amyli Unc. sex, vel Infus. Sem. Lini Unc. octo. — RENNIE: Rec. Opii Drachm. unam, Aq. tepidae Unc. duas — SAUNDER: *Rec. Tinct. Opii Gutt. quadraginta, Inf. Sem. Lini Unc. sex, Ol. Olivar. Unc. duas.* — SWEDIAUR: Rec. Amyli Drachm. unam et semis, Aq. fervid. Unc. sex, Tinct. Opii Drachm. unam. — SPIELMANN: Rec. Sem. Lini Unc. unam, Aq. fervid. Unc. sex, Extr. Opii Gran. duo. (Conferenda sunt Enema antispasmodicum, Anodynum, et Amyli cum Opio.)

ENEMA ORDINARIUM vid. Enema commune. (p. 365)

ENEMA OXYMELLICUM RATIER.

Rec. Oxymell. simpl. Unc. quatuor, Aq. commun. Libr. unam.

ENEMA PAPAVERIS vid. *Enema leniens.* (p. 366)

ENEMA PARIETARIAE Hospit. Caritat.

Rec. Hb. Parietariae sicc. Drachm. semis, Aq. comm. Libr. unam, coque, colaturae adde Terrae foliat. Tartari vel Nitri Drachm. unam.

ENEMA CONTRA PROLAPSUM RECTI ATONICUM VOGT.

Rec. Rad. Ratanh., — Tormentill., Cort. Querc. āā Unc. semis. Divid. in sex part. aequales, quarum singula pro enemate decoquitur.

ENEMA PURGANS Abführendes Klyſtier. *Lavement purgative.*

Nomen nimio usu satis inane, quum omne enema purgationem efficere constat. Hic formulas dispersas, varie mixtas legemus, majorem turbam ab indole, cui vim debet purgantem, denominabimus.

Nosoc. Venet. Rec. Fol. Sennae Unc. semis, Decoct. Sem. Lini Libr. unam, infunde, cola; vel: *Fol.* Sennae Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. unam. — Ph. Paris. mil. Rec. Fol Sennae Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam, Mellis Mercurialis annuae Unc. duas. — RATIER: Fol. Senn Unc. *duas*, Aq. ferv. Libr. unam; addere licet Salis Glauberi Unc. semis, Mellis Unc. tres ad quatuor. — ELLIS: Rec. Tartari emet. Scrup. unum ad duos, Mucilag. Gummi Arab. Unc. sedecim — NIEMANN: Hb. Gratiolae Drachm tres ad quinque, Aq. fervid. Libr. unam; decoque ad tertiam partem. — RATIER: Rec. Hb. Mercurial. Unc. semis, Aq. fervid. Libr. unam. — Vel: Rec. Electuar. lenitiv. Unc. unam, dilue cum Aq. tepida q. s. Vel: Rec. Decoct. Spec. emoll. pr. clysmate Unc. sex, Electuar. lenitiv. Unc. unam.

ENEMA PURGANS CUM SALE AMARO, s. catharticum, s. Sulphatis Magnesiae. Bitterſalzklyſtier. *Lavement de Sel amer.*

Ph. Dubl. et Scriptorum (Enema catharticum): Rec. Mannae Unc. unam, solve in Decoct. Fl. Chamom. comp. Unc. decem, adde Ol. Olivar. Unc. unam, Sal. amari Unc. semis. — Ph. Ruth castr. Rec. Infus. Fol. *Sennae Unc. quatuor, Sal. amari Unc. unam, Aq. tepidae Unc septem, Ol. Lini vel Olivar.* Unc. unam. — Ph. mil. Herbip. Rec. Aq. tepidae Unc. decem, Sal. amari Drachm. sex. — REILII sec. AUGUSTIN: Rec. Flor. Chamom. Unc. duas, Sem. Lini Unc. unam, Aq. commun. fervid. q. s. ut sit colatur. Unc. sex, cui adde Salis amar. Unc. semis, Ol. Lini Unc. unam et semis Vel: Decocti Alicae avenaceae Unc. octo, Sal. amar. Drachm. duas, Sapon. medicati Unc. semis. — ELLIS: Rec. Infus. Fol. Senn. Unc. sedecim, Sal. amar. Unc.ᵃ duas; vel: Decoct. Amyli Unc. sedecim, Sal. Amar. Unc. duas, Ol. Oliv. Unc. unam. FERRARINI: Rec. Decoct Malv. Unc. decem, Sal. amar. Unc. semis (GRAY unam), Ol. Olivar. Unc. duas. — SAUNDER: Rec. Sal. amar. Drachm. sex, Aq. comm. Unc. tres, Tinct. Senn. Drachm. sex. — SWEDIAUR: Rec Magnes. ust. Gran. sex, Sal. amar. *Drachm. sex*, Aq. commun. Unc. tres, Tinct. Cardamom. Drachm. unam.

ENEMA PURGANS CUM SALE COMMUNI, s. salinum. Kochſalzklyſtier. *Lavement de Sel commun.*

BRERA: Rec. Decoct. Hordei Unc. quatuor, Sal. comm. Unc. semis, Ol. Olivar. Unc. quatuor. — ELLIS: Rec. Decoct. Sem. Lini Unc. sedecim, Sal. comm. Unc. semis, Ol. Ricini, Syr. simpl. āā Unc. duas. — RATIER: Rec. Decoct. Spec. emollient. Libr. duas, Sal. commun. Unc. unam.

ENEMA PURGANS CUM SALE GLAUBERI, s. evacuans Disp. Lipp.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0389-6
DFG

Glauberſalzklyſtier. *Lavement avec Sel de Glauber.*

Disp. Lipp. vid. Enema evacuans. (p. 366) Henry-Guib. Rec. Fol. Senn., Sal. Glaub. āā Drachm. duas ad quatuor, Aq. commun. Unc. sedecim; coque, cola. — Soubeiran: Rec. Fol. Senn. Unc. semis, Sal. mirab. Glaub. Unc. unam, Aq. comm. q. s. — Herrmann: Rec. Decoct. Alth. ex Unc. semis paratas Unc. octo, Sal. Glaub., Elect. lenitiv. āā Unc. unam. Ratier: Rec. Spec. emollient. Unc. duas, Fol. semis, Sal. Glaub. Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. unam; vel: Decoct. Spec. emollient. Libr. duas, Fol. Senn. Drachm. duas, Sal. Glaub. Unc. semis; vel: Fol. Senn., Sal. Glaub. āā Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam, Mellis Unc. quatuor. — Richard: Rec. Decoct. Furfur. Libr. unam, Fol. Senn. Unc. semis, coctis, colatis adde Sal. Glaub. Unc. semis, Mell. commun. Unc. duas; vel: Rec. Sem. Lini, Fol. Senn. āā Unc. semis, Sal. Glaub. Drachm. duas, coque cum Libr. una Aq. comm., et cola; vel: Fol. Senn. Drachm. duas, Sem. Lini Unc. semis; coque ex Unc. decem ad sex, adde Sal. Glaub. Drachm. duas, Ol. Lini Unc. unam. — Saunder: Rec. Hb. Rutae, Fl. Chamom., Fl. Sambuc. āā Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, coque ad tertiae partis consumtionem adde Sal. Glaub. Drachm. tres, Oxymell. simpl., Ol. Chamom. coct. āā Unc. unam. — Sundelin: Rec. Decoct. Aven. Unc. quatuor, Sal. Glaub., Acet. crudi, Ol. Olivar. āā Unc. unam. — Swediaur: Rec. Decoct. Hord. Unc. sex, Sal. Glaub. Unc. unam, Ol. Lini Unc. duas.

ENEMA PURGANS PICTORUM.

Rec. Fol. Senn. Unc. semis, Aq. commun. Libr. unam, coque, in colat. solv. Sal. Glaub. Unc. semis, Vini antimon. Unc. quatuor. — Soubeiran: Rec. Electuarii Diaphoenigos Unc. unam, Pulv. Rad. Jalapp. Drachm. unam, Syr. domest. Unc. unam, Infus. fol. Senn. ex Unc. semis paratas Unc. quatuordecim.

ENEMA PURGANS PRO EQUIS.

Rec. Sal. culin. Unc. quatuor ad octo, Aq. calid. Libr. decem ad viginti.

ENEMA PURGANS PRO VACCIS.

Rec. Sal. culin. Libr. unam, Aq. commun. Libr. duodecim ad sedecim.

ENEMA REFRIGERANS, s. Seri cum Nitro. Kühlendes Klyſtier.

Augustin: Rec. Decoct. Hordei Unc. decem, Nitri Drachm. unam, Mellis Unc. unam; Vel: Seri Lactis Unc. quatuor, Nitri Drachm. unam, Oxymell. simpl. Unc. unam. — Richard: Rec. Seri Lactis Libr. unam, Pulp. Melon. Unc. quatuor; coque ad tertiae part. remanent., colaturae adde Mellis rosat. Unc. duas. — Saunder: Rec. Nitri Drachm. semis, Dec. Sem. Lini Unc. quinque, Ol. Lini, Oxymell. simpl. āā Unc. unam.

ENEMA RESOLVENS. Löſendes Klyſtier.

Brera: Rec. Decoct. Hordei Unc. sex, Sapon. Venet. Drachm. unam, Mellis Drachm. sex. — Kopp: Rec. Calomel. Gran. unum ad quatuor, Gummi Arab. Unc. semis, Aq. Valer. Unc. duas. — Saunder: Fl. Chamom. Unc unam, Aq. commun fervid. Unc. decem, infunde per quadrantem horae, colaturae Unc. novem adde Ol. Lini Unc. duas, Mell. Unc. unam, Nitri Drachm. unam. — Spielmann: Rec. Fol. Malv. Manip. unum, Aq. commun. Unc. sedecim, coque ad Unc. duodecim, cola, adde Sapon. Ven. Drachm. duas.

ENEMA RESOLVENS VISCERALE.

Kämpf: Rec. Furfur. tritici Unc. unam, Taraxaci totius Unc. tres, coque ex Unc. sedecim ad Unc. octo, sub finem adde Flor. Chamom., Rad. Valer. āā Drachm. duas. Secundum Bärensprung: Rec. Rad. Valerian., — Taraxaci, — Saponariae āā Unc. duas, Hb. Centaur min., — Marubii, — Menth. Pip. āā Unc. unam, Flor. Tanaceti Unc. semis, — Chamomill., — Arnicae, — Millefol. āā Unc. semis; species, cum Aq. fervid. coquendae et infundendae.

ENEMA REVELLENS.

Rec. Decoct. Hord. Unc. decem, Pulv. Rad. Scillae Drachm. unam.

ENEMA ROBORANS vid. Enema Chinae. (p. 364)

ENEMA SABADILLAE, s. contra Ascarides.

Swediaur, Augustin. Rec. Sem. Sabadill. Drachm. duas, Aq. commun Unc. decem, coque ad Unc. septem, adde Lact. vaccini Unc. septem.

ENEMA SALINUM vid. Enema purgans cum Sale communi. (p. 367)

ENEMA SANATIVUM Bate.

Rec. Pedum Ovill. N°. 12, Lumbric. praep. Unc. duas, Hb. Hyperic. Man. quatuor, — Alth., — Consol. maj. āā Manip. tres, Rad. Tormentill. Unc. quatuor, Aq. commun. q. s. Decoque pro Enemate.

ENEMA SAPONIS MOLLIS Nosoc. St. Barthol.

Rec. Sapon. moll. Drachm. sex, Aq. fervid. Unc. sedecim.

ENEMA SEDANS, s. sedativum.

Swediaur: Rec. Ol. Olivar. vel Lini Unc. quatuor, Laudan. liq. Sydenh. Gutt. 40 ad 60; vel: Amyli Drachm. unam et semis, Aquae ferv. Unc. sex, Laudan. liq. Sydenh. Drachm. unam. (Similia sunt Enema anodynum et Opiatum.)

ENEMA SEDANS ET ADSTRINGENS Brera.

Rec. Inf. Fl. Chamom. Unc. quatuor, Vitell. Ovor. duorum, Diascordii Drachm. unam.

ENEMA SEDANS ET EMOLLIENS.

Ph. milit. Danic. Rec. Vitell. Ovorum Unc. semis, Ol. Olivar. Drachm. duas. — Brera: Rec. Ol. Lini, Ol. Amygd. dulc. āā Unc. unam; vel: Vitellos Ovorum duorum, Ol. Rosarum, Ol. Chamom. āā Unc. tres. — Pierquin: Rec. Furfuris bene loti Manip. dimid., Aq. commun. Libr. duas, coque ad

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0390-1
DFG

dimidium, colaturae adde Vitellos Ovorum tres ad quatuor.

ENEMA SENNAE vid. Enema purgans.

ENEMA SERI CUM NITRO Augustin vid. Enema refrigerans. (p. 368)

ENEMA STIBIATUM Ferrarini.

Rec. Fol. Senn., Sal. mirab. Glaub. aa Unc. semis, Tartar. emet. Gran. duodecim, Aq. commun. Unc. decem. (Confer Enema Vini antimonialis irritans)

ENEMA STIMULANS.

Ph. Lusit. ed. Pinto. Rec. Decoct. Spec. stimulantium Libr. unam, Vini Nicotianae Unc. semis, Pulv. Scillae Drachm. unam. — Gray: Rec. Pulp. Colocynth. Drachm. unam, coq. cum Aq. commun. Libr. una, colaturae adde Sal. commun., Syr. domest. aa Unc. unam.

ENEMA STIMULANS PRO EQUIS Gray.

Rec. Sal. commun. Unc. octo, Ol. Lini Unc. quatuór, Aq. commun. Libr. duodecim ad sedecim.

ENEMA SULPHATIS MAGNESIAE vid. Enema purgans cum Sale amaro. (p. 367).

ENEMA TABACI, s. tabacinum, s. Nicotianae, s. irritans. Tabaksklyſtier. *Lavement de Tabac.*

Ph. Ruth. castr. Rec. Hb. Nicotian. Unc. semis, Aq. ferv. Unc. decem, infunde per quadrant horae, cola. — Ph. Gall. mil. Rec. Hb. Nicot. Unc. unam, Aq. commun. Libr. duas, coque leviter et adde colaturae Tartari emetici Gran. duodecim. — Ph. Lond. (1836) Rec. Hb. Nicotian. Drachm. unam, Aq. ferv. Unc. sedecim, macera per horam et cola. — Ellis, Niemann: Rec. Hb. Nicotian. Drachm. unam, Aq. ferv. q. s. ut colat. Unc. octo obtineatur. — Gray: Rec. Hb. Nicotian. Scrup. duos, Aq. ferv. Unc. tredecim (Rennie Unc. duodecim). — Ferrarini: Rec. Hb. Nicotian. Drachm. unam et semis, Sal. amar. Drachm. duas, Aq. commun. q. s. ut sit col. Unc. octo. — Richard: Rec. Hb. Nicotian. Unc. unam, ebulliant cum Aq. commun. Libr. una, colaturae adde Terebinth. cum Vitell. Ovi subact. Drachm. duas, Sal. commun. Unc. duas.

ENEMA TANACETI Augustin.

Rec. Hb. Tanacet., Rad. Valer. aa Drachm. tres, infunde Aq. fervid. Unc. octo, colaturae admisce Asae foetid. cum Vitello Ovi subactae Drachm. semis, Ol. Tanacet. Drachm. unam.

ENEMA TEMPERANS vid. Enema leniens formulam Fougueti.

ENEMA TEREBINTHINAE, s. terebinthinatum, s. leniens, s. balsamicum. Terpenthinklyſtier.

Van Swieten: Rec. Terebinth. commun. Drachm. unam, Vitellum Ovi recentis, bene mixtis adde Theriacae Unc. semis, Lactis calidi Unc. quatuor. — Augustin: Rec. Lactis Unc. octo, Terebinth. Ven., Vitello Ovi subact., Elect. Theriac. aa Unc. semis, Mellis rosat. Unc. unam. — Nosoc. St. Barthol. Rec. Terebinth. commun. Unc. semis, Vitellum Ovi, Decoct. Hordei (vel Lini aliorum) Unc. decem.

ENEMA TEREBINTHINAE Ph. Lond. (1836)

Rec. Ol. Terebinth. Unc. unam, Vitell. Ovi q. s. (unum) tere addendo Decoct. Hord. Unc. undeviginti.

ENEMA TEREBINTHINATUM cum Opio vid. Enema balsamicum cum Opio. (p. 364)

ENEMA TONICUM et ANTISPASMODICUM Brera.

Rec. Infus. Fl. Chamom. Unc. quatuor, Asae foetid., Vitello Ovi subact., Scrup. unum, Pulv. Cort. Chin. Unc. semis. (Confer Enema Chinae cum Opio.)

ENEMA VERMIFUGUM, s. ad ascarides. Wurmtreibendes Klyſtier. *Lavement anthelminthique.*

Richard: Rad. Filic. maris Unc. unam, Summit. Absinth., — Tanacet. aa Manip. semis, coque cum Aq. commun. Libr. una, cola et adde Ol. Ricini Unc. unam; vel: Camphor. Drachm. unam, Ol. Oliv. Drachm. duas (*Ellis Unc. duas*). — Swediaur: Rec. *Vini rubri Unc. sex, Sal. commun. q. s. ut* saturetur (circiter Unc. duas); Vel: Hb. Tanaceti Unc. semis, Aq. commun. Unc. octo; coque ad Unc. sex (rectius infunde fervidas.). Simili indole atque mixtione gaudent Enema anthelminthicum, Sabadillae, cet.

ENEMA VINI ANTIMONIALIS IRRITANS Ph. Hisp.

Rec. Vini antimoniati (Ph. Hisp.) Unc. quatuor, Aq. commun. Unc. octo.

ENEMA VISCERALE.

Vogt: Rec. Sal. Seignett., Extr. Tarax. liq. aa Drachm. quinque, solve in Infus. Fl. Sambuc. Unc. quinque. Dentur tales doses sex. Kämpf vid. Enema resolvens viscerale.

ENS MARTIS, nomen antiquatum pro Sale Ammoniaco martiato, quod methodo satis incerta obtinebatur. Salis Ammoniaci Unciae octo cum Limaturae Martis Unciis quatuor mixtae et aqua irroratae per dies aliquot aeri humido exponebantur, tum post exsiccationem in balneo arenae sublimationi subjiciebantur. Non nisi parva copia Salis Ammoniaci decomposita et in Chloridum Ferri transmutata est. Vide formulam concinniorem voce: Flores Salis Ammoniaci martiales.

ENS VENERIS, s. Ens Veneris Boylei, idem atque praecedens significabat, paulum diversa tamen via obtentum. Vitrioli viridis Unciae sex bene ad albedinem ustae atque aqua fervida elotae cum Salis Ammoniaci Libra una sublimationi subjectae Sal exhibent flavum, ferruginosum, incerta copia Chloridi Ferri praeditum. Vide quoque Flores Salis Ammoniaci martiales.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0391-7

EPICARPIA FEBRIFUGA Bate.

Rec. Pulv. Rad. Hellebori *alb.* Unc. semis, Nitri Drachm. duas, Pulp. Ficuum q. s. ut fiat Massa cataplasmatis instar. Carpis adhibetur ante Paroxysmum Tertianae.

EPICERASTICA remedia dicuntur, quae vim habent temperandi et obtundendi malignitatem humorum dyscrasia infectorum, e. gr. ichorescentiae salinae, exsudationum ulcerosarum, corrodentium.

**EPITHEMA**, Aufſchlag, *Epithème*, vox e Graeca lingua oriunda a verbo ἐπιτίθεσθαι, quod imponere significat, medicamentum est externum, sive liquidum, dilutius, sive conspissatum, solidius. Humores sunt Aquae stillatitiae, Spiritus tenuiores, moles quibus spissefieri solent, sunt Theriaca, Conservae, Confectiones, Pulveres.

Corio sive panno illinitum (saepius regioni hypocardiacae) imponitur. Mynsichti, Mangeti cet. scripta scatent formulis variis, merito oblivione obrutis.

EPITHEMA contra ABORTUM Bate.

Rec. Succ. Cydon. Libr. unam, Vini rubri austeri Unc. quatuor, immerge panem tostum pulvere sequenti inspergendum: Rec. Nuc. Moschat. Drachm. unam, Cinnamom. Drachm. duas, Macid. Gran. decem. Umbilici regioni imponitur.

EPITHEMA ALUMINOSUM *Fuller.*

Rec. Alum. ust. Unc. semis, Mellis rosat. q. s., Nuc. Moschat. Drachm. unam. In dolore dentium laudatur.

EPITHEMA AMMONIACI Gray.

Rec. Ammoniaci Unc. tres, Aceti Scill. q. s., solutioni adde Extr. Cicutae Drachm. duas, Extr. Saturni Drachm. unam.

EPITHEMA ANODYNUM Fuller.

Rec. Spir. Vini rectif. Unc. quatuor, Camphor. Drachm. semis, Opii Drachm. duas.

EPITHEMA ANTIARTHRITICUM Bories.

Rec. Aq. Regin. Hungar. (p. 69) Unc. octo, Spir. Salis Ammon. Unc. semis, Camphor. Drachm. duas, Opii Drachm. semis, Sapon. Venet. Unc. unam et semis.

EPITHEMA ANTIHYSTERICUM Zimmermann.

Rec. Sem. Anisi viridis Drachm. duas, Theriacae Unc. duas, Ol. Caryophyll. Gutt. octo, Spir. Vini camphor. q. s.

EPITHEMA Avicennae sec. Fuller.

Rec. Cinerum e Ligno Unc. duas, Aceti Unc. octo; misce in formam lixivii, quo panni tinguntur et expressi applicantur.

EPITHEMA DE CALCE Fuller.

Rec. Calcis Unc. duas, Mellis q. s.

EPITHEMA CEPHALALGICUM Fuller.

Rec. Aq. Rosar. rubr. Unc. quatuor, Acet. Rosar. Unc. duas, Ol. Rosar. Unc. unam, Albumen Ovi unum.

EPITHEMA CORDIALE.

Fuller: Rec. Aq. Hungaric Drachm. sex, Spir. Lavend. comp., Croci āā Drachm. duas, Balsam. Apoplect. Scrup. unum, Ol. Caryophyll. Gutt. decem. — Mynsichtius: Rec. Aq. Cinnamom., — Meliss., — Buglossi āā Unc. tres, Cornu Alcis (Cervi) calcin., Caryophyll., Nuc. Moschat., Cort. Citri āā Drachm. unam et semis, Lign. Aloës Drachm. unam, Margarit. praep., Corall. rubr. āā Drachm. semis, Sem. Majoran., — Basilic. āā Scrup. unum, Croci, Fl. Rorism. āā Gran. decem.

EPITHEMA CORDIALE LIQUIDUM Lemery.

Rec. Aq. Buglossi, — Scabiosae, — Cardui bened., — Oxalid., — Rosar. āā Unc. tres, Aq. Theriacalis Unc. unam, confect. Alkerm. Unc. semis, Pulv. diarrhodon. Abbat. Drachm. duas.

EPITHEMA FRONTALE Fuller.

*Aquosum:* Rec. Camphor. Gran. octo, Acet. Unc. unam, Aq. Rosar. Unc. septem; *lacteum:* Rec. Lact. muliebr., Album. Ovi āā Unc. unam, Opii Gran. decem, Camphor. Gran. quinque. Conquassando Albumen admisce.

EPITHEMA Goulardi sec. Gray.

Rec. Conserv. Rosar. Unc. unam, Mellis rosat., Acet. Saturn., Tinct. Opii āā Drachm. duas.

EPITHEMA IN GANGRAENA Ettmulleri.

Rec. *Litharg.* Unc. sex, Myrrh., Oliban., Extr. *Aloës aq*, *Mastich.* āā Unc. semis, Fl. Rosar. *rubr. Manip.* duos, *Aq. Calcis Libr.* tres, Acet. Vini Libr. unam; coque ad solutionem Lithargyri, sub finem adde Camphor. Unc. semis.

EPITHEMA AD INFLAMMATIONES Kleinii.

Rec. Hb. Alliariae, — Sabin., — Rutae, — Scordii āā Manip. unum, Myrrh., Oliban., Mastich. āā Unc. semis, Camphor. Drachm. duas, Croci Drachm. unam.

EPITHEMA LENIENS Schmidt.

Rec. Hb. Alth., *Hb.* Hyosc. nigr. āā Unc. unam, Micae Panis alb. Unc. tres.

EPITHEMA NICOTIANAE vid. Cataplasma vomitivum. (p. 160)

EPITHEMA RUBEFACIENS Ellis.

Rec. Liq. Ammonii carbon. aquos. Unc. semis, Spir. Vini camphor. Unc. quatuor, Ol. Junip., — Succin. āā Drachm. duas. Confer Unguentum Piperis nigri.

EPITHEMA DE SACCHARO SATURNI Fuller.

Rec. Aceti Unc. sex, Sacch. Saturn. Unc. unam, solve. Lintea dupplex immersa imponitur, tepefacta commutatur.

EPITHEMA SAPONACEUM Fuller.

Rec. Spir. Lumbric. Unc. sex, Spir. Cochlear. Drachm. duas, Spir. Sal. Ammon. Drachm. sex, Sapon. Ven. Unc. unam et semis, Camphor. Drachm. sex, Opii Drachm. unam, Croci Drachm. semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0392-2
DFG

EPITHEMA SOPORIFERUM Mynsichti.
Rec. Aq. Nuc. Moschat., — Lactucae āā Unc. sex, Sem. Papav. alb. Unc. semis, Sem. Hyosc., — Anethi āā Drachm. duas, Rad. Cynogloss. Drachm. semis, Flor. Enulae, — Nymph. citrin, — Violar. āā Scrup. unum.

EPITHEMA STOMACHICUM Bate.
Rec. Hb. Absinth., — Menth. āā Manip. duos, Macid. Drachm. tres, contunde, fiat sacculus immergendus Aceto Rosaceo, expressus et calidus ventri admoveatur.

EPITHEMA TEREBINTHINAE Gray.
Rec. Mellis, Terebinth. commun. āā Unc. unam, Farin. tritic. q. s.

EPITHEMA VERMIFUGUM.
Rec. Aloës Drachm. unam, Theriac. Andromachi Drachm. semis, Tinct. Absinth q. s. Corio illitum guttulis Olei aetherei Absinth. adspergitur.

EPITHEMA VOLATILE Ph. Lond. 1762.
Rec. Terebinth. commun., Spir. Sal. Ammon. āā q. v. In mortario terendo miscentur, Spir. Sal. Ammon. guttatim instillatur.

**EPULOTICA** ab ἐπὶ et οὐλή quod est cicatrix, medicamenta denominantur ad sananda et celeriter cicatricanda vulnera apta, uti Emplastrum album coctum, Emplastrum et *Unguentum Diapompholygos*, *Extractum Saturni* cet.

**ERRHINA**, s. **Ptarmica**, s. **Nasalia**, Nieſepulver, *Sternutatoires*, ab ἐν, in et ῥὶν, naris, deductum, remedia sunt pulverulenta vel liquida, irritantia, per nares aspiranda, sternutationem excitantia et eo muci excretionem promoventia. Suo loco Pulvis sternutatorius exponetur.

ERRHINUM ADSTRINGENS.
Pierquin: Rec. Aloës, Myrrh. āā Unc. unam et semis, Calc. viv. Drachm. unam, Minii (proh!) Drachm. semis, Alum. Scrup. quatuor, Cort. Granat., Balaust. āā Drachm. duas, Ol. Myrt., Aq. Rosar. āā Unc. duas et semis, Aq. Plantaginis (vel commun.) q. s. — Lemery dictum *solidum:* Rec. Boli Armen., Sang. Dracon., Corall. praep. āā Unc. semis, Rosar. rubr., Balaust. āā Drachm. tres, Vitriol. alb. Drachm. duas.

ERRHINUM CHYMICUM Fuller.
Rec. Turpeth. mineral. Scrup. semis, Rad. Liquir. Drachm. semis, Nuc. Moschat. Scrup. unum, Ol. Rorism. Gutt. duas.

ERRHINUM DETERGENS Fuller.
Rec. Decoct. Serpill. Unc. quinque, Tinct. Antiphthisic. Unc. unam, Tinct. Benzoës Drachm. semis.

ERRHINUM DE ELATERIO Fuller.
Rec. Elaterii pulv. Gran. quatuor, Aq. Rosar. Unc. unam, Ol. Nuc. Mosch. Gutt. duas.

ERRHINUM DE EUPHORBIO Fuller.
Rec. Pulv. Euphorb. Gran. decem, Vini alb. Unc. unam, Spir. Cochl. Drachm. duas, Ol. Majoran. Gutt. duas. Flocculis Gossypinis excipitur.

ERRHINUM HAEMOSTATICUM Pierquin.
Rec. Vitrioli alb., Alumin. āā Drachm. unam, Succi Urticae Unc. quatuor; vel: Vitrioli alb. Drachm. semis, Alumin. Drachm. unam, Borac. Gran. quatuor, Aq. Rosar. Unc. sex.

ERRHINUM LIQUIDUM Lemery.
Rec. Succ. Rad. Ireos nostratis, — Cyclamin., — Betae, — Brassic. mar. āā Unc. unam et semis, — Hb. Betonic., — Majoranae āā Unc. unam.

ERRHINUM SOLIDUM Fuller.
Rec. Confect. Hamech., Scammon. āā Drachm. duas, Euphorb. Gran. sedecim; fiat massa pastae, e qua formentur turundae, naribus indendae, ibique per horam detinendae.

ERRHINUM E SUCCIS Fuller.
Rec. Hb. Periclym., — Primul. Veris āā Manip. tres, — Beton. Manip. duos, — Majoran. Manip. unum. E contusis exprime succum, e vola manus inspirandum.

ERRHINUM VITRIOLICUM Fuller.
Rec. Aq. Majoran. Unc. unam, Vitriol. alb. Gran. decem.

**ESSENTIA**, Eſſenz, *Essence*, *medicamentum est liquidum plerumque extractione cum Spiritu Vini paratum.* Essentia ab esse dicitur, quia in ea vires praestantes et, ut ajunt, rei summa et caput continentur, quod quidem eo fit, quod Spiritus Vini materiarum inefficacium molem intactam relinquit, uti Amylum, Gummi, Albumen vegetabile, fibram ligneam, cetera. Quae in parandis essentiis potissimum respicienda sunt, ad vocem Tinctura exponentur. Non enim differunt a tincturis essentiae, et quae nobis tincturae audiunt, aliis essentiae. Hoc loco autem nullas formulas proposuimus, quam quae per longum tempus eo nomine inclaruerunt, inter quas plurimae formulae compositae vel magistrales inveniuntur. Essentias rectius concinnatas, et ad hodiernum scientiarum statum accomodatas inter Tincturas referemus.

ESSENTIA ABSINTHII simplex et composita, ACONITI spirituosa et aetherea vid. Tinctura.

ESSENTIA ACUSTICA Disp. Vienn.
Rec. Ovorum Formicarum Unc. unam, Castorei Unc. semis, Pulp. Colocynth., Sem. Levistici, Baccar. Junip., — Lauri decort. āā Drachm. duas, Hb. Majoranae, — Sabinae, — Serpilli, Rad. Helleb. nigr. āā Drachm. tres, Raphani recent., Ceparum āā Unc. unam et semis, Camphor. Drachm. unam; incisis, contusis affunde Spir. Vini rect. Libr. duas, post extractionem exprime et filtra.

ESSENTIA AEGAGROPILARUM Disp. Prag.
Rec. Lign. Aloës, — Sassafras, — Santal.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0393-8
DFG

citr. aa Unc. semis, Rad. Doronic. veri Unc. unam, Myrrh., Oliban., Mastich., Ladani, Storac., Bacc. Lauri aa Unc. semis, Cinnamom., Caryophyll., Cubebar., Macid., Nuc. Moschat. aa Drachm. unam et semis, Aegagropilarum Drachm. duas, Balsam. Indic. nigr. Drachm. semis, Cerebri humani Unc. unam et semis, mixtis affunde Spir. Lilior. Convall. Unc. sex, Cerebri humani Unc octo, Spir. Vini rect. Unc. novem. Essentia quondam percelebrata, in qua, quamquam Cerebrum humanum (sic!) addideris, cerebrum ipsum valde desideratur. Quid sibi volunt Aegagropilarum inefficacium Drachmae binae in tanta rerum mole?

ESSENTIA AGALLOCHI LIGNI vid. Tinctura Ligni Aloës.

ESSENTIA ALEXETERIA.

Fuller: Rad. Serpentar. Virg., — Contrajerv., — *Angelic.*, *Theriacae* aa Unc. semis, Myrrhae, Croci aa Scrup. quatuor, Coccionell. Scrup. duos, Tinct. Salis Tartari Libr. unam. — Mercklini: Rec. Rad. Angelic., — Carlin., — Tormentill., — Zedoar., — Contrajerv. aa Unc. semis, — Serpentar. Virgin. Drachm. duas, Spirit. Vini rectificat. q. s. (? Libr. unam.)

ESSENTIA ALEXIPHARMACA Huxhami vid. Elixir alexipharmacum Huxhami. (p. 284 et 300)

ESSENTIA ALEXIPHARMACA Disp. Vienn.

Rec. Hb. Scordii Unc. tres, Rad. Carlin., — Angelic., — Contrajerv., — Ostruthii, — Serpentar. Virg. — Pimpinell. alb., — Enul. aa Unc. unam, — Vincetoxici, — Dictamni aa Unc. duas, Spir. Vini rectif. Libr. sex. Digere, filtra.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA Marcus.

Rec. Rad. Zedoar., — Serpentar., — Angelic., — Pimpinell., — Saxifrag., — Dictamn. Cretic., Bacc. Junip., Cort. Citri aa Drachm. sex, Santal. rubr. Unc. unam. Conc. et cont. affunde Spir. Fl. Sambuc. rect. Libr. unam. Post sufficientem extractionem exprimatur. Expresso adde Ol. Tartar. ſoet. Unc. sex, Acid. sulphur. dilut. Unc. duas. M., post digestionem filtretur.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA Stahlii. Stahl's Gifteſſenz.

Rad. Angelic., — Imperator., — Enul. aa Unc. unam, Carlin., — Hirundinar., — Pimpinell. aa Unc. unam et semis, Hb. Scordii Unc. tres, Spir. Vin. rectif. Libr. duas et semis. Digere, exprime, filtra. Sec. Ph. Wirt. et Brunsv. Remedium quondam polychrestum. Paullum differt Ph. Palat. Rec. Rad. Angelic., — Imperator., — Enulae, — Carlin. Unc. semis, — Vincetoxici, — Pimpinell. alb. aa Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. unam. — Disp. Prag. Brand. addunt par pondus Tincturae Hb. Scordii. — Disp. Lipp. Rad. Vincetoxici, — Pimpinell. aa Drachm. sex, Hb. Scordii Unc. quatuor, Spir. Vini rectif. Libr. duas; cet. cum Palat. congruit. — Disp. Argent. Rec. Rad. Angelic., — Carlin., — Imperator., — Pimpinell. alb. aa Unc. semis, — Contrajerv., — Dictamni albi, — Enulae, — Valerian., — Vincetoxici aa Unc. unam, Spir. Vini rectif. Libr. quatuor et Unc. octo. — Van Mons: Rec. Cort. Winteran. Unc. unam, — Aurant. Unc. duas, Rad. Gentian. Unc. quatuor, Spir. Vini simpl. Unc. quadraginta duas.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA TEMPERATA Stahlii. Stahl's temperirte Gifteſſenz.

Rec. Rad. Pimpinell. alb., — Hirundinar. aa Unc. tres, Hb. Scordii Unc. duas, Spir. Vini rectif. Libr. tres. Destillando Spiritus partem tertiam elice et residuum serva. — Disp. Argent., Wirt. — Spielmannus miscet Tinct. Pimpinell. alb., — Vincetoxici aa Unc. unam, — Hb. Scordii Unc. duas.

ESSENTIA ALOËS vid. Tinctura Aloës.

ESSENTIA AMARA vid. Tinctura amara.

ESSENTIA AMBRAE, s. Ambrae griseae, s. Tinctura Ambrae. Ambraeſſenz. *Essence d'Ambre gris.*

Ph. Gall. (1818, 1837) Rec. Ambr. gris. Drachm. duas, — Spir. Vini rectif. Unc. unam, digere per dies sex et filtra. — Ph. Bor. ed. 5. Rec. Ambr. gris. Drachm. unam, Liq. anodyn. min. Hoffm. Unc. sex. — Taddei: Rec. Ambr. gris. Scrup. quatuor, Spir. Vini rectif. Unc. duas. Gray: Ambr. gris. Drachm. unam, Spir. Vini rectif. Unc. tres.

ESSENTIA AMBRAE AETHEREA. Aetheriſche Ambraeſſenz. *Essence éthérée d'Ambre gris.*

Ph. Gall. (1818, 1837) Rec. Ambr. gris. Part. unam, Naphthae Vitrioli Part. quatuor. — Ph. Saxon., Van Mons, Pfaff: Rec. Ambr. gris. Part. unam, Naphthae Vitrioli Part. sedecim.

ESSENTIA AMBRAE BALSAMICA Dippelii. Ph. Wirt.

Rec. Ambr. gris., Bals. Indic. nigr. aa Drachm. duas, Sal. Tartari Drachm. sex, trituratione intime mixtis adde Spir. Vini rectif. Unc novem. Primum digestione, tum ebullitione extrahantur, frigefacta filtro injiciantur.

ESSENTIA AMBRAE COMPOSITA AETHEREA Ph. Hass. vid. Essentia Ambrae liquida.

ESSENTIA AMBRAE LIQUIDA. Flüſſige Ambraeſſenz.

Ph. Wirt., Hass. (1806), Piderit: Rec. Ambrae gris. Scrup. unum, lenissimo igni liquato affunde Liq. anodyn. min. Hoffm. parum calefacti Unc. duas, adde Moschi Gran. quatuor. — Hass. (1827) Rec. Ambr. gris. Scrup. unum, in phiala caute liquato affunde Liq. anodyn. min. Hoffm. Unc. duas et semis, digestis adde Moschi Scrup. unum; stet per septimanam. — Ph. Herbip. Rec. Ambrae gris. Drachm. unam, Naphth. Vitrioli Unc. tres, Moschi Drachm. semis. — Disp. Brand. Rec. Ambrae gris. Drachm. unam, Moschi Gran. quindecim, Spir. Rosar. per fer-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0394-4
DFG

mentat. parati (vel Spir. Cerasor., vel Spir. Vini Gallici fort.) Unc. tres. — Disp. Brunsv. Rec. Ambrae gris. Drachm. unam, Moschi Gran. decem, Sacch. alb. Drachm. tres, Spir. Rosar. Unc. sex. — Disp. Vienn. Rec. Ambrae gris. Drachm. unam, Moschi Gran. decem, Aquae vitae (Spir. Vini simpl.) Unc. quatuor, Spir. Rosar. Unc. duas. (Aphrodisiacum.)

ESSENTIA AMBRAE Mindereri.

Ph. Palat., Prag., Ratisb. Rec. Elixir. Vitae Matthioli complet. Unc. duas, Spir. Cerasor. Unc. unam, Ambrae gris. Scrup. unum, Moschi Gran. quatuor. (Pertinet quoque ad Essent. Ambr. liquid.)

ESSENTIA AMBRAE MOSCHATA AETHEREA Schneideri.

Rec. Ambrae gris. Drachm. unam, Naphth. Vitrioli Unc. semis, stent per diem, adde Moschi Drachm. unam, Liq. anodyn. min. Hoffm. Unc. tres. (Laudatur in trismo neonatorum; pertinet ad Essent. Ambr. liquid.)

ESSENTIA AMBRAE CUM MOSCHO. Ambraeſſenz mit Moſchus.

Ph. Boruss. ed. 4. (in 5ta deest.) Rec. Essent. Ambrae (Ph. Bor.) Unc. tres, Tinct. Moschi Unc. unam. — Rennie: Rec. Ambrae gris. Drachm. unam, Moschi Gran. octo Spir. Vini rectifss. Unc. semis; *vel: Ambr. gris., Moschi āā Unc. semis, Sacch. alb. Drachm. unam, Ol. Caryophyll.* Gutt. decem, Bals. Indic. nigr. Gutt. viginti, Spir. Vini rectif. Unc. duas. — Henr.-Guib.: Rec. Ambr. gris. Gran. duodequinquaginta, Moschi Gran. viginti quatuor, Zibeth. Gran. decem, Ol. Cinnamom., — Lign. Rhod., — Rosar., — Flor. Aurant. āā Gran. quatuor, Sal. Tartar. Gran. duodecim, Spir. Vini rectss. Unc. tres. (Conferenda Essentia Ambrae liquida.)

ESSENTIA AMBRAE SICCA. Trockne Ambraeſſenz.

Ph. Wirt., Ratisb. Rec. Ambrae gris. Drachm. unam, Moschi in Spir. Rosar. soluti Gran. decem, Ol. Cinnamom. Gutt. quinque, Sacch. alb. Unc. duas. — Disp. Vienn. Rec. Ambrae gris. Drachm. unam, Moschi Gran. sedecim, Sacch. alb. Drachm. sex. — Spielmann: Rec. Ambrae Drachm. unam, Sacch. alb. Unc. unam.

ESSENTIA AMBRAE VERA Hoffmanni. Hoffmann's ächte Ambraeſſenz.

Disp. Argent., Triller: Rec. Ambrae, Alcali vegetab. caust. sicc. āā Drachm. duas, bene tritis affunde Spir. Rosar. q. s. (?)

ESSENTIA ANAGALLIDIS Disp. Brand.

Rec. Flor. Anagallid. parum siccatorum, Spir. Vini recens ab Anagallide abstracti q. s. ut superemineat; digere, filtra.

ESSENTIA ANTHELMINTHICA Michaelis.

Rec. Flor. Persicor., — Hyperic., — Tanacet. āā Unc. unam et semis, Rad. Filic. Unc. quatuor, — Graminis Unc. duas, Sem. Portulacc. Unc. semis, — Hyperic. Drachm. duas, — Cinae Drachm. quinque, — Nasturtii Drachm. tres; extrahe cum Spir. Graminis, Absinth., vel Tartari q. s. — Bärensprung: Rec. Sem. Cinae, Flor. Tanaceti āā Unc. unam et semis, Rad. Filicis maris Unc. duas, Hb. Gratiolae Unc. semis, Rad. Valerian. Drachm. sex, Spir. Vini rectif. Unc. quindecim.

ESSENTIA ANTIHYDROPICA Hoffmanni.

Ph. Wirt. Rec. Rad. Hirundinar., — Bryoniae āā Drachm. sex, Hb. Absinthii, Flor. Sambuci āā Unc. semis, Aloës Drachm. sex, Myrrh. Drachm. unam, Ammoniac. Drachm. tres, Macid., Caryophyll. āā Drachm. duas, Millepedum, Lumbric. terrestr. āā Drachm. unam et semis, Croci Drachm. unam, Sal. Ammoniac., Sal. Tartari āā Drachm. duas; conc., contus. infunde Aq. Flor. Sambuc. Unc. quatuor, Spir. Vini rectificatiss. Libr. unam et semis; dig., filtra.

ESSENTIA ANTIHYSTERICA, s. hysterica, s. Tinctura antihysterica.

Dicta Hoffmanni: Rec. Castor., Asae foetid. āā Drachm. duas, Spir. Cornu Cervi Unc. unam. — Ph. Amst. Rec. Castorei, Myrrh., Olibani āā Drachm. tres, Cort. Aurant. Unc. duas, Hb. Menth. pip., — Pulegii, — Rutae āā Unc. unam, — Sabinae Unc. semis, Croci Drachm. unam, Spir. Vini rectif. Libr. tres. — Disp. Paris. Rec. Castor., Asae foetid. āā *Unc. semis, Ol. Sabin.*, — Rutae āā Drachm. *semis, Ol. Succini Drachm. unam*, Camphor. Scrup. unum, Spir. Vini rectif. Unc. decem; destilla, liquorem elicitum residuo reaffunde additis Spir. Cornu Cervi Unc. duabus; destilla ad siccum. — Ph. Ferrar. Rec. Castor. Unc. semis, Asae foetid. Drachm. duas, Opii Drachm. semis, Ol. Succin. Drachm. unam, Spir. Vini rectif. Unc. quatuor, dig., exprime. — Spielmann: Rec. Castor. Unc. tres, Sal. volat. Cornu Cervi, Opii āā Drachm. semis, Asae foetid. Drachm. duas; dig., filtra. — Van Mons: Rec. Castor. Unc. semis, Asae foetid. Drachm. duas, Sal. Cornu Cervi Drachm. unam, Spir. Vini simpl. Unc. quatuor. (Confer Aq. Hirundinum cum Castoreo (p. 69), Elixir antihystericum (p. 286) et Spir. Castorei compositus.

ESSENTIA ANTISCORBUTICA, s. Tinctura antiscorbutica, s. Alcoholatum de Cochleariis, s. Tinctura cum Cochlearia composita. Scorbuttinctur. *Teinture antiscorbutique, Teinture de Raifort composée.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Rad. Cochlear. Armorac. Unc. octo, Sem. Sinap. nigr. Unc. quatuor, Sal. Ammon. Unc. duas, Spir. Vini rect., Spir. Cochlear. compos. āā Libr. unam, digere, cola cum expressione filtra. — Ph. Wirt., Brunsv. Rec. Rad. Ari, — Lapathi acuti āā Unc. unam, Hb. Trifol. fibr. Unc. unam, Sedi vermicular., — Centaur. min., Sem. Lapathi acuti āā Drachm. sex, Cort. Winter. Unc. duas, — Fraxini; — Sassafras, Myrrh. āā Unc. unam, Salis Tartari Unc. unam et semis, incisis infunde Spir. Cochlear. Libr. tres, digere, expressis adde Tinct. Succini Unc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0395-0
DFG

tres, Naphth. Vitrioli Unc. unam et semis; digere, filtra. — Disp. Hamb. Rec. Hb. Beccabung., — Cochlear, — Fumar., — Nasturt. aa Unc. unam, Rad. Galang., — Zedoar. aa Drachm. sex, Sem. Anisi Unc. semis, Hb. Centaur. min. Unc. semis, Spir. Cochlear. Libr. unam.

ESSENTIA ANTISCORBUTICA Scriptorum. Henry-Guib.: Rec. Rad. Armorac. Unc. quatuor, Sem. Sinap. nigr. Unc. duas, Sal. Ammon. Unc. unam, Spir. Vini rect., Spir. Cochlear. comp. aa Unc. octo, digere leni calore, exprime, filtra. — Michaelis: Rec. Hb. Fumar. Manip. quatuor (Unc. duas), — Epithym. Unc. unam, Rad. Polypod., — Enulae, — Lapathi maj. aa Unc. quatuor, Spir. Vini rect. q. s. (Libr. tres ad quatuor). — Richard: Rec. Fol. rec. Cochlear. Unc. octo, Rad. Armorac Unc. unam, Spir Vini rect. Unc. decem; destilla ex balneo Aquae.

ESSENTIA ANTISEPTICA Huxhami vid. Elixir alexipharmacum Huxhami. (p. 284 et 300)

ESSENTIA APERITIVA.

Erbeni: Rec. Sal. Tartari Unc. duas, Sal. Ammoniac. Unc. unam, Spir. Vini opt. Unc. tres, Cort. Aurant, — Citri aa recent. Unc. quatuor, digere et destilla. — Dicta Michaelis mixtio est innumerabilium Herbarum et Seminum.

ESSENTIA APHRODISIACA.

Rec. Rad Ninsi, — Pyrethri aa Drachm. sex, Vanill. *Drachm. unam, Sem. Ammi*, — *Cardamom. min.*, — Cubebarum, Cantharid. aa Drachm. semis, Spirit. Formicar. Libr. unam, Coccionell. Drachm. unam. — Wedelii: Rec. Chocolad. Unc. tres, Confect. Alkermes Unc. unam, Pulv. Canthar. Scrup. unum, Spir. Magnanimitat. q. s.

ESSENTIA ARTHRITICA Disp. Brand.

Rec. Rad. Aristoloch. rot., — Gentian. rubr., — Enulae, — Sassaparill. aa Unc. unam, Hb. Betonic., — *Chamaedr.*, — Chamaepit., — Trifol. fibrin. aa *Drachm.* sex, Flor Anagall. purp., Hb. Centaur. min., — Hyperic. aa Unc. semis, — Rorism., — Salviae aa Drachm. duas, Ligni Sancti, — Sassafras aa Unc. unam et semis, Costi Arab. Drachm. duas; infunde Spir. Lumbricor. terrestr. ad eminentiam quatuor digitorum, digere, filtra adde Sal. Viperar. Volat. Drachm. duas.

ESSENTIA ARTHRITICA EXTERNA Stahlii. Disp. Brand. Rec. Fol. Sideritid. Unc. unam, Flor. Stoechad. citr. Unc. semis, infunde Aquae Arquebusatae extern. ad eminentiam parem sedimento; filtra.

ESSENTIA ASTHMATICA Le Mort.

Rec. Mell. opt., Rad. Liquir. aa Unc. quatuor, Flor. Benzoës, Opii aa Drachm. unam, Camphor. Scrup. duos, Ol. Anisi Drachm. semis, Sal. Tartari Unc. unam, Spir. Vini rect. q. s. (Libr. duas.)

ESSENTIA BALSAMICA Gmelini.

Rec. Cort. Aurant., — Citri aa Unc. duas, Cinnamomi, Nuc. Mosch. aa Drachm. quinque, Caryophyll. arom. Drachm. duas, Sal. Ammon., Ciner. clavell. aa Unc. quindecim, Spir. Vini simpl. Libr. quatuor; infunde et destillatione elice Libr. duas et semis, quas infunde Cort. Aurant. et Citri aa Unc. tribus, digere, filtra.

ESSENTIA BEZOARDICA Disp. Brand.

Rec. Rad. Angelic., — Carlinae, — Enulae, — Meu, — Ostruthii, — Petasitid., — Tormentill. aa Unc. semis, — Valerian., — Vincetoxici aa Drachm. tres, Hb. Galegae, — Rutae, — Scordii aa Drachm. duas, Cort. Aurant. Unc. semis, Myrrh. Unc. unam et semis, Camphor. Drachm. tres, Croci Unc. semis, Ligni Aloës, Santalorum omnium aa Drachm. tres, Spir. Junip. rect., — Sambuci, — Theriacalis camphorati, — Cornu Cervi aa Unc. quatuor; digere per quatriduum, exprime, affunde Spir. Vini tartarisati ad eminentiam digiti, iterum digere et exprime.

ESSENTIA BEZOARDICA ALBA *Disp.* Hamb.

Rec. Spir. Cornu Cervi rect., — Vini rect. aa Libr. unam, Sal. Cornu Cervi Unc. tres, destilla l. a. per alembicum.

ESSENTIA BEZOARDICA HALLENSIS Spielmann.

Rec. Rad. Angelicae, — Enulae, — Pimpinellae, — Carlinae, — Contrajervae, — Vincetoxici, — Fraxinellae, — Imperatoriae, — Valerianae aa Unc. unam, Spir. Vini rectif. *Unc. viginti.*

ESSENTIA BEZOARDICA Ludwigii, s. Ludovici; s. Tinctura bezoardica Ludovici.

Ph. Wirt. Rec. Rad. Angelicae, — Carlinae, — Enulae, — Fraxinellae aa Unc. unam, Myrrh. Drachm. sex, Croci Drachm. duas, Castorei Drachm. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta, in colatura solve Opii Drachm. unam et semis.

ESSENTIA BEZOARDICA Michaelis.

Ph. Ratisb., Wirt. *Rec. Rad.* Zedoar. Unc. duas, — Angelicae, — Pimpinellae, — Valerianae, — Vincetox., — Calami aromat. aa Unc. unam, Costi, Cort. Citri recent., Bacc. Junip. aa Unc. duas, Myrrh. Unc. tres, Hb. Scordii Unc. unam et semis, — Meliss., — Millefol., — Rutae aa Unc. semis, Camphor. Unc. unam, Theriac. Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. sex, digere, adde post septimanam Aq. comm. Libr. duas, abstrahe spiritum destillatione; hujus Spiritus recipe Libr. duas, Spiritus Tartari *Libr.* semis, Spir. Vitrioli Unc. tres, misce et tinge bacca Paridis quadrifoliae, filtra.

ESSENTIA BEZOARDICA OFFICINALIS ORDINARIA.

Ph. Wirt., Palat. Rec. Rad. Zedoar., — Serpentar. Virg., — Angelic., — Pimpinell., — Hb. Scordii, — Dictamni cretici, Baccar. Junip., Cort. Citri, Myrrh. aa Drachm. sex, Santali rubr. Unc. unam, affunde Spir. flor. Sambuc. rect. Libr. unam, digere, exprime,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0396-6
DFG

adde colaturae Spir. Tartari Unc. sex, — Vitrioli Unc. duas, Camphor. Unc. semis.

ESSENTIA BEZOARDICA WEDELII Disp. Ratisb. merito omittitur pro inconcinnitate mixtionis atque similitudine earum, quae jam descriptae sunt.

ESSENTIA CARMINATIVA, s. Tinctura Carminativa, Disp. Fuld.

Rec. Canell. alb. Unc. unam, Rad. Galang., — Zedoar. āā Drachm. sex, Sem. Cardamom. min. Drachm. tres, Spir. Vini rectif., Libr. unam.

ESSENTIA CARMINATIVA JANSONII. Disp. Hamb.

Rec. Costi dulc. Unc. duas, Cort. Citri, — Cinnamomi, Caryophyll., Macid., Cardam. min., Sem. Carvi āā Unc. unam, Spir. Vini Unc. viginti, exprime, filtra.

ESSENTIA CARMINATIVA TRILLERI.

Rec. Hb. Millefol., — Menth. crisp., — Meliss., — Anthos, — Majoran., — Salviae hort., Flor. Chamom. vulg. et Roman. āā Unc. semis, Cort. Aurant. rec. Unc. tres, Sem. Cardamom. Unc. duas, — Foenic. Unc. unam, — Carvi, — Cumini āā Unc. semis, Spir. Vini rectif. Libr. quatuor (sequentis persimilis).

ESSENTIA CARMINATIVA WEDELII, s. *Tinctura Zedoariae composita.* Zuſammengeſetzte Zittwertinctur. *Tincture de Zedoaire composée.*

Disp. Brunsv., Ph. Hann. 1819 (1833 omittit), Wirt. Rec. Rad. Zedoariae Unc. quatuor, — Carlinae, — Calami arom., — Galang. āā Unc. duas, Flor. Chamom. Rom., Sem. Anisi, — Carvi āā Unc. unam, Caryophyll., Bacc. Lauri āā Drachm. sex, Macid. Unc. semis, Cort. Aurant. Unc. unam, Spir. Cort. Citri Libr. quatuor et semis, Spir. Nitri dulc. Unc. duas et semis; infunde per dies sex, exprime et filtra. — HENRY-GUIB. falso Spir. Citri Unc. Septuaginta duas scripsere, Libram civilem cum medicinali confundentes. — Ph. Palat., Prag., Ratisb. Rec. Rad. Zedoar. Unc. quatuor, — Carlin., — Galang. āā Unc. duas, Cort. Aurant., Sem. Anisi, — Carvi, Flor. Chamom. Rom., Caryophyll. arom., Bacc. Lauri, Rad. Calam. āā Drachm. sex, Macid. Unc. semis; infunde Spir. Cort. Citri Libr. octo cum Acidi Nitrici Unc. duabus acidulati. — Ph. Saxon. Rec. Rad. Zedoar. Unc. quatuor, — Carlinae Unc. duas, — Calam. arom., — Galang. āā Unc. unam, Flor. Chamom. Rom., Cort. Aurant., Sem. Anisi, — Cumini āā Scrup. duos, Caryophyll., Bacc. Lauri, Macid. āā Unc. semis, extrahe cum Spir. Cort. Citri Libr. quatuor et semis, Spir. Nitri dulc. Unc. duabus et semis.

ESSENTIA CASTITATIS mixtio quisquiliarum oblivione dignissima.

ESSENTIA CATHOLICONIS PURGANS Disp. Hamb.

Rec. Radicis Jalappae et Scammonii magnae copiae virtutem suam debet.

ESSENTIA CEPHALICA.

Disp. Edinb. Rec. Rad. Paeoniae Unc. duas, — Casumunar. (I, 228), — Dictamni alb. āā Drachm. sex, — Valerian., Visci quercini āā Unc. unam, Stercoris Pavonis (!) Unc. semis, Vini alb. Libr. sex; fit *cephalica purgans* addendo Fol. Senn. Unc. duas, Rad. Helleb. Unc. unam, Vini alb. Libr. duas. — Disp. Vienn. Rec. Nuc. Mosch., Rad. Galang. āā Unc. unam et semis, Macid. Cinnamom., Caryoph., Cubebar., Hb. Rorismarin., — Majoran., — Origani cum flore, — Betonicae, Flor. Lavend. āā Unc. unam, Spir. Meliss. Libr. quatuor — Ph. Wirt. Rec. Rad. Calami aromat. Drachm. tres, Hb. Betonic., — Mari Veri, — Salv., Flor. Lavend. āā Drachm. duas, Ligni Aloës, — Santali citr., Cort. Culilawan āā Drachm. tres, — Cinnamomi acuti, Nuc. Moschat., Cubebar., Cardamom. min., Caryophyll. āā Drachm. duas, Aq. apoplecticae, Elixir Vitae MATHIOLI āā Unc. octo, digere, exprime, filtra.

ESSENTIA CEPHALICA BALSAMICA Disp. Vienn.

Farraginem continet omnium fere aromatum, resinarum et Oleorum volatilium; merito obsolevit, sicut etiam Essentia cephalica CNOEFFELII.

ESSENTIA CHINAE COMPOSITA vid. Elixir roborans WHYTTII. (p. 300)

ESSENTIA CHINAE COMPOSITA HERWIG.

Rec. Cort. Chinae Unc. tres, Rad. Serpent. Virg. Unc. duas, — Contrajervae Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sedecim.

ESSENTIA CITRINA LAXANS FULLER.

Rec. Tinct. Sal. Tartari Libr. semis, Pulv. Rad. Jalapp. Unc. duas, Caryophyll. Gran. triginta duo, Croci Gran. sedecim; digere, filtra.

ESSENTIA CLARETI Disp. Hamb.

Rec. Cinnamom. Unc. duas, Caryophyll. Unc. semis, Cardamom. Unc. unam, Rad. Zingib. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. viginti.

ESSENTIA CORDIALIS HYSTERICA FULLER.

Rec. Ol. Caryophyll. Gutt. 30, Ol. Succini Gutt. sex, Ol. Anisi Gutt. quatuor.

ESSENTIA DIURETICA FUESTII.

Rec. Bacc. Junip. contus. Unc. quatuor, Sal. Tartari, Sal. Ammoniaci āā Drachm. unam, Aq. Sambuc., — Cochlear āā Unc. tres, Spir. Junip. Unc. duas, — Tartari foetidi Unc. unam, digere, filtra.

ESSENTIA DULCIS.

Ph. Wirt. Rec. Terrae foliat. Tartari Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. duas, Aq. comm. Unc. unam et semis, coque in vase figulino ad colorem fuscum, tum infunde Spir. Vini rect. Libr. unam, et adde Aluminis Unc. duas, Aq. commun. Unc. tres. — CADET omittit Alumen et Aquam. — Essentia dulcis rubra BIERLING memoratione non satis digna.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0397-2
DFG

ESSENTIA FULIGINIS Clauderi vid. Tinctura Fuliginis Clauderi.

ESSENTIA ITALICA Henry - Guibourt.
Rec. Cinnamom. Unc. tres, Cardamom. maj., Rad. Galang. āā Unc. duas, Caryophyll., Rad. Zingiber. āā Unc. semis, Piper. longi Drachm. tres, Nuc. Moschat. Drachm. duas, Mosch., Ambr. gris. āā Gran. quatuor, Spir. Vini rect. Libr duas et semis; contusa digere per dies quatuordecim, cola cum expr., filtra.

ESSENTIA MARTIATA APERITIVA Ph. Wirt.
Rec. Rad. Galang, — Calam. arom., — Zedoar., Cinnamom. acuti āā Drachm. duas, Flor. Hyperic., — Tanaceti āā Drachm. unam, Limaturae Martis Unc. semis, mixtis infunde Spir. Vini rect. Unc. sex, — Vitrioli Unc. semis; digere, filtra. (Confer Tincturas Martis.)

ESSENTIA MASSAE PILULARUM DE CYNOGLOSSO Stahlii.
Rec. Massae Pilularum e Cynoglosso Unc. duas, Spir. Vini rectificatiss. Unc. sex, extrahe, filtra.

ESSENTIA MELAMPODII.
Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. duas, Coccionell. Scrup. unum, Spir. Vini rect. Libr. unam.

ESSENTIA AD MELANCHOLIAM Tabul. Smaragd.
Rec. Extr. Mart. Unc. unam et semis, Extr. Rhabarb., — Hellebor., Vitrioli Martis āā Unc. semis, Arcan. Tartari liquid. Unc. unam et semis, Spir. Nasturtii aquat. Libr. semis, — Cochlear. Unc. tres.

ESSENTIA MUMIAE PURIFICANS Clauderi.
Rec. Mumiae Aegypt, Sal. Tartari āā Unc. unam, Aq. Fumar. Libr. unam.

ESSENTIA NEPHROCATHARTICA.
Rec. Rob Alkekengi, — Cynosbati, — Juniperi āā Unc. semis, Spir. Bacc. Junip. Unc. septem, — Fragorum Unc. tres, Aq. Cinnamom Unc. duas, Syr Granor Chermes. Drachm. unam, Philon Roman. Unc. semis, digere, decantha, adde Tinct Tartari Unc. unam.

ESSENTIA OCULORUM CANCRI Bate.
Triller: Rec. Oculor. cancri pulv. Unc. quatuor, Aceti Unc. sedecim, extrahe, filtra. Continet ergo Calcariam aceticam.

ESSENTIA ODONTALGICA Stahlii. Disp. Brand.
Rec. Myrrh. Unc unam, Spir. Cochlear. Unc. sex, Tinctur. Succini Unc. duas.

ESSENTIA ODORATA PRO FORNACE vid. Spiritus.

ESSENTIA PECTORALIS SACCHARATA. Disp. Vienn.
Rec. Hb. Capill. Ven., — Rocell., — Hederae terrestr. āā Drachm. duas, Rad. Enulae, — Ireos Flor., — Liquirit. āā Unc. semis, Styr. calam., Croci āā Drachm. unam, infunde Spir. Anisi Libr. unam, digere, exprime, adde Sacch. candi rubri Unc. tres cum Unc. tribus Spiritus Anisi deflagrati ad solutionem.

ESSENTIA POPULI VULNERARIA Ph. Wirt.
Rec. Ocul. populi rec. Libr. semis, Spirit. Vini rectif. Libr. unam et semis, extrahe, exprime, filtra.

ESSENTIA POLYCHRESTA Gundelsheimeri vid. Essentia stomachica polychresta Gundelsh.

ESSENTIA SALUTIS Disp. Brand.
Rec. Rad. Scorzonerae Hisp, — Zedoar., — Gentian āā Unc. unam, — Enulae Unc. unam et semis, — Contrajerv., — Serpentar. Virgin., — Imperator., — Angelic. āā Unc. semis, Hb. Absinth., — Card. ben. āā Drachm sex, — Centaur. min., — Rutae, — Scordii, — Veronicae, — Meliss., — Rorismar. āā Drachm. duas, Bacc. Junip. Unc. unam, Cort. Citri, — Aurant., Myrrh. āā Drachm. duas, Spir. Vini Gall. Mensur. sex, digere, filtra.

ESSENTIA SALUTIFERA Disp. Edinb.
Rec. Rad. Angelic., — Calam., — Galang., — Gentian., — Zedoar., Bacc. Lauri, Cardamom. min, Cinnamom. acuti, Piper. longi āā Drachm. unam, Spir. Vini Gall. Libr. duas.

ESSENTIA DE SCORDIO COMPOSITA, s. Diascordium liquidum Ph. Wirt.
Rec. Rad. Angelic., — Vincetoxic., — Levistici, — Zedoar., — Contrajerv., — Tormentill., — Valerian. āā Unc. semis, — Gentian. Drachm. sex, Hb Scordii Unc. duas, Fl. Sambuc. Drachm. duas, Myrrh. Drachm. sex, Croci Drachm. duas et semis, Cort. Citri Unc. unam, Succin., Ligni Aloës āā Drachm. tres, Opii Drachm. unam, Spir. Baccar. Junip. Libr. tres. (Valde similis Essentiae Salutis.)

ESSENTIA SEMINIS SANTONICI COMPOSITA vid. Tinctura.

ESSENTIA SPLENETICA Stahlii Disp. Brand., Wirt.
Rec Hb. Verben., — Rutae hortens., — Rutae murariae, — Salviae, — Plantag. acut. āā Unc semis, Flor. Hyperic. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam.

ESSENTIA STOMACHICA Disp. Brand.
Rec. Rad. Calami arom., — Galang., — Ireos Flor., — Zedoar., — Zingib. alb., Cardamom. min., Cubebar., Ligni Aloës āā Drachm. unam, Cinnamom. Drachm. duas, Flaved. Cort. Citri Drachm. tres, Spir. Vini rect. q. s. (Unc. sex.)

ESSENTIA STOMACHICA AMARA Bisteri Disp. Hamb.
Rec. Hb. Absinth. Unc. duas, — Card. bened., — Centaur min. āā Unc. unam, Cort. Aurant., Lign. Colubr. āā Unc. duas, — Sassafr., — Guajaci āā Unc. semis, Cort. Tamarisc. Drachm quinque, — Chinae Unc semis, Rad. Gentian., — Angelic., — Valerian. āā Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. sedecim, Sal. Absinth., — Scordii, — Cardui bened. āā Unc. semis, — Tartari Unc. unam (i. e. Ciner.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0398-8
DFG

clavell. depur. Unc. duas et semis); digere, exprime. (Ad Elixir balsam. et Aurant. compositum vergit.)

ESSENTIA STOMACHICA AMBRATA Disp Vienn.
Rec. Spir. Vini Tartaris Unc. duas, Confect. Alkerm. Drachm duas, Ol. de Cedro Scrup. duos, — Cinnamom. cum Sacch. triti Gutt. quinque, Spir. Cornu Cervi rect. Unc. semis, Ambr. gris., Spiritu Rosar. solutae, Scrup. semis.

ESSENTIA STOMACHICA POLYCHRESTA Gundelsheimeri Ph. Wirt.
Rec. Piper. long., — nigri, — albi āā Drachm. duas, — Hispanic. Unc. unam, Cardamom. min. Drachm. decem, Liquor. Terrae foliat. Tartari, Spir. Sal. Ammon. vinos. āā Libr. semis, digere, exprime, filtra.

ESSENTIA THERIACALIS vid. Spiritus Angelicae compositus.

ESSENTIA TRAUMATICA.
Disp. Brand., Ratisb., Ph. Wirt.
Rec. Rad. Tormentill., Hb. Sanicul., — Roris Solis, — Hyperici, Flor. Rosar. rubr. āā Drachm. duas, Sang. Dracon., Mumiae, Catechu, Myrrh. āā Drachm. tres, Ligni Santali Drachm. duas, Nuc. Moschat. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. sedecim. — Spielmann *paullulum discrepat, quod referre operae pretium non est. Altera formula:* Rec. Rad. Alkann. Drachm. duas, — Rubiae Tinct., — Consolid. maj., — Tormentill. āā Unc. semis, Hb. Alchemill., — Hederae terrestr., — Perfoliatae, — Plantaginis āā Drachm. duas, — Pyrolae, — Sanicul. āā Unc. semis, — Hyperici, — Consolid. maj., — Saracenicae, — Bellid. āā Drachm. duas, Mumiae Unc. unam et semis, Spir. Lumbric. terrestr. Unc. sex, Vini Malvat. Unc. octo, aut q. s. — Formulas Lentilii et Rolfinckii merita oblivione obrui sinamus. — Wedelii sec. Disp. Vienn., Hamb. cet. Rec. Mumiae, Sang. Dracon. āā Unc. unam, Terrae Japon., Myrrh., Rad. Tormentill. āā Unc semis, Flor. Rosar. rubrar., — Hyperici āā Drachm. duas, Santali rubr. Drachm. tres, Ol. Nucist. Drachm. unam, Spir. Vini tartaris. q. s. — Stahlii: vid. Balsamum vulnerarium Stahlii (p. 126).

ESSENTIA UTERINA.
Rec. Tinct. Aurant. Unc. semis, — Castor. Drachm. duas, Liq. Cornu Cervi succin., — anodyn. min. Hoffm. āā Gutt. viginti.

ESSENTIA VIPERARUM ex jecinoribus et cordibus Viperarum, omittenda.

ESSENTIA VITAE Kiesow. Kieſow'ſche Lebensessenz.
Arcanum in Bavaria vendi permissum.
Rec. Ligni Quass. Unc. unam et semis, Cort. Aurant. mund., Rad. Rhabarb. āā Unc. unam, Pomor. Aurant. immatur., Aloës lucid. āā Unc. semis, Rad. Zedoar. Drachm. sex, — Gentian., — Enulae, Croci āā Drachm. duas, Myrrh. Drachm. unam et semis, Cardamom. min. Drachm. unam, Camphor. Drachm. semis, Vini Malacens. Libr. duas, Spir. Vini Gall. Libr. tres, digere per octo dies, exprime, adde Sacch. tosti Unc. unam et semis. (Continet prope, quod ex ingredientium turba liquet, Elixiria Proprietatis, stomachica, ad longam vitam, similia.)

ESSENTIA VITRIOLI MARTIS ANTISCORBUTICA Disp. Vienn.
Rec. Vitrioli Martis, Flor. Salis Ammon. Mart. āā Unc. semis, Spirit. Cochlear. Unc. octo.

ESSENTIA VIVIFICA Disp. Prag.
Rec. Sperm. Ceti Libr. semis, Rasur. Cornu Cervi, Ciner. clavell. āā Unc. unam et semis, Spir. Sang. humani (!) Libr. duas.

ESSENTIA VULNERARIA vid. Essentia traumatica.

† EUPHORBII CORRECTIO Ph. Wirt.
Rec. Euphorbii triti Unc. quatuor, Succi Citri depur. Libr. unam, digere ad Solutionem, cola per linteum, et evapora ad extracti consistentiam. Supervacaneum remedium, nec ab Euphorbio nativo viribus differt.

† EUPHORBIINUM. Euphorbiumharz, Euphorbiumſtoff.
Materia propria, chemice distincta, cui acrimonia et vires vesicantes potissimum debeantur, *nondum ex Euphorbio praeparata est. Euphorbiinum ergo nil nisi Resinam Euphorbii depuratam significat,* quae lotione Euphorbii crudi aqua tepida, extractione residui Spiritu Vini rectificatissimo, et evaporatione spontanea obtinetur. — Buchnerus ex solutione spirituosa Resinae Euphorbii addita solutione Sacchari Saturni praecipitatum obtinuit, cui inest pars acida Resinae Oxydo Plumbi juncta, et liquorem, qui continet partem basicam resinae, Acido acetico junctam, et aqua praecipitandam, quam Euphorbiinum appellat. — Rose in crystallos redegit resinam Euphorbii acrimonia paene liberam. Horum omnium usus non est in arte medendi, quum facile vires Euphorbii infringi nec augeri possunt.

**EUPION**, productum destillationis siccae, obtinetur ex pice liquida carnium, ossium, ungularum, cornu (Thiertheer). Haec destillationi cautae ex vesica subjicitur, destillato crudo oleoso per vices caute instillando, agitando et nimiam incalescentiam evitando admiscetur Olei Vitrioli quarta circiter pars ponderis. Exoriuntur strata duo liquida, alterum inferius rubicundum, alterum superius flavescens, limpidum; hoc, quod supernatat, decanthatione vel infundibulo separatur, cum pari pondere Olei Vitrioli miscetur et quadrantes tres ponderis destillatione eliciuntur. Destillatum cum lixivio caustico conquassatur, digeritur, et oleum supernatans denuo separatum iterum miscetur cum ponderis sui dimidio Olei Vitrioli, destillatur, denuo lavatur lixivio caustico et separatur. Denique Aqua pura mixtum destillationi lentae subjicitur, donec partes tres quadran-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0399-6
DFG

tes transierint. Paraffinum cum Eupionis pauxillo mixtum remanet.

Iisdem fere modis Eupion parari potest ex Oleo primum in parando Kreosoto ex pice lignorum prodeunte, aqua leviore et ei innatante.

Est Eupion purum liquidum limpidissimum, agilissimum, coloris, saporis, odoris plane expers, aeri expositum immutabile, chartas exploratorias non tingens, chartam macula oleosa sponte avolante inquinans, pond. spec. = 0,740, fervet ad Grad. 139 R. et ex toto destillat; flamma comburitur non fuliginosa. *Part. const.* Carbonei unum, Hydrogenii duo Pondera Mixt. (Per se nondum in arte medendi adhibitum est. Olei animalis Dippelii non parvam partem efficit.)

EVONYMINUM, principium proprium Evonymi europaei ex Oleo Seminum expresso obtentum. Hoc Oleum cum Naphtha Vitrioli vel cum Spiritu Vini et Magnesia usta ad siccitatem evaporatur, extrahitur massa Spiritu Vini, qui sponte evaporans materiam flavam, resinosam relinquit, quae Naphtha Vitrioli soluta et evaporationi spontaneae exposita in crystallos grumosas coit. Saporis est peramari et viribus laxantibus gaudere dicitur. Necdum in usum iatrices vocatum.

## EXPRESSIO, EXPRESSUM. Preßſaft. *Suc exprimé.*

Succi denominantur expressione in prelo torculari, ex herbis recentibus in mortario lapideo ope pistilli lignei contusis, obtenti. Nunquam prostant in officinis, quum facilius decomponuntur, sed extempore in vere potissimum, et ad medici ipsam propinationem, parantur. Praeterea interdum Semina oleosa, Millepedes, Aromata, Aquae destillatae, Saccharum, cet., uti Emulsionibus, admiscentur.

### EXPRESSIO ASTHMATICA Fuller.

Rec. Milleped. viv. N°. 128, contunde cum Aq. Hyssop. Unc. quatuor, — Puleg. Unc. duabus, — Paeoniae Unc. una, exprime et in expresso solve l. a. Ammoniaci Gran. triginta duo, cola, adde Tinct. Benzoës Drachm. duas, Syr. Bals. Unc. unam, Ol. Anisi Gutt. unam, Spir. Sal. Ammon. q. s. ad justum acorem.

### EXPRESSIO BECCABUNGAE COMPOSITA Fuller.

Rec. Hb. Beccabung., — Nasturt. aquat., — Borag., — Plantag. āā Unc. duas, contunde cum Aq. commun. Libr. quatuor, stent per horam; exprime, adde Spir. Vitrioli q. s. ad modicam aciditatem.

### EXPRESSIO CITREA Bate.

Rec. Cort. Citri conditi Unc. tres, Conserv. Caryophyll. Unc. unam et semis, Sem. Foenic. Drachm. tres, — Anisi Drachm. duas, — Carvi Unc. semis, Spec. aromat. Drachm. unam, Aq. Lumbricor. magistr. Libr. semis, Aq. Meliss. Libr. unam et semis, contusis, expressis adde Syr. Caryophyll. Unc. tres.

### EXPRESSIO HAEMOPTOICA Bate

Rec. Sem. Papav. alb. Unc. unam, — Hyoscyam. alb. Unc. semis, Conserv. Rosar. Unc. unam et semis, contunde cum Aq. Portulacc. Unc. octo, adde Syr. Rosar. Unc. unam.

### EXPRESSIO HERBARUM ORDINARIA.

Rec. Hb. recentis Taraxaci, — — Millefol., — — Fumar., — — Beccabung. āā quantum vis; in Mortario lapideo ope pistilli lignei contunduntur, aqua non addita, et sacculo linteo inclusa exprimuntur. Succus expressus subsidentia vel colatione depuratur, et unciatim propinatur. Herbarum quoque ponderum rationes ex arbitrio medici mutantur.

### EXPRESSIO ICTERICA Fuller.

Rec. Hb. Chelidon. maj. Unc. duas, Bacc. Junip. Unc. unam, contusis adde Croci Scrup. unum, Vini Rhenan. Libr. unam, Aq. mirab. Unc. duas, expressis adde Syr. e quinque Radicibus Drachm. unam et semis.

### EXPRESSIO MILLEPEDUM ICTERICA Fuller.

Rec. Milleped. N°. 100, Croci Gran. decem, Nuc. Mosch. Drachm. semis, Sacch. alb. Unc. semis, Aq. Chelidon. Unc. quatuor, Aq. Lumbricor. Unc. duas.

### EXPRESSIO MILLEPEDUM AD PERTUSSIM Fuller.

Rec. *Milleped.* viv. Unc. duas, Sem. Anisi Drachm. unam, Nuc. Mosch. Drachm. semis, Sacch. alb. Unc. unam, contusis affunde Aq. Pulegii Unc sex, Aq. Bryon. comp., — Paeon. comp. āā Unc. unam; exprime.

### EXPRESSIO MILLEPEDUM SIMPLEX Fuller.

Rec. Milleped. viv., Sacch. alb āā Unc. tres, contunde cum Vini alb. Libr. una; exprime.

### EXPRESSIO PAEONIATA Fuller. Gichtroſenpreßſaft.

Rec. Rad. Paeon. rec. cont. Unc quatuor, Fol. Visci querc. Unc. unam, infunde Vini Hispan. calidi Libr. duas, exprime, adde Aq. Paeon. comp., Syr. Paeon. comp. āā Unc. duas, Tinct. Castor. Drachm. duas, Ol. Nuc. Moschat. Gutt. duas.

### EXPRESSIO PLEURITICA Fuller.

Rec. Hb. Taraxac. virid. Manip. quatuor, contus. affunde Aq. Papav. errat. Libr. unam; expr., col. adde Lap. Prunell. Drachm. unam, Ocul. Cancr. pulv. Drachm. duas, Syr. Papav. errat. Unc. tres.

### EXPRESSIO REFRIGERANS Fuller. Kühlender Preßſaft.

Rec. Hb. Anagall. arv. Manip. tres, — Borag. Manip. sex, Rad. Borag. Unc. duas, Poma N°. tria, Sal. Prunell. Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. unam et semis, contusis affunde Aq. Ulmar. Libr. tres.

### EXPRESSIO ROSACEA Fuller. Roſenpreßſaft.

Rec. Cretae alb. Unc. duas, Boli Armen.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0400-2
DFG

Unc. unam, coque in Aq. commun. Libr. sex ad Libr. duas (!), repone ut partes crassiores subsidant; liquori tenuiori effuso adde Conserv. Rosar. rubr. Unc. sex.

EXPRESSIO SCORBUTICA. Scorbutpreßſaft. Batei: Rec. Fol. Nasturt. aquat. rec., — Beccabung. āā Manip. quatuor, Fol. Pini Manip. sex, Rad. et Hb. Taraxaci, Hb. Scolopendr. āā Manip. quatuor, Aq. antiscorbut. Libr. duas, Sacch. candi Unc. sex, cola supra Cort. Sassafras. cont. Unc. semis. — Fuller: Rec. Hb. Cochlear., — Nasturt. aquat., — Beccabung., — Chelidon. maj. āā Manip. quatuor; contusis adde Vini albi Libr. semis, Aq. Raphan. comp., — Lumbric. āā Unc. quatuor, expressis adde Spir. Cochlear Drachm. duas, Sacch. alb. Unc. duas. — Ejusdem dicta *temperata:* Rec. Hb. Beccabung., — Nasturt. aquat., — Taraxaci, — Aparines āā Manip. quatuor, Pomor. Aurant. N°. quatuor, contunde cum Vini alb., Aq. Sambuc. āā Libr. unam, Sacch. alb. quantum lubet ad dulcedinem.

EXPRESSIO STYPTICA Fuller.
Rec. Hb. Bellid. min., — Pilosell., — Millefol., — Urticae urentis āā Manip. tres, contunde cum Aq. Plantag. Libr. una, in colatura solve Lap. Prunell. Drachm. duas, Syr. Rosar. sicc. Unc. duas.

## EXTRACTUM. Extract. *Extrait.*

*Synon.:* Spissamentum, Inspissamentum, Succus inspissatus Dickſaft, eingedickter Pflanzenſaft. *Suc epaissi.*

Hoc nomine medicamenta usitatissima denominantur, eo quod ex corporibus vegetabilibus atque animalibus extrahuntur. Extracta eo consilio parantur, ut principia efficacia plantarum a farragine inerte separentur atque in nucem redigantur. Differunt inter sese extracta quoad parandi methodum, quoad menstruum, et quoad molem. In plantis extrahendis is praecipue liquor est eligendus, qui indolem medicam facillime dissolvat, cetera intacta relinquat. Aqua in hac operatione plerumque adhibetur, in plantis balsamicis resinosis Spiritus Vini rectificatus, in resinis ipsis rectificatissimus, tum quoque hinc inde Naphtha Vitrioli, Liquor anodynus Hoffmanni, Acetum, Vinum generosum, secundum propriam materiarum naturam atque medici vel pharmacopoei mentem.

Quoad mixtionem Extracta multifariae sunt indolis atque naturae, nec dum artis chemicae ope satis illustrata. Occurrunt in Extractis Gummi, Saccharum, Principium aromaticum, tingens, tannicum, Olea aetherea, fixa, Faecula amylacea, Salia, et potissimum principium, ut ajunt, extractivum, Proteus alter pro naturae diversitate ex plantis diversis obtentum. Summi momenti sunt Extracta aquae ope parata, quare AQUOSA audiunt. In his parandis summo studio eo niti decet, ne materia extractiva caloris atque aeris injuria in pejus ruat atque insolubilis (Apothema Extractorum), fiat, ne principia aetherea balsamica, si adsunt in plantis, in auras abeant, ne extractum prope perfectum atque absolutum ignis ardore comburatur atque empyreumaticum fiat.

Quae ut attingas, minima, qua fieri potest, aquae copia est adhibenda, hoc quidem consilio, ut evaporatio quam citissime perfecta sit, ut et operae tuae atque combustibilium parsimonia laudanda habeatur.

Extracta aquosa plerumque ex plantarum siccatarum partibus, scilicet Radicibus, Herbis, Stipitibus, Floribus, Seminibus, cet. parantur. Aqua rarius frigida adhibetur, quia difficilius dissolvit, atque moles major est advocanda, interdum bene aqua tepida, quando calidiore mucilaginis consistentia glutinosa nimium excitatur, uti in Extracto Columbo, Enulae, Rhei, Gentianae, cet.; coctione assidua cum ebullitione rarius egetur, uti in lignis, corticibus durioribus, fibrosis. Plerumque aquae fervidae infusio sufficit, quae ut bene instituatur, tali modo est perficienda. Materia extrahenda ruditer concisa (atque contusa, si opus fuerit) in dolium ligneum, erectum constitutum immittatur, ita uti id parum conquassatum paene repletum sit. In dolio fundus duplex est, alter inferior integer, liquoribus impervius, alter pollicem fere superior, facile removendus, foraminibus parvis pervius, qui materiam extrahendam sustentet. Inter fundos ambos foramen est laterale epistomio ligneo versatili (hölzerner Krahn) munitum, per quod solutiones effluant. Fundus autem ille perforatus adest, ne materia extrahenda pressa foramen laterale, per quod liquoribus exitus patere debet, obstruat. His bene praeparatis in aheno amplo aqua fontana calefiat ut ebulliat, tum una vice fervidum in dolium effundatur, ita ut in superficie aqua materiam extrahendam, post aliquot minuta bene imbutam, vix contegat. Dolium operculo ligneo optime munitum stet per horas viginti quatuor, interdum palo ligneo exagitatum. Quo majoris dolium est capacitatis, eo melius atque longius calor coercetur, ita ut saepius altera die pultem impune manibus tractare nequeas. Post justam digestionem solutio aquosa a fibris vegetabilibus exactissime est separanda, ut hae quam citissime penitus exhauriantur. Hoc plerumque ita fieri solet, ut residua, e quibus sponte maxima liquidorum pars, foramine laterali aperto, emanavit, sacculis linteis inclusa ope torcularis fortiter exprimantur. Quae operatio, quamquam id, quod volumus, consequi concedat, maximum taedium atque temporis, imo etiam rerum jacturam secum fert. Prelum enim torculare, quod in laboratoriis pharmaceuticis occurrit, nimis est angustum, quo fit, ut expressionis opera decies atque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0401-8
DFG

centies sit repetenda. Gravis haec molestia, graveque incommodum parva suppellectili, parvisque sumtibus evitantur. Exprimantur enim residua in dolio ipso, cochleae ligneae fortis ope, quae facile admovetur atque tollitur. Dolium in mensa humili est constituendum, ex qua pali duo laterales erecti supra dolium usque emineant. In his palis superne trabes transversa, foraminibus quadratis pervia et cuneis confirmanda, imponitur, in cujus medio cochleae mater incisa est. Materiis extrahendis et cum aqua bene digestis primum ligna rotunda, dolium fere emetientia, imponuntur, his transverse trabes crassior, quae ligna rotunda coerceat, ipsa vero a cochlea urgeatur. His rite praeparatis epistomium laterale tollitur (vel vertitur si versatile est), ut sponte liquores effluant, quantum id fieri potest; tum sensim cochleam contorque, et viribus paullatim augendis violenter adige, quantum vires vel suppellectilis firmitas ferre queant. Omnis fere liquor imbutus herbis tali modo exprimitur, ita ut in secunda operatione, eodem modo instituenda, non nisi solutiones dilutissimae, evaporationis operam atque sumtum vix aequiparantes, obtineantur. Tertia extractio supervacanea est, imo etiam nociva; praestat enim parvulam Extracti copiam derelinquere, quam omnem subjicere diuturnae evaporationi. Liquores expressi, plerumque sunt limpidi vel sublimpidi, ita ut subsidentia atque colatione (per pannum laneum, quia linteus facillime obstruitur) satis depurati pro evaporatione prodeant. In hac autem summa cura atque circumspectio est habenda. Liquores ultimum eliciti, eoque tenuiores, primum igni aperto, (ligno vel lithanthrace nutrito) in aheno lato imponuntur, et inter lenem ebullitionem, ceteris sensim pro humoris consumtione adjectis, usque ad Syrupi spissitudinem evaporent, tum penitus in balneo Aquae vel Calcariae muriaticae ad extracti consistentiam (usu distinguendam, nec verbis facile describendam) redigantur. Si balneum pro magnis Extractorum ponderibus non sufficeret, ignis moderatissimus, paullum distans, ex carbonibus ligni, nec ligno ipso, est supponendum, cavendo ne flamma vas attingat. Magnopere laudandum est balneum Calcariae muriaticae, quod in laboratoriis pharmaceuticis ubique facile ex residuo Spiritus Salis Ammoniaci praeparatur. Vas externum cupreum (nec ferreum) solutionem saturatam Calcariae muriaticae continet, vas interius stanneum (vel porcellaneum, vel argenteum, vel cupreum stanno bene obductum) liquorem ipsum inspissandum continet, et externe a liquore Calcariae muriaticae, nec vaporibus solum alluitur. Evaporatio citius perficitur, quam in balneo aquae vel vaporis, nam et in ebullitione liquoris inspissandi adustionis periculum non adest. Extracta autem penitus ad siccum redigenda, nonnisi in balneo absolvantur, nec in igni aperto. Vasis cupreis vel aeneis uti licet, si curam gesseris recens (cum Acidi muriatici guttulis quibusdam) mundata adhibere, et liquores in ipsis refrigerari vel stare per noctem non permiseris. Liquores paullum tepefacti in vasa lignea vel fictilia transfunduntur. In evaporatione ipsa agitatio assidua conducit, qua vaporis extricatio fovetur, liquorum incalescentia nimia praecavetur.

**EXTRACTA SPIRITUOSA** plerumque tali modo praeparantur. Corpora extrahenda in cucurbitam vitream (tubulatam, si vis, ut facilius liquores effundas) immittuntur, et Spiritus Vini (rectificatissimus vel ex praescriptione dilutus) affunditur. Miscella interdum agitata per aliquot dies maceranda est, vel, si digestio calida praescribitur, in balneo tepido vel prope fornacem fovenda; in hac operatione curandum est, ne Spiritus aliqua deperditio fiat, nec explosionis periculum incauta obturatione subeatur. Cucurbitae orificium vesica bubula passim perforata obligatur, vel epistomio suberino clauditur, in quod tubus vitreus aptus est, ita ut vapores transeuntes aëris contactu plerumque condensentur. Miscella bene digesta exprimenda est in sacculis linteis vel in prelo parvo decoctionibus colandis apto. Extractio spirituosa plerumque ter quaterve est instituenda, cum duplo Specierum pondere Spiritus Vini vel sufficiente copia ad solubilium penitiorem extractionem. Liquores expressi vel filtratione, vel si chartam non penetrant, subsidentia limpidefacti in retortam vitream (si majoris sunt voluminis, in vesicam destillatoriam) immittuntur, et Spiritus Vini blanda destillatione in balneo vel igne moderatissimo supposito elicitur. Liquores dephlegmati denique in patina aperta ad Extracti spissitudinem rediguntur.

**EXTRACTA AETHEREA** i. e. cum Naphtha Vitrioli parata simili modo obtinentur, nisi quod propter majorem solventis volatilitatem majusque pretium deperditio cautius est evitanda. Macerationes frigidae in cucurbita bene clausa vel vitris orificii amplioris clausis quoque in loco frigido instituuntur, digestiones vel imo coctiones maxima cum cura sunt perficiendae. Praestat in cucurbitae orificium epistomium suberinum imponere, in quo tubus vitreus immissus est, externe aqua frigida circumdata refrigerandus. Naphtha evaporatione dissipata in tubo condensatur et colligitur, et in vas ipsum sponte refluit. Expressio ex sacculis magnam et Extracti et extrahentis liquidi jacturam secum fert, quare plerumque non nisi ultima vice perficitur. Liquor eminens in infundi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0402-4
DFG

bulum, caute lamina vitrea laevigata obtegendum, effunditur et filtratione per chartam depuratur. Majori cum commodo pyxides stanneae adhibentur, e quibus ipsis operculo demto, liquor exprimi potest. Tum quoque methodus lixiviatoria in extractis aethereis parandis laudanda est, quae, quum et in ceteris extractorum formis adhibeatur, obiter hic perstringenda est.

METHODUS LIXIVIATORIA.(Verdrängungsmethode, *Methode de deplacement*) in eo consistit, quod parva extrahentis liquoris copia magnam extrahendorum molem penetret, eoque saturatior prodeat. Liquores in fibris plantarum imbuti atque sustenti non preli ope exprimuntur, sed liquoris ipsius nova copia infusa fundum versus depelluntur (verdrängt, *deplacé*), unde nomen derivatum est. Si liquidi pressio tubo erecto altiore augebitur, habebis PRELUM REALIANUM, suppellectilem incommode tractandam a difficultate, cum qua liquoribus pressis exitus in commissuris praecluditur. Non nisi depulsionem per pressionem humilem hoc loco innuimus. Elixiviatio cum aqua frigida vel calida instituitur, plerumque cum tepida, ne fibrae nimis intumescant, et liquoribus transitum defendant. Pro magnis copiis dolia lignea adhibentur, pro parvis pyxides stanneae, diaphragmatibus duobus, supero et infero, mobilibus munitae. Maximo cum commodo huic usui inserviunt vasa fictilia inverse conica (Basterformen, Zuckerformen) in quibus Saccharum semel depuratum (anglice: *lumps* dictum) vel farinaceum (Farinzucker) in crystallos concrescere solet. Corpora extrahenda, antequam in pyxidem ingeruntur, cum dimidio (plerumque) sui ponderis aquae humectantur, tum in vase ipso pro texturae varietate laxe vel compresse sternuntur. Materiae lignosae fibrosae fortius comprimuntur, ne viae falsae fiant, per quas aqua leviter tantum tincta atque saturata festinet; mucilaginosae, amylaceae et in molem glutinosam concrescentes laxe et sine omni pressione aequabiliter in dolium immittuntur. Lixiviatio intercipienda est, quum liquores minus saturati prodeunt. Huic methodo jure objicitur, quod in extractione temporis spatium nimis longum consumitur, quo fit, ut tempestate aestiva liquores et faeces fermentationem atque levem corruptelam subeant. Hac de causa lixiviatoria methodus nostrae, brevissimo tempore exercendae, est postponenda.

## EXTRACTUM ABSINTHII. Wermuthextract. *Extrait d'Absinthe.*

*Synon.:* Extractum Artemisiae Absinthii aquosum, s. Extractum Herbae Absinthii.

Rec. Summitatum Herbae Absinthii recens siccatarum et minutim concisarum quantum vis. Cum Aquae communis bullientis sufficiente copia in pultem fluidam redactae stent per viginti quatuor horas in dolio interdum agitatae. Tunc pultem sacculis linteis inclusam prelo ferreo exprime et residuum denuo cum Aquae fervidae minori copia quam antea in pultis lentae formam superfusum post duodecim horarum macerationem exprime. Omnia expressa mixta stent per noctem in vasis figulinis vitreatis vel ligneis ut sedimentum fundum petat, dein per pannum colentur et leni igne in vasis cupreis stanno bene obductis inspissentur. Ad Syrupi spissitudinem redacta in vase porcellaneo vel stanneo, in balneo Calcariae muriaticae vel vaporis cum spathula lignea bene agitata ad extracti consistentiam inspissentur.—*Vis:* bene praeparati stomachica, anthelminthica.

Sit Extractum coloris nigro fusci, saporis amarissimi, odoris proprii Absinthii non expers, justae spissitudinis ita ut ex vase effundi nequeat, spathula tamen in fila extrahi possit. Solutio sit limpida

*Usus:* in anorexia, in stomacho adjuvando, vermibus.

In parando Extracto Absinthii Pharmacopoeae multum inter se discrepant. Plurimae in eo peccaverunt, quod nimiam Aquae copiam in extrahendo suadent, quae evaporatione perlonga dissipata, magnam extracti corruptelam affert, vel ebullitione rapida expulsa, omnem indolem aethereum balsamicam secum abripit. Nos, Ph. Hass., Slesv.-Hols. et Codic. Hamburg. praecepta secuti, et aquae copiam quam minimam admisimus et ebullitionem evitavimus, parvamque ex-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0403-9 DFG

tracti jacturam corruptelae totius anteponendam censuimus. His rationibus adjutis de singularum Pharm. methodis judicare licet. — Ph. Bor. ed. 5., Saxon. ed. 2. Rec. Hb. Absinthii cum summitatibus quantum vis, minutim concisis affunde Aquae fervidae decuplum, sepone per triginta sex horas, subinde agitando et tum liquorem exprimendo separa. Residuo iterum Aquae communis fervidae quintuplum infunde et post refrigerationem exprime. Liquores expressi, subsidendo, decanthando, colando depurati primum leni calore ad tertiam partem, tum in balneo vaporis ad extracti spissitudinem evaporent. (Nimia adest aquae vis. — Ph. Gall. (1818) infusione Aquae fervidae s. q. parari jubet. — Ph. Gall. (1837): Rec. Hb. Absinthii siccatae quantum vis, concisam et denuo bene siccatam in pulverem redige semi-grossiusculum; inspergatur sui ponderis dimidia pars Aq. destill. *frigidae, et per noctem macerata in apparatu cylindrico* ad extractionem apto inter diaphragmata duo aequabiliter et laxe strata aqua frigida superfusa elutrientur. Extractio intercipiatur, quum liquores minus saturati prodire incipient. Liquores elicitos in balneo Mariae ad albuminis coagulationem calefac, per pannum trajice et assidue agitatos in balneo Mariae ad Extracti spissitudinem evapora. (Est haec methodus liquores saturatas menstruo ipso depellendi (*Deplacement* cf. p. 381), Gallis novissimis temporibus bene probata. Prelum Realianum in eundem usum vocari potest.) — Ph. Parmens. infundi Herbae Absinthii pondus duodecuplum Aquae fervidae, colari cum expressione, cum albumine gallinaceo clarificari, per pannum denuo trajici et juste inspissari praecipit. — Ph. Brunsv., Pal., Wirt. cum Aquae frigidae pondere sextuplo macerari per 4 dies, tum leviter cocta exprimi et inspissari volunt. Ph. Amst. coqui cum pondere decuplo Aquae, Ph. Bat., Belg cum quintuplo, Lipp. cum quadruplo digeri et per horam coqui. Ph. Ross., Austr., Genev., Hisp., cum sufficiente copia Aquae coqui, Ph. Fenn. cum sextuplo pondere coqui, exprimi, iterumque decoqui, Ph. Ferr. cum triplo coqui et albumine clarificari, Ph. Saxon. (1820) cum octuplo macerari, per 4 horas coqui, exprimi, denuo cum quadruplo Aquae coqui, exprimi inspissari, Ph. Dubl. cum octuplo Aquae ad dimidium coqui, exprimi, inspissari, Ph. Suec. cum duplo coqui, Ph. Dan., Hann., Old., Taurin. primum cum octuplo, tum quadruplo pondere Aquae coqui praecipiunt. — Ph. Polon. Hb. Absinthii Libras duabus affunde Spir. Vini rect. Libr. duas, Aq. commun. Libr. novem, digere per diem, exprime, Spiritum destillatione elice, residuum evapora. — Van Mons quoque permittit Herbam Absinthii recentem contundi, succum exprimi, inspissari et faeculam primum separatam sub finem addi. Plures varietates perstringi non opus est.

EXTRACTUM ABSINTHII AMARISSIMUM Roveredi.

Rec. Extr. Absinth. aquosi q. vis, solve in Spir. Vini rectificatissimo, spiritum elice et solve in aqua, praecipita solutione Aluminis, quamdiu sedimentum flavum dimittitur, tum evapora ad siccitatem, solve in Spiritu Vini rectificato, et denuo inspissa.

EXTRACTUM ABSINTHII MARITIMI ex Herba Artemisiae maritimae Linn. ad formulam normalem Extr. Absinthii paretur. Interdum in regionibus maritimis Galliae, Angliae adhibetur.

EXTRACTUM ABSINTHII SPIRITUOSUM, s. alcoholicum. Weingeiſtiges Wermuth-extract.

Codices quidam Spiritum Vini Aquae addunt ad extrahendam Herbam Absinthii, merum autem non adhibent. — Ph. Herbip. Libr. uni Hb Absinth. infundit Aq. commun. Libr. octo, Spir. Vini rect. Libr. unam. Conferenda formula Ph. Polon. voce Extr. Absinthii aquosi.

EXTRACTUM ACETOSELLAE, s. Oxalidis Acetosellae. Sauerklee-Extract. *Extrait de Surelle.*

Ph. Sard., Herbip. Succus Hb. Acetosellae recentis, contundendo, exprimendo et subsidendo obtentus in balneo vaporis evaporet. — Piderit massam expressam cum triplo pondere aquae coqui et liquores junctos inspissari vult. (*Saporis est aciduli, amari; continet Sal Acetosellae.*)

## † EXTRACTUM ACONITI. Eiſenhutextract. *Extrait d'Aconit.*

*Synon.:* Succus Aconiti inspissatus, Succus spissatus Aconiti, Extractum Aconiti cum Faecula, s. Extractum Aconiti Herbae recentis.

Rec. Herbae Aconiti Napelli quantum vis; paullulum concisam contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei (vel ambobus aheneis), sub finem addendo Herbae libris singulis Aquae Uncias duas, in massam pultaceam, quam sacculis linteis inclusam prelo fortiter exprime. Succum obtentum supra leni igni ad ebullitionem usque calefac, ut albumen vegetabile in floccos coeat, tum per pannum trajice et succum in bal-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0404-5
DFG

neo Calcariae muriaticae ad Syrupi spissitudinem evaporando redige. Huic Syrupo in lagenam immisso adde Spiritus Vini rectificatissimi volumen sui aequale, et mixta optime concute per minuta aliquot. Stent per noctem seposita, tum caute filtro chartaceo primum liquorem supernatantem, postea cetera infunde, et filtratione repurgata destillationi subjice ad Spiritum eliciendum. Liquorem residuum in balneo Aquae fervidae (vel Calcariae muriaticae) ad extracti spissitudinem redige. — ***Vis:*** narcotica, intoxicans, excitans, ut ajunt diuretica atque diaphoretica, incaute adhibiti deleteria.

Sit extractum intense fuscum, saporis et odoris acris, justae spissitudinis.

*Usus:* in rheumatismis chronicis, arthritide, cataracta, syphili, cet.

Extractum ad hanc methodum praeparatum omnium facile efficacissimum, materiis inertibus atque onerosis ipsa praeparatione separatis. Faecula enim coagulatione, Gummi, Mucus, Salia calcarea, quae copiosa adsunt, Spiritu Vini secernuntur. Faecula viribus medicis non gaudet, *mucedinem autem provocat* et corruptelam *propriam cum extricatione* Gaz Ammoniaci junctam. Methodus nostra brevis, casibus adversis non obvia.

Ph. Bor. ed. 5., Saxon. ed. 2. Herba Aconiti contundatur in mortario lapideo, adspergendo pauxillum aquae communis et exprimatur. Succus expressus ita calefiat ut ebullire incipiat, colando a faecibus separetur, et in balneo vaporis ad mellis spissitudinem evaporet. Faecibus cum herba expressa residua mixtis affundatur Spiritus Vini rectificatissimi tantum, ut duplum sit tam faecum quam herbae expressae. Digerantur per viginti quatuor horas in vase clauso et post digestionem exprimantur. Liquorem expressum et colatum destillationi subjice ad dimidium usque; residuum evaporet ad mellis spissitudinem et addito succo herbae concentrato nova evaporatione ad consistentiam massae pilularum redigatur. (Continet hoc extractum partes mucilaginosas, gummosas, salinas inertes et Chlorophyllum. Color viridulus, quem splendorem *vocant*, multos de virtutibus fefellit; si enim *herbae* expressae et ad aerem leviter siccatae Spiritum Vini calefactum infundes, habebis tincturam perviridem, nec tamen eo efficaciorem, quae inspissata chlorophyllum in massam resinosam a liquido secedentem coire sinit. Multo *melius hanc* rem ita tractabis: Herbam Aconiti aqua non addita contusam in cucurbitam ingere et *infunde* Spiritus Vini rectificati pondus duplum; calefact usque ad ebullitionem in balneo aquae, refrigerata fortiter exprime, expressa filtra, spiritum destillatione evoca et residuum evapora. Habebis omnes plantae vires, molem inertem in herba relinques. Corruptelam non facile subit. Expeditius plurimae Pharmacopoeae agunt. Herba Aconiti addito pauxillo Aquae contusa in prelo fortiter exprimitur, succus expressus statim et absque defaecatione vel repurgatione in balneo aquae ad massae pilularis consistentiam sub perpetua agitatione inspissatur. Nonnulli codices faeculam despumatione abstergi, et siccatam contritam postea extracto inspissato addi suadent, ne adustio fiat; quoad vires faecula nullius est momenti. Hic nominandae Pharmacopoeae Austr., Amer., Amstel., Bor. ed. 3., Brunsv., Dan., Edinb., Fuld., Gall. (1818), Gen., Hamb., Hann, Hass., Herbip., *Hisp.*, *Lipp.*, *Lond.*, *Lusit.*, Oldenb., *Polon.*, Ross, Saxon. (1820), Slesvico-Holsat., Wirt., scriptorum turba. — Ph. Bat., Belg., Fenn., Ferrar., Suec. praecipiunt succum expressum non defaecatum eo usque inspissari, ut quarta sui ponderis pars Pulveris herbae siccae Aconiti sufficiat ad Extracti spissitudinem. — Ph. Bavar. Succum exprimi, residuum cum parte dimidia Aquae fervidae superfundi, liquores junctos inspissari vult. — Ph. Parm. singulis Unciis Faeculae exsiccatae Sacchari albi Drachm. duas, et ambo per cribrum trajecta extracto addi suadet. — Ph. Gall. (1837) duas praecipit praeparandi formulas, quarum una suffecit. Succus HerbaeAconiti recentis contusae erpressus et per pannum trajectus in patinas porcellaneas strati tenuis. sextam pollicis partem non excedentis, effundatur, et in furno exsiccatorio (*etuve*) tepido *calore* gradum 35 ad 40 R. absumatur. Ad aerem emollitum, ut a patinis auferri queat, in vitris orificio amplo instructis bene obturatis servetur. Altera formula cum ea congruit, quam de Extracto Absinthii ejusdem Codicis exposuimus.

## † EXTRACTUM ACONITI SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. Herbae siccae. Weingeiſtiges Eiſenhutextract. *Extrait alcoolique d'Aconit.*

Rec. Hb. Aconiti recens siccatae, grossiuscule pulveratae Libram unam; in cucurbitam vel lagenam amplioris orificii immissae infunde Spiritus Vini rectificati Libras duas, digere per diem et forti expressioni subjice. Residuo denuo infunde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0405-1
DFG

Spiritus Vini rect. Libr. unam et semis, et iterum digesta bene exprime. Liquores filtra, destillatione spiritum elice et residuum lege artis inspissa. — Ph. Gall. (1837) Rec. Hb. Aconiti siccae pulv. Libr. unam, irrora Spiritus Vini rect. Libr. dimidia et in pyxidem elutriatoriam ingere. Sensim infunde Spir. Vini rect. Libr. tres, ut solubile omne extrahatur. Tum aquam infunde et liquores elicitos rejice, quum prioribus mixti praecipitationem efficiant; destillet Spiritus Vini, et residuum in balneo vaporis inspissetur. — Ph. Boruss ed. 5. Rec. Hb. Aconiti Libr. unam, affunde Spiritus Vini rect Libr. quinque, digere per triginta sex ad quadraginta octo horas, exprime, et liquorem expressum ac filtratum sepone. Residuo affunde Aquae communis fervidae Libras decem, sepone per idem temporis spatium, subinde agitando. Exprime. Tum liquori aquoso, modico calore ad tertiam partem reducto et refrigerato admisce Spiritum Vini rectificatum quamdiu eo turbatur. Sepone, donec miscella limpida fuerit, tum decanthatione et filtratione a sedimento liberata et admixta tinctura supra dicta blanda destillatione Spiritum Vini elice. Residuum tandem in balneo vaporis evaporet. (Haec methodus in grave vituperium incurrit. Quanta menstrui vis pro Herbae Libra unica. Aquae spirituosae Librae quindecim ad solvendas paucas Extracti Uncias. Evaporatione diutina extractum damnum non leve contrahit. Cur materiae primum solvuntur, quae postea iterum praecipitentur? Mucus et Gummi ex solutione aquosa Spiritu Vini ejecta tantopere filtri poros obstruunt, ut tempus longissimum et Spiritus Vini non parva copia eo consumatur). — Ph. Taur. Hb. Aconit. sicc. Libr. unam, quatuor Libris Spir. Vini rect. ternis digestionibus extrahi, exprimi, destillare Spiritum et inspissari vult.

EXTRACTUM ACORI vid. Extractum Calami.

EXTRACTUM AGALLOCHI vid. Extractum Ligni Aloës.

EXTRACTUM AGARICI, s. Boleti Laricis. Lärchenſchwammextract. *Extrait d'Agaric blanc.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Agarici albi (Boleti Laricis) in taleolas dissecti Libr. unam, infunde Aquae frigidae Libr. quatuor; macera per diem et noctem, exprime, tum denuo infunde Aquae frigidae Libr. tres, iterumque exprime; filtra, evapora in balneo aquae.

EXTRACTUM AGARICI ALCOHOLICUM. Weingeiſtiges Lärchenſchwammextract. *Extrait alcoolique d'Agaric blanc.*

Pulv. Agarici albi primum duplo pondere Spiritus Vini rectificati, tum post expressionem, aequali pondere Spir. Vini infusum digeritur, liquores filtrantur, destillatione Spiritus abducitur, et residuum inspissatur. Ponderis sui fere partem tertiam extractum largitur. — Ph. Wirt. sufficientem copiam Spir. Vini commendat. — Ph. Hisp. Libr. singulae Agarici infundi praecipit Aquae fervidae Libr. octo, Spir. Vini Unc. quatuor, digeri exprimi, filtrari, inspissari.

EXTRACTUM AGARICI ALOETICUM Ph. Hisp. vid. Extractum Catholicum.

EXTRACTUM AGARICI COMPOSITUM Disp. Vienn.

Rec. Extr. Agaric. simpl. Unc. duas, — Rhabarb. Unc. unam, Ol. aeth. Macid., — — Anis. aa Gutt. decem.

EXTRACTUM AGAVES s. Agaves americanae. Agaveextract.

Folia recentia Agaves americanae concisa atque contusa addito Aquae pauxillo exprimuntur, succus expressus calefactus atque colatus in balneo aquae ad siccum redigitur. — *Vis:* laxans, valde diuretica. *Usus:* in hydrope laudatur. In Hispania succus inspissatus alvo laxandae inservit.

EXTRACTUM AGRIMONIAE. Odermennig-extract. *Extrait d'Aigremoine.*

Ph. Amstel. Infusione paratur Aquae fervidae primum tripli, tum post expressionem dupli ponderis.

EXTRACTUM ALHANDAL Bate.

Rec. Pulp. Colocynth. a Sem. liberat. Unc. quatuor, Rad. Liquirit., Sem. Anisi aa Unc. unam et semis, Aq. Calcis Libr. quatuor. Digere, exprime, evapora

EXTRACTUM ALKEKENGI, s. fructuum Alkekengi, s. baccarum Alkekengi. Judenkirſchenextract. *Extrait d'Alkekenge.*

Taddei. Infusione paratur aquae fervidae primum tripli, tum dupli ponderis. Succi expressi inspissantur.

## EXTRACTUM ALOËS. Aloeextract. *Extrait d'Aloès.*

*Synon.:* Extractum Aloës aquosum, s. gummosum, s. absque Resina, s. purificatum, Balsamum Aloës.

Rec. Aloës lucidae Libram unam, infunde Aquae destillatae Libras quatuor, et macera per dies aliquot interdum agitata. Liquor subsidendo depuratus et colatus in balneo Calcariae muriaticae evaporet ad consistentiam massae pilularis, quae frigefacta fragilis est atque friabilis. — *Vis:* laxans, emmenagoga.

Sit coloris fusci, madefactum colore flavo inquinans, in aqua ex toto solubilis, absque grumis resinosis in fundo mortarii agglutinantibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0406-7
DFG

Aloë cruda in parva Aquae copia c. gr. aequali ex toto dissolvitur, et liquor inspissatus non nisi aloën repurgatam praebet. Cave ergo ne minorem Aquae, quam quae indicata est, vim adhibeas. In hac re Codices potissimum discrepant, quorum dissensum hic accuratius referre non attinet. Quidam Aloën aqua fervida totam dissolvi et refrigerio resinam concrescere atque secerni praecipiunt, quod nullius est momenti, si aquae sufficientem copiam addideris. — Ph. Wirt., Brunsv. (Aloë depurata sive lota.) Rec. Aloës Succotr. Libr. unam, solve in Aq. comm. calidae Libr. quinque, et Succi Citri depurat. Libr. una. Solutio stet per aliquot dies ut resina cum faecibus secedat, liquorem clarum evapora.

EXTRACTUM ALOËS ACIDO SULPHURICO CORRECTUM.

Ph. Bor. ed. 5. Rec. Extracti Aloës Unc. quatuor, solve in Aq. destill. suff. quant., solutioni guttatim ac caute admisce Olei Vitrioli rectificati Unc. semis; evaporatione ad massae pilularis consistentiam redige. Sit coloris nigri, solutione in aqua e nigro fusca turbida. (Formula merito expungenda.)

EXTRACTUM ALOËS POERNERI.

Ph. Wirt., Herbip. Rec. Aloës Succotr. Unc. unam, Aceti Vini *Unc. sex, digere per aliquot dies, filtra, evapora.*

EXTRACTUM ALOËS RESINOSUM.

Ph. Fuld. Residuum ex paratione Extracti Aloës aquosi siccatum solve, calore adjuvante, in Spiritus Vini rectificati quam minima copia, filtra, Spiritum destillatione elice, residuum in aquam frigidam effunde, et resinam bene lotam sicca. — FERRARINI residuum ex extracto aquoso aqua fervida solvit, colatum aqua frigida miscet, frigefactam resinam et lotam siccat.

**EXTRACTUM AMARUM**, s. amarum compositum. Bitteres Extract. *Extrait amère.*

Ph. Ruth. castr. Rec. Hb. Absinth., — Trifol. fibr., Rad. Gentianae āā q. vis; infunde Aquam fervidam, et tracta uti Extractum Absinthii. — Disp. Prag. Rec. Rad. Cichor., — Gentian., Hb. Cichorii, — Cochlear., — Trifol. fibr., — Card. bened., — Absinth. pont., — Centaur. min., Rad. Rhabarb. āā Libr. semis, Salis Tartari Drachm. sex; bis digere cum duplo pondere Vini Albi, tum adde Spir. Vini rect. aliquot Uncias, exprime et evapora.

EXTRACTUM ANEMONES vid. Extractum Pulsatillae.

## EXTRACTUM ANGELICAE. Angelikaextract. *Extrait d'Angélique.*

*Synon.:* Extractum Angelicae Archangelicae. Engelwurzel-, Heiligengeiſtwurzelextrakt.

Rec. Rad. Angelicae grossiuscule pulveratae Libram unam, infunde Spiritus Vini rectificati Libras duas vel quantum satis, ut parum supereminеat; interdum agitata digere loco tepido per aliquot dies et exprime fortiter; residuo reaffunde Spiritus Vini rectificati et Aquae communis ana Libram unam, iterumque digesta et agitata exprime, liquores expressos decanthatione et filtratione depuratos blandae destillationi subjice (obtinebis destillatum Spiritum Angelicae simplicem) et residuum in balneo vaporis ad justam spissitudinem evapora. — *Vis:* excitans, *calefaciens, stomachica, diaphoretica, carminativa, pectoralis.*

Sit extractum odoris balsamici fragrantis, saporis balsamici acris frigoris sensum in lingua excitantis, aqua solutione perturbida solubile. — *Usus:* in febribus asthenicis, nervosis, intermittentibus, digestione debilitata, catarrhis chronicis, mensibus suppressis, cet.

Sec. Ph. Bor. ed. 5. Rad. Angelic. Libr. una digeritur cum Spir. Vini rect. Libr. quinque (Slesv.-Hols. quatuor), exprimitur et liquor expressus seponitur. Residuo affunduntur Aquae comm. fervidae Libr. decem (Slesv.-Hols. octo), et bene digesta exprimuntur. Liquori aquoso, modico calore ad tertiam partem reducto instillatur Spiritus Vini rectificatus, quamdiu praecipitatum efficitur. Miscella quiete limpidefacta, decanthatione et filtratione a sedimento liberata et admixta tinctura spirituosa blandae destillationi exponitur ad Spiritum Vini eliciendum. Residuum in balneo vaporis inspissatur. — Ph. Wirt., Pal. Rad. Angelicae Libr. una digeritur cum Spir. Vini rect. Libr. quinque ad sex; colatur cum expressione; residuo affunduntur Aq. commun. fervidae Libr. tres et post lenem ebullitionem denuo colantur cum expressione. Spiritu Vini destillatione ex tinctura elicito, liquores juncti inspissantur. — Ph. Austr., Bor. ed. 3., Hamb., Hano., Hass., Oldenb., Saxon. ed. 2. digeri praecipiunt Rad. Angelicae Libr. duas cum miscela ex Spir. Vini rect. Libr. tribus (Polon. dua



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0407-2
DFG

bus, cet. par.) et Aquae comm. Libr. novem; liquor expressus, destilllatione peracta, in balneo vaporis inspissatur. — Ph. Bavar. Rad. Angelicae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. octo, Aquae comm. Unc. octodecim per biduum loco tepido digesta exprimuntur, dephlegmantur, inspissantur. — Ph. Herbip. Spiritus Vini suff. quant. extrahi suadet; — Ph. Sard. Rad. Angelic. Libr. unam digere blando calore cum Vini alb. Libr. quinque ad sex; residuum expressum coque cum Vino albo, et liquores commixtos evapora. (Extractum non concinna est Angelicam propinandi formula, et multo Infuso recens parato et Tincturae postponenda.)

† EXTRACTUM ANGUSTURAE. Anguſturextract. *Extrait d'écorce d'Angusture.*

Rec. Cort. Angusturae gross. pulv. Libr. unam, assidue coque cum Aq. communis Libr. quatuor et cola cum expressione; *residuum iterum coque cum eadem aquae copia et cola*; liquores junctos subsidendo, decanthando et filtrando depuratos l. a. evapora. — Ph. Ferrar., Bat., Belg., Lipp., et Taddei hoc extractum receperunt, aquae copiis diversis inter se extrahendum. — Ph. Hamb. aliquoties cum octo partibus aquae coqui praecipit. (Omnino exolevit, idque merito.)

EXTRACTUM ANODYNUM Ph. Wirt.

Rec. Extr. Angelicae, — Calami āā Unc. unam, — Cardui bened. Drachm. quinque, — Opii Drachm. tres, *Ol. Caryophyll. Gutt.* decem; misce.

EXTRACTUM ANTHEMIDIS vid. Extractum Chamomillae.

EXTRACTUM ANTIPESTILENTIALE Hartmanni.

Rec. Rad. Angelicae, — Imperator., — Zedoar., — Enulae, — Valerian., — Vincetoxic. āā Unc. semis, — Tormentill., — Dictamni cretici, — Gentian., — Pimpinell. āā Unc unam, Sem. Angelic., — Meliss. āā Drachm. duas, Hb. Meliss., — Scord., — Card. bened. āā Drachm. sex. Extrahe Spiritu Vini rect. suff. quant., destilla, inspissa. Similes formulas quondam copiosiores praetereamus.

EXTRACTUM ANTIVENEREUM Poterii.

Rec. Cort. Ligni Guajaci contus. Unc. sex, Rasur. Ligni Guajaci Libr. tres, Cort. Chinae, Rad. Sassaparill. āā Libr. duas, Bacc. Junip. Libr. semis, Sem. Card. bened., — Carvi āā Unc. tres, Hb. Scabiosae succisae Unc. unam et semis, Rad. Cyperi, — Vincetoxici āā Unc. duas; infunde Vinum album generosum, extrahe cum expressione, l. a. inspissa.

EXTRACTUM ANTIVENEREUM PURGANS similis est indolis atque praecedens, additis Rad. Mechoacann., et Foliis Sennae, purgationis causa.

EXTRACTUM ARISTOLOCHIAE.

Paratur secundum Ph. Wirt. et Brunsv. cum Spiritu Vini rectificato, ad modum Extracti Angelicae nostri ex Radicibus Aristolochiae vulgaris (i. e. Clematidis), rotundae et longae.

EXTRACTUM ARNICAE AQUOSUM. Wohlverleihextract. *Extrait de Fleurs d'Arnica.*

Paretur ex Floribus Arnicae infusione Aquae fervidae ad methodum Extracti Absinthii. Ph. Austr. iteratis coctionibus parari prave instituit. — Van Mons macerationem cum pari pondere Aquae frigidae, tum infusionem duplicis ponderis Aq. fervidae, et depurationem cum albumine ovorum laudat. (Infusum Florum Arnicae recens paratum omnino anteponendum huic extracto.)

## EXTRACTUM ARNICAE. Wohlverleihextract. *Extrait d'Arnica.*

*Synon.:* Extractum Arnicae spirituosum, s. alcoholicum.

Paretur ex Radice Arnicae cum Spiritu Vini rectificato ad modum Extracti Angelicae (p. 385).

Ph. Bor. ed. 5. quoque eandem sequitur formulam, quae voce Extracti Angelicae exposita est. Ceteri Codices Flores Arnicae adhibent. — Ph. Austr., Bor. ed. 3., Hamb., Hann., Oldenb., Saxon. ed. 2. Flor. Arnicae Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres, Aq. commun. Unc. novem; Ph. Polon. Spir. Vini Unc. duas, cet. par. — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum ejusdem Codicis. — Ph. Herbip. Flor. Arnicae Unc. unam, Aq. comm. Unc. octo, Spir. Vini Unc. unam. (Hoc quoque Extractum Infuso Radicis recens parato postponendum.) *Vis:* excitans, sanguinis circulationem promovens, vasorum resorbentium actioni favens, discutiens, antiseptica. *Usus:* in febribus nervosis, asthenicis, puerperarum, dysenteria, conquassationibus cerebri et medullae spinalis, morbis paralyticis et atonia systematis lymphatici.

EXTRACTUM ARTEMISIAE VULGARIS. Beifußextract. *Extrait d'Armoise.*

Paretur ad modum Extracti Absinthii infusione aquae fervidae. A Ph. Wirt. et Pal. atque Taddeo descriptum. Ph. Gall. (1837) quoque suam methodum, eadem voce expositam, sequitur.

## EXTRACTUM ARTEMISIAE VULGARIS RADICIS. Beifußwurzelextract. *Extrait de Racines d'Armoise.*

Rec. Rad. Artemisiae vulgaris

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0408-8
DFG

concisae contusae quantum vis, immitte in vas vitreum amplioris orificii et infunde Spiritus Vini rectificatissimi q. s. ut Radix contegatur. Digere leni calore per diem, liquorem effunde et exprime. Has operationes adhuc bis repete, liquores filtra, ex retorta Spiritum blanda destillatione evoca, et residuum in balneo ad Extracti tenuioris molem redige. Laudatur in Eclampsia infantum, Cardialgia, Epilepsia.

EXTRACTUM ASARI. Haſelwurzelertract. *Extrait d'Asaret.*

Paretur ex Radice Asari Europaei sicut Extractum Angelicae — Ph. Wirt. Radicem Asari primum quintuplo vel sextuplo pondere Spiritus Vini rectificati, extrahit, tum residuum expressum cum aqua decoquit, et liquores junctos, Spiritu lege artis elicito, evaporat. – Ph. Sard. *bis cum quintuplo pondere Vini albi generosi extrahi et liquores commixtos evaporari suadet.*

EXTRACTUM ASPARAGI RADICUM. Spargelwurzelertract. *Extrait de Racines d'Asperges.*

Rec. Radicum Asparagi recentium quantum vis, bene mundatas et lotas contunde in mortario lapideo, succum exprime, per pannum trajice et in patinis porcellaneis in tenue stratum effusum, tepido calore consume. Libra Radicum recentium Unciam extracti prope largitur. Viribus diureticis gaudere praedicatur a Vaudin.

EXTRACTUM ASPARAGI TURIONUM. Spargelſproſſenertrakt. *Extrait de Pointes d'Asperges.*

Rec. Turiones Asparagi, contunde, succum exprime, per pannum trajice et lenissimo calore consume.

EXTRACTUM ATRIPLICIS FOETIDAE ex Herba paratur siccut Extractum Absinthii.

EXTRACTUM AURANTIORUM CORTICUM. Pomeranzenſchalenextract. *Extrait d'écorces d'Oranges.*

*Synon :* Extractum Corticum Aurantiorum alcoholicum.

Paretur ad modum Extracti Angelicae. (p. 385)

Ph. Polon., Bor. ed. 3 et 5, Hamb., Oldenb., Saxon. suam quaeque methodum sequuntur voce Extracti Angelicae expositum. — Ph. Dan. Cort. Aurant. Libr. unam, Spiritus Vini rectificati Libris duabus, et Aquae comm. Libr. quatuor extrahi, liquores expressos, Spiritu per destillationem abacto, inspissari vult. — *Vis :* stomachica, roborans. Sit caloris fusci, saporis grati amari, odoris proprii Aurantiorum. — *Usus :* in dyspepsia, abdominis inertia, in convalescentibus.

EXTRACTUM AURANTIORUM CORTICUM AQUOSUM. Wäßriges Pomeranzenſchalenertract. *Extrait aqueux d'écorces d'Oranges.*

Pravissime Codices veteres quidam magna vi aquae cortices Aurantiorum extrahi jubent. Longissima coctione indoles aetherea, balsamica in auras abit. — Disp. Brunsv., Lipp. cum sex partibus aquae, Ph. Amstel. cum viginti coqui praecipiunt.

EXTRACTUM AURANTIORUM FOLIORUM. Pomeranzenblättererxtract. *Extrait de feuilles d'Orange.*

Ph. Antwerp. decoctione Foliorum Aurantii parari docet. Infusio iterata cum parvis Aquae fervidae copiis ad modum Extracti Absinthii praeferenda.

†EXTRACTUM BACCARUM BELLADONNAE, s. Roob Belladonnae. Tollkirſchenextract oder Tollkirſchenmuß. *Extrait de baies de Belladonne.*

Henry.-Guib. *Baccae maturae Atropae Belladonnae manibus optime contritae sacculo linteo inclusae exprimantur, Succus expressus calefiat in balneo vaporis, et per pannum trajiciatur. Evaporet assidue agitatus in balneo aquae ad Extracti tenuioris consistentiam.*

EXTRACTUM BACCARUM RHAMNI, s. Roob Rhamni cathartici. Kreuzbeerenextract. *Extrait de Nerprun.*

Succus Baccarum Rhamni expressus et depuratus ad extracti tenuioris formam redigitur. Inservit Syrupo domestico quovis anni tempore parando. — Ph. Gall. (1818) fermentationem incipientem laudat.

EXTRACTUM BACCARUM SAMBUCI vid. Roob Sambuci.

EXTRACTUM BARDANAE. Klettenwurzelextract. *Extrait de Bardane.*

Paretur infusione Aquae tepidae (nec fervidae) ad modum Extracti Absinthii (p. 381). Ph. Batav., Belg. primum macerari cum decuplo pondere aquae, tum coqui per duas horas et colari, liquores colatos inspissari praecipiunt. — Van Mons: Succum recens expressum, Albumine Ovi depuratum, evaporare docet. Coctione Radicum vel infusione aquae fervidae immensa faeculae amylaceae farrago dissolvitur, quae indubie est excludenda; quare magno cum commodo Ph. Gall. (1837) lixiviatione cum aqua frigida praecipit. (In capillorum jactura prodesse dicitur, sed falso.)

EXTRACTUM BECCABUNGAE. Bachbungenextract. *Extrait de Beccabunga.*

Ph. Sard. Succus Herbae Veronicae Beccabungae contusae expressus (despumatus, colatus) in balneo aquae lege artis inspissetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0409-7
DFG

## † EXTRACTUM BELLADONNAE. Belladonnaextract. *Extrait de Belladonne.*

*Synon.:* Extractum Belladonnae herbae recentis, Succus spissatus Belladonnae, Succus inspissatus Atropae Belladonnae. Tollkirſchenkrautextract, Tollkrautextract.

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382), quod vide. Mutato nomine omnia de Belladonna illic narrantur. — *Vis:* narcotica, irin oculi dilatans, diaphoretica, diuretica, antifebrilis, majori dosi deleteria. Est extractum saporis amaricantis, odoris prope nullius, coloris nigro-fusci. — *Usus:* in febribus intermittentibus, dolore faciei, epilepsia, hydrope. Prophylacticum in febri scarlatina plus merito jactatum.

Ph. Succ et Fenn. hoc extr. non receperunt.

† EXTRACTUM BELLADONNAE SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. Herbae siccae. Weingeiſtiges Tollkrautextract.

Omnia quae de Extr. Aconiti spirituoso dicta sunt, mutato in Belladonnam nomine hic quoque valent, quare ad illam vocem remittitur. — *Vis* et *Usus* sicuti in Extracto praecedenti, a quo minime differt. Supervacanea haec formula erat, si ubique terrarum Herba Belladonnae recens in usum vocari posset.

EXTRACTUM BETULAE. Birkenextract. *Extrait de Bouleau.*

Ph. Succ. Folia Betulae albae bis coque cum duplo pondere Aquae, liquores expressione obtentos evapora.

EXTRACTUM BEZOARDICUM CAMERARII.

Ph. Wirt. Rec Extracti Specierum pro Elixirio Vitae Unc. quatuor, — Ligni Aloës, — Angelicae āā Unc. unam, — Meliss, — Salviae, — Tormentill., — Opii āā Unc. semis, — Rhoeados, — Castorei āā Drachm. duas, Lapidum quinque pretiosorum praep., Succini albi praep. āā Scrup. quatuor, Unicornu marini, Bezoar Orientalis, — Occidental. āā Scrup. duos, Confect. Alkermes complet., — Hyacynth. āā Drachm. duas. (Mixtio quondam jactata, nunc merita oblivione obruta.)

EXTRACTUM BEZOARDICUM QUERCETANI.

Rec. Rad. Angelic., — Zedoar., — Galang., — Tormentill., — Cort. Citri, Ligni Aloës, — Santal. rubr. — — citrin. āā Unc. unam, Granor. Alkermes, Dictamni, Spicae Nardi, Caryophyll., Nucis Moschat., Macidis, Cinnamomi, Been albi, — rubri āā Unc. unam et semis; misce, fiat extractum cum Aq. Vitae Juniperi q. s.

EXTRACTUM BILIS BOVINAE.

VAN MONS: Fel Tauri lege artis inspissatum cum triplo pondere Spiritus Vini rect. extrahi et liquorem filtratum, Spiritu destillatione abacto, inspissari docet. (Vide praeterea Fel Tauri inspissatum.)

EXTRACTUM BISTORTAE, s. Radicis Bistortae. Wieſenknöterichextract. *Extrait de Bistorte.*

Paretur ex Radice Polygoni Bistortae admodum extracti Absinthii (p. 381). — Ph. Gall. (1837) aqua frigida lixiviari vult, sicut Extr. Absinth. ejusd. Pharm. — Ph. Pal. sextuplum, Ph. Hisp. *decuplum* aquae pondus et coctionem laudant. — Ph. Sard. Infusionem. *Vis:* adstringens.

EXTRACTUM BORAGINIS. Borretſchextract. *Extrait de Bourrache.*

Ph. Gall. (1818) succum ex foliis recentibus contusis expressum inspissari indicat. — Ph. Gall. (1837) Folia siccata in pyxide stannea ad modum Extr. Absinth. ejusd. Pharm. elutriari praecipit. — Ph. Hisp. Folia recentia cum Aqua coqui, liquorem expressum evaporare jubet.

EXTRACTUM BRYONIAE. Zaunrübenextract. *Extrait de Bryone.*

Paretur ex Radice Bryoniae albae infusione aquae fervidae ad modum Extr. Absinthii. — Ph. Wirt., Brunsv. decoctionem cum sextuplo aquae pondere praescribunt; Ph. Herbip. Aquae molem non certius definit.

EXTRACTUM BUGLOSSI. Ochſenzungenextract. *Extrait de Buglosse.*

Paretur ex Radice Anchusae officinalis infusione Aquae fervidae sicut Extractum Absinthii. TADDEI.

EXTRACTUM CACUMINUM GENISTAE vid. Extractum Genistae.

## EXTRACTUM CALAMI AROMATICI. Kalmusextract. *Extrait d'Acorus odorant.*

*Synon.:* Extractum Calami, s. Calami aromaticum, s. Gummi resinosum.

Paretur exactissime ad normam Extracti Angelicae (p. 385). — *Vis:* nervina, confortans, tonica, stomachica, antiscorbutica.

Extractum odorem aromaticum Radicis prae se ferat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0410-8
DFG

*Usus:* in anorexia, dyspepsia, febribus malignis, in convalescentia.

Ph. Austr., Bor. ed. 3 et 5, Hamb., Lipp., Polon., Saxon. ed. 2, Wirt. suam quaeque methodum loco citato expositam, observant.

EXTRACTUM CALAMI AROMATICI VINOSUM. Weiniges Kalmusextract. *Extrait vineux d'Acorus.*

Ph. Sard. Radicem Calami sextuplo pondere Vini albi generosi tridua maceratione extrahi, residuum cum nova Vini copia, liquores mixtos inspissari docet.

## EXTRACTUM CAINCAE. Caincawurzelextract. *Extrait de Racine de Cainca.*

Rec. Rad. Caincae (Chiococcae anguicidae) Libr. duas, in pulverem grossiusculum redactis insperge Spir. Vini rect. Libr. unam; bene humectata in pyxide stannea inter diaphragmata duo laxe sterne et per diem macerata cum Spir. Vini rect. Libr. tribus elixivia. Spiritum Vini Aquae strato expelle et liquores separa quum prioribus admixti turbationem excitent. Spiritu elicito in retorta vel vesica residuum lege artis inspissa. — *Vis: diuretica, resorptionem promovens.* — *Usus: in morbis hydropicis, in vermibus, hypochondria, abdominis inertia.*

## EXTRACTUM CALENDULAE. Ringelblumenextract. *Extrait de Souci ordinaire.*

Paretur infusione Aquae fervidae sicut Extractum Absinthii (p. 381). — Ph. Hann. 1819 (1833 omittit). Herbam Calendulae cum octuplo Aquae fervidae infundi, tum coqui praecipit. — Ph. Sax. (1820) macerari cum octo partibus aquae, tum coqui, expressum denuo coqui cum quatuor partibus Aquae jubet. — Ph. Bor. ed. 5. sicut Extr. Aconiti Herbae recentis ejusdem Pharm., quam quoque methodum Ph. Sax. ed. 2. sequitur. — Ph. Hamb., Hass. succum defaecatum inspissari, tum faeculam siccatam et contritam admisceri volunt. — *Vis:* diuretica.

EXTRACTUM CAMPECHIENSIS LIGNI vid. Extractum Ligni Campechiensis.

EXTRACTUM CANTHARIDUM. Spanischfliegenextract. *Extrait de Cantharides.*

Pulverem grossiusculum Cantharidum irrora cum sufficiente copia Spir. Vini rectificatissimi in pultis fluidi formam, in balneo aquae calefac usque ad ebullitionem, et lente refrigerari sine, tum exprime; ter has operationes repete, liquores filtratos destillationi caute subjice et residuum in balneo vaporis inspissa. — Taddei bis cum triplo pondere Spir. Vini rectificatissimi extrahit. — Ph. Gall. (1818) Tincturam suam Cantharidum destillari et inspissari vult. — Ph. Gall. (1837) partem unam Cantharidum cum partibus tribus et dimidia Spir. Vini rectificati in pyxide stannea inter diaphragmata duo elutriari praescribit ad modum suum voce Extr. Aconit. spirituos. descriptum.

## EXTRACTUM CARDUI BENEDICTI. Kardebenedictenextract. *Extrait de Chardon bénit.*

*Synon.:* Extractum Centaureae benedictae, s. Cnici benedicti.

Paretur sicut Extractnm Absinthii (p. 381), qua voce etiam Pharmacopoearum discordantiam, nomine mutato, exposuimus. *Vis:* stomachica, excitans, diaphoretica, majori dosi emetica.

Est Extractum coloris fusco-viriduli, odoris proprii, consistentiae grumosae, aqua solutione turbidula solubile.

*Usus:* in anorexia, catarrhis chronicis.

EXTRACTUM CARDUI TOMENTOSI. Krebsdistelextract.

Disp. Lipp. Succum expressum Herbae Onopordi Acanthii Linn. sine defaecatione inspissari praescribit.

EXTRACTUM CARNIS. Fleischextract. *Extrait de Viande.*

Van Mons: Rec. Carnem bubulam, in frustula minuta dissectam aeri calido per diem expone ut exsiccetur paullum, tum infunde quadruplum pondus Spiritus Vini rectificati, in balneo aquae fove, liquorem frigefactum filtra, Spiritum evoca, et inspissa ad extracti consistentiam. — Cadet Carnem bubulam in pastam tenuissimam dissectam aqua frigida extrahit malaxando, liquorem per linteum colatum et inter coctionem bene despumatum ad extracti consistentiam evaporat. Quibusdam Osmazomum vocatur, chemica indole non accuratius nota. *Usus:* in convalescentia.

EXTRACTUM CARYOPHYLLATAE. Nelkenwurzelextract. *Extrait de Benoite commune.*

Ph. Sax. (1820). Radix Caryophyllatae (Geum urbanum Linn.) cum aquae pondere octuplo maceratur, tum coquitur, residuum expressum denuo cum quadruplo pondere aquae coquitur, liquores mixti, decanthatione depurati, inspissantur. (Praestat extractum infusione ad modum Extracti Absinthii parari, propter indolem volatilem. Infusum recens paratum imo extracto antepouendum.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0411-3
DFG

## EXTRACTUM CASCARILLAE. Caſcarillenextract. *Extrait de Cascarille.*

*Synon:* Extractum Cascarillae aquosum vel gummosum Extractum Chacarillae, s. Corticis Chacarillae.

Rec. Corticis Cascarillae minutim contusi Libram unam, infunde Aquae communis ferventis Libras tres, stent in digestione donec sponte frigefacta sint, tum coque per horae quadrantem et fortiter exprime. Residuum coquatur iterum cum Aquae communis Libris tribus, et exprimatur liquor idque iteretur, donec aqua nullum amplius saporem atque colorem intensiorem acquirat. Liquores sic obtenti commixti subsidentia et decanthatione depurati evaporent ad remanentiam Librarum trium, quas in vase porcellaneo balneo aquae vel vaporis vel Calcariae muriaticae exposito ad extracti spissitudinem redige. — *Vis:* excitans, calefaciens, tonica, stomachica, antiseptica.

Sit obscure fuscum, saporis Cascarillae, in aqua solutione turbida solubile.

*Usus:* in digestione debilitata, anorexia, febribus pituitosis Chinae sociatum, dysenteria, cet.

Ph Suec., Slesv.-Hols. potissimum nobiscum consentiunt. Aquae ponderibus maxime discrepant Codices. Nimia copia adhibita principium aromaticum inter evaporationem in auras abit; quod vituperium Ph. Bor. ed. 5. et Saxon. ed. 2. maxime subierunt. Disp. Fuld. Corticum Cascarillae in filtratorio laneo aqua fervida infusa extrahi vult; nimis cito vero aqua defluit, quam quae saturari queat. — Disp. Brunsv., Parm. Aquae partes sex et coctionem proponunt, Ph Fenn. bis, et Ph. Hass. ter cum sextuplo aquae pondere extrahi volunt; Ph. Saxon. (1820), Hamb. octo; Ph. Bor. ed. 3, Dan., Hann., Oldenb. primum octo, tum quatuor aquae partes; Ph. Bat. et Belg. primum decem, alterum octo partes; Ph. Bavar. et Ferrar. duodecim; Ph. Amstel. viginti tum quindecim; Ph. Bor. ed. 5, Saxon. 2. bis cum sedecim partibus ad dimidium decoqui praescribunt.

## EXTRACTUM CASCARILLAE SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. resinosum, s. gummoso-resinosum. Weingeiſtiges Caſcarillenextract. *Extrait alcoolique de Cascarille.*

Rec. Corticis Cascarillae grossiuscule pulverati q. v., infunde Spir. Vini rect. tantum ut massa pultem fluidam aequet, fove in balneo aquae sine ebullitione per sex vel octo horas vel longius, exprime; residuum denuo eodem modo ter quaterve tracta, liquores expressos subsidentia depuratos et clarefactos destillationi subjice, et residuum lenissimo calore ad extracti spissitudinem evapora. Hoc extractum aquoso imo anteponendum, quum Spiritus Vini leniore calore abigitur quam aquae tanta moles. In inspissando ne nimium calorem adhibeas, quo magna extracti pars fit insolubilis, cave. — Ph. Polon. Cort. Cascarillae Libr. unam, cum Aquae Libr. novem et Spir Vini rect. Libr una extrahi, leni calore adhibito exprimi, Spiritum destillatione separari, residuum inspissari docet. — Ph. Fuld., Wirt. Cort Cascarill. Libr. una extrahitur digestione cum quinque ad sex Libris Spir. Vini rect., residuum cum Aquae Libr. tribus coquitur, decoctum albumine clarificatur, Spiritus destillatione secernitur, residuum inspissatur. — Ph. Dubl. Cortex digeritur cum quadruplo pondere Spiritus Vini rect., tum residuum expressum cum Aq. comm. Libr. decem ad duas coquitur, Spiritu destillatione elicito residuum evaporatur. — Ph. Sard. Vino parari vult ad modum Extr. Absinthii ejusdem Pharm.

## EXTRACTUM CASSIAE, s. Cassiae fistulae, Pulpa Cassiae. Röhrencaſſienextract. *Extrait de Casse.*

Ph. Gall. (1837). Ex fructibus Cassiae spathulae ope pulpam, semina ac dissepimenta exime, dilue Aquae destillatae pari pondere fructuum, trajice per cribrum setaceum et evaporando leni calore ad extracti spissitudinem redige. — Ph. Bat. aquam fervidam laudat. Taddei quoque recipit. Henry-Guib. suadent fructus contusos in diaphragmate aquae tepidae immerso sterni, post aliquot horas trajici et inspissari.

EXTRACTUM CASSIAE SENNAE vid. Extractum Sennae.

## EXTRACTUM CASSUMUNIAR. Blockzittwerextract. *Extrait de Cassumuniar.*

Disp. Fuld. ad methodum suam, voce Extr. Cascarillae spirituosi expositam, parari monet.

## EXTRACTUM CASTOREI. Bibergeilextract. *Extrait de Castoreum.*

Disp. Brunsv. Castoreum concisum ite-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0412-9
DFG

rata digestione cum Spiritu Vini rect. extrahe, et spiritu elicito ad extracti spissitudinem evapora. — Ph. Pal., Wirt. residuum, Spiritu Vini exhausti, aqua fervida extrahunt, et liquores mixtos Spiritu abacto, evaporant. Pravum consilium materiam pretiosissimam lege artis deperdendi.

EXTRACTUM CATECHU, s. Catechu depuratum. Catechuertract. *Extrait de Cachou.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Catechu contusi Libram unam, infunde Aquae fervidae Libr. sex; interdum agitata stent per diem et noctem, liquorem decantha et evapora in balneo aquae. SOUBEIRAN nisi quadruplo aquae infundi et liquorem in Syrupi spissitudinem evaporatum in patinis porcellaneis protinus exsiccari suadet.

EXTRACTUM CATHARTICUM vid. sequens.

† EXTRACTUM CATHOLICUM, s. Colocynthidis compositum, s. catharticum. Allgemein abführendes Extract. *Extrait purgativ universel.*

Ph. Palat., Wirt., Brunsv. Rec. Extracti Aloës aquosi Unc. unam, Extr. Hellebori nigri Drachm. duas, Extr. Colocynth. Drachm. unam, Resinae Jalapp., Scammonii āā Drachm. unam et semis. — Ph. Hisp. Rec. Extr. Hellebori nigri, — Agarici āā Unc. unam, — Colocynth. Drachm. sex, Scammonii Unc. unam, Aloës Succotr. Unc. duas, Salis amari Unc. semis, Aq. comm. q s. Pistentur extracta in mortario ut fiat massa mollis, tum adde pulveres et ex omnibus optime mixtis Trochisci formentur. — Ph. Dubl., Lond. (1824): Rec. Colocynth. a semin. liberatae Drachm. sex, Aloës Succotr. Unc. unam et semis, Scammonii Unc. semis, Sem. Cardamom. min. Drachm. unam, Saponis Veneti Drachm. tres, Aquae comm. fervid. Libr. unam; (Ph. Lond. (1836) Spir. Vini rect. Unc. sedecim, cet. par.) digere Colocynth. in vase obtecto cum aqua per 4 dies, exprime, cola et adde Aloën et Scammonium; inspissa ad consistentiam massa pilularis, denique admisce Saponem et Cardamomum. — Ph. Lond. (1809), Amer., Ferrar., Genev., Hamb., Lusit. Saponem omittunt formulae Dublin., et Aquae loco Spiritum Vini adhibent. — Ph. Hann.: Rec. Colocynth. Drachm. sex, macera per quatriduum cum Spir. Vini rect. Libr. una, cola, in colatura solve Aloës Unc. unam et semis, Scammonii Unc. semis, Spiritum in balneo aquae agitando dissipa, adde Extr. Rhei Drachm. duas, et ad massae pilularis consistentiam consume. — Disp. Lipp.: (Extr. purgans.) Rec. Extr. Hellebori nigri Drachm. sex, — Aloës aquosi Unc. unam, — Jalappae gummoso resinosum, — Saponariae āā Unc. unam et semis; rite misceantur. — Ph. Suec. Rec. Colocynth. Unc. duas, coque cum Aq. comm. Libr. duabus ad dimidium, liquor ad mellis spissitudinem evaporet, tum admisce Aloës Succotr. Unc. duas, Scammonii Unc. unam, Pulv. Caryophyll. Drachm. unam. — Disp. Lipp. Rec. Colocynth. Unc. unam et semis, digere per 4 dies cum Spir. frumenti Libr. duabus, Tincturae expressae admisce Aloës Succotr Unc. tres, Scammonii Unc. unam; quiete limpidefactam defunde, Spiritum elice, evapora et adde denique Pulv. Cardamom. Unc. unam. — Dictum HOFFMANNI: Rec. Extr. Aloës Unc. unam, — Colocynth., Resinae Jalapp., Scammon., Gutti āā Drachm. tres, Flor. Martis Drachm. duas; misce. — Dictum POTERII: Aloës Socotr. Unc. unam, Myrrh. Unc. semis, Extr. Sennae Drachm. sex, — Colocynth. Drachm. unam, — Croci Scrup. unum, Sulphur. (magnetici meteorisati) Unc. semis, misce. — *Extr. catharticum* Ph. Wirt. Rec. Aloës Unc. unam et semis, Colocynth. Drachm. sex, Scammonii, Cardamomi āā Unc. semis, iterate extrahe Spiritu Vini, et destillatione peracta, inspissa. Scriptorum discentum lubenter omittimus — *Vis:* drastica, hydragoga; caute adhibendum est. *Usus:* in hydrope, obstructione alvi habituali.

EXTRACTUM CENTAUREAE BENEDICTAE vid. Extractum Cardui benedicti. (p. 389)

## EXTRACTUM CENTAURII MINORIS. Tausendgüldenkrautextract. *Extrait de Petite Centaurée.*

Paretur sicut Extractum Absinthii (p. 381) iterata infusione aquae fervidae, fovendo infusum per aliquot tempus, exprimendo et evaporando. — *Vis:* tonica, stomachica, febrifuga.

Est extractum coloris intense fusci, lucem reflectens virescens, saporis amari, odoris non ingrati, aqua solutione turbidula solubile.

*Usus:* in anorexia, vermibus, cachexia.

Pharmacopoearum varietas eadem ac in Extracto Absinthii. Extractum Spiritu paratum non obvenit, nisi Ph. Herbip., quae Libr. uni Herbae Centaurii Spiritus Vini Libram unam et Aquae Libras octo infundit.

EXTRACTUM CEREFOLII, s. Chaerophylli sativi. Kerbelextract. *Extrait de Cerfeuil commun.*

Ph. Gall. (1818), Hamb. Succus Herbae Cerefolii (Scandix Cerefolium LINN.) recentis contusae expressus sine praevia defaecatione inspissetur in balneo aquae. — TADDEI albumine clarificari suadet. — Ph. Sard. Herbae maceratae per tres dies Aquae triplum infundi praecipit, digestione trientes duos consumi, cetera expressa inspissari.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0413-5
DFG

EXTRACTUM CEREFOLII HISPANICI. Spaniſch Kerbelextract. *Extrait de Cerfeuil musque.*

Ph. Suec. Succus expressus Herbae Scandicis odoratae Linn. absque defaecatione inspissatur.

EXTRACTUM CHACARILLAE vid. Extr. Cascarillae (p. 390).

EXTRACTUM CHAEROPHYLLI SILVESTRIS, s Cicutariae. Waldkerbelextract, Tollkerbelextract. *Extrait de Cerfeuil sauvage.*

Ph. Suec., Hamb. Succum expressum absque defaecatione inspissari jubent.

EXTRACTUM CHALYBIS Bate.

Succi Herbae Acetosellae expressi Libr. quatuor, Tamarindorum Unc. una parum cocta clarificantur, macerantur cum Limaturae Martis Unc. quinque per 4 dies saepe agitatae; cola, evapora ad justum spissitudinem.

EXTRACTUM CHAMAEDRYOS. Gamanderextract. *Extrait de Germandrée commune.*

Ex Herba Teucrii Chamaedryos sicca paratur infusione aquae fervidae sicut Extr. Absinthii. — Ph. Gall (1818), Parm. et Sard. receperunt.

## EXTRACTUM CHAMOMILLAE. Kamillenextract. *Extrait de Camomille.*

*Synon.:* Extractum Chamomillae vulgaris, s. Chamaemeli, s. Anthemidis, s. Florum Chamomillae.

Paretur ex Floribus Chamomillae bene siccatis infusione iterata aquae fervidae, qua minima fieri potest copia, et evaporatione sine ebulliendo instituta sicut Extractum Absinthii (p. 381).

***Vis:*** tonica, stomachica.

Extractum odorem plantae fere nullum prae se fert, saporis est grati amari, coloris fusci.

*Usus:* in dyspepsia, chlorosi, infirmitate.

Pharmacopoearum discrepantia eadem ac in Extracto Absinthii.

EXTRACTUM CHAMOMILLAE FRIGIDE PARATUM. Kaltbereitetes Kamillenextract. *Extrait de Camomille à froid.*

Ph. Hann. Flor. Chamomill. vulg. Libr. una maceretur Aquae destill. Libr. duodecim per horas quadraginta octo. Residuum expressum denuo maceretur cum Aq. dest. Libr. sex. Liquores commixtos filtra et evapora ad mellaginem. Massam refrigeratam solve ea copia aquae ut filtrari possit, tum filtra et in balneo aquae ad extracti consistentiam consume.

## EXTRACTUM CHELIDONII MAJORIS. Schöllkrautextract. *Extrait de grande Chélidoine.*

Paretur ex Succo expresso Herbae recentis Chelidonii majoris sicut Extractum Aconiti (p. 382).

***Vis:*** incitans, resolvens, laxans, diuretica.

*Usus:* in hydrope, morbis chronicis intestinorum, obstipatione, chlorosi.

Ph. Austr., Boruss. ed. 3, Dan., Fuld., Hann., Hass., Herb., Hisp., Old., Polon., Sard., Slesv.-Hols., Saxon. (1820), Wirt., succum expressum non repurgatum vel defaecatum inspissari jubent. — Ph. Bor. ed. 5, Bav. eadem varietas atque in Extr. Aconiti. — Ph. Bat. quartam partem extracti addit Pulveris Herbae siccae — Ph. Belg., Amstel. decoctionem adhibent.

## EXTRACTUM CHINAE FUSCAE. Chinaextract. *Extrait de Quinquina.*

*Synon.:* Extractum Chinae fuscae seu griseae coctum, Extractum Corticis Peruviani aquosum s. gummosum. Braunchinarindenextract. *Extrait de Quinquina mou.*

Rec. Corticis Chinae Huanuco (I, p. 32) Libram unam, contunde in pulverem grossiusculum et infunde Aquae fervidae Libras tres. Supra moderatum ignem imposita in leni ebullitione obtine per horas tres aquam dissipatam sensim restituens, tum adhuc fervida per pannum trajice, residuo denuo Aquae communis Libras tres infunde, iterumque per tres horas leni igne fota cola, idque tertium repete. Liquores commixtos in vase figulino subsidentia depuratas decantha et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0414-1
DFG

primum igni aperto tum ad tertiam partem reductos in balneo Calcariae muriaticae inspissa. Pro coctione et evaporatione vasis cupreis uti licet, nec stanneis, aut stannatis, quibus extracti color in deterius vergit. *Vis:* adstringens, antiseptica, stomachum roborans, febrifuga, praesentissima tonica.

Sit coloris fusci, odoris proprii, saporis adstringentis amari, aqua solutione turbida e fuscescenti alba solubile.

*Usus:* In febribus intermittentibus, typho fugato, haemorrhagiis, erysipela, cet.

Ph. Slesv.-Hols., Suec. nobiscum congruunt. Ph. Bor. 5, et Saxon. 2. Cort. Chinae fuscae Libr. unam decoqui suadent cum Aquae Libris sedecim ad remanentiam librarum octo, idque repeti quoties opus fuerit. Liquores commixti subsidendo et decanthatione depurati *evaporent ad remanentiam Librarum quatuor, quae in balneo vaporis* ad *extracti spissitudinem redigantur.* Ph. Hisp. coctionem cum duodecim partibus aquae; Ph. Bat. bis cum duodecim; Ph. Lond. cum decem; Ph. Hamb., Lipp. bis cum octo; Ph. Gall. (1818) primum cum sex, alterum cum quatuor; Ph. Gall. (1837) bis cum sex; Ph. Dubl. bis terve cum sex; Ph. Bor. 3, Dan., Hann., Oldenb., Polon. primum cum octo tum quatuor, Ph. Genev. bis terve cum quindecim, Ph. Hass. cum sex, Ph. Ross Austr. cum suffic. copia, Ph. Ferrar. in manica cum aqua fervida exhauriri proponunt. Varietatum turbam atque scriptorum de re medica catervam praetereamus. Ph. *Bat.* duos consistentiae formas proponit, extractum molle, quod est spissitudinis massae pilularis, alterum durum, ita exsiccatum ut in pulverem teri possit.

**EXTRACTUM CHINAE REGIAE,** s. Extractum Chinae flavae coctum, Extractum Kinaekinae regiae, s. Cinchonae regiae. Königschinaextract. *Extrait de Quinquina jaune.*

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hann. cet. hoc extractum secundum methodos modo explicatas parari proponunt.

**EXTRACTUM CHINAE RUBRAE,** s. Kinaekinae rubrae. Rothechinaextract. *Extrait de Quinquina rouge.*

Paretur sicut Extractum Chinae fuscae. Similibus gaudet viribus. Ph. Batav. recepit.

**EXTRACTUM CHINAE FUSCAE FRIGIDE PARATUM.** Kaltbereitetes Braunchinaextract. ***Extrait sec de China.***

***Synon:*** Extractum Kinaekinae, s. Cinchonae frigide paratum, Extractum Kinaekinae siccum e macerato cortice paratum, Sal essentiale Chinae, Sal essentiale Lagaraye. Weſentliches Chinaſalz. Lagarayeſches Chinaſalz. ***Sel essentiel de Lagaraye.***

Rec. Corticis Chinae fuscae in pulverem grossiusculum redacti Libram unam, Aquae destillatae quantum satis, ut aqua supra pulverem ad pollicem usque emineat. Stent per horas quadraginta octo saepius agitata et exprimantur. Haec operatio bis terve repetatur. Liquores expressi et colati in balneo vaporis vel Calcariae *muriaticae ad mellaginis consistentiam leniter evaporent.* Massam refrigeratam dilue aquae destillatae tanta copia ut filtrari possit. Filtratione per chartam bibulam peracta liquor iterum in balneo vaporis ad mellaginis consistentiam inspissetur, quae operatio repetatur, donec extractum solutione limpida solvatur. Serva in vasis vitreis bene obturatis. — ***Vis:*** tonica, roborans, antiseptica, facilius a stomacho fertur quam pulvis corticis vel extractum coctione paratum.

Sit extractum fuscum, odoris proprii corticis, saporis acidi amari atque adstringentis, cum aqua solutionem limpidam rufo fuscam praebeat. Plerumque sedimentum crystallinum demittitur.

*Usus:* in anorexia, dyspepsia quae ceteras Chinae propinandae formas non fert.

Nos Ph. Bor. ed. 5 in hoc extracto secuti sumus. Comes de la Garaye anno 1746



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0415-7

primus hoc extractum binis macerationibus cum quadraginta partibus aquae parare instituit, a quo nomen quoque per longum tempus usitatum duxit. — Ph. Wirt., quae magnopere placuit, hanc rem tali modo tractavit. Corticis Chinae Libr. uni infundantur Aquae fontanae fervidae Librae duodequinquaginta, concutiatur vas saepius de die; post duos dies coletur infusum per chartam bibulam et evaporetur igne moderato ad Libram unam usque, quae postea, quam refrigucrit, iterum filtretur. Colatum nunc in patinis vitreatis bene amplis infundatur, quae fornaci exsiccatorio imponantur, ut exhalet usque ad pulveris siccitatem, qui squamularum nitentium speciem prae se fert. Pulvis bene siccus cultroque abrasus conservetur in vitreo optime clauso, ne aeris contactu humorem colligat. — Ph. Gall. (1818) corticis Chinae partem unam primum cum sextuplo, alterum cum quadruplo pondere Aquae macerari, liquores colatos in balneo aquae ad Syrupi spissitudinem evaporari, tum in orbes planos faventinos effusos furni exsiccatorii tepore ad siccitatem consumi praecipit. — Ph. Slesv.-Hols., Hass. et Hamb. eandem extrahendi rationem amplexae sunt, sed liquorem ad Libram unam et semis reductum denuo filtrari, tum ad extracti crassitiem inspissari proponunt. — Ph. Bor. 3, Oldenb., Saxon. (1820) cum duodecim partibus Aquae macerando extrahi et liquorem ad duas partes evaporatione consumtum denuo filtrari docent. — *Ph. Saxon. (1837) cum quadruplo pondere aquae macerando extrahi, post duos dies defundi et liquorem clarefactum ad mellis spissitudinem exsiccari vult.* — Ph. Hann. primum cum duodecupla, alterum cum sextupla mole aqua macerari, massam ad extracti consistentiam exsiccatam denuo aqua destillata solvi ut filtrari possit, filtratum ad extracti spissitudinem inspissari suadet. — Ph. Polon. aquae partes decem indicat. — Ph. Gall. (1837) Rec. Corticem Chinae in molendina diminutum, humecta dimidio pondere suo Aquae destillatae; per diem macerata ingere in pyxidem elutriatoriam inter diaphragmata duo, et aqua destillata teporis graduum 15 ad 20 extrahe, donec liquores minus saturati prodeant; inspissa ad extracti massam in balneo vaporis, quam in furno exsiccatorio in patinis omnino exsicca. — Ph. Sard. Corticem triturare in mortario marmoreo aqua pedetentim affusa, et decanthare turbidam factam, idque toties repeti, quoties liquor colorem induat, instituit. Scriptorum discrepantiam perstringere opera pretium non est.

## EXTRACTUM CHINAE REGIAE FRIGIDE PARATUM. Kalt bereitetes Königschinaextract.

Paretur ad modum extracti praecedentis. Ph. Bor. ed 5, Hann., Slesv.-Hols. receperunt.

## EXTRACTUM CHINAE SPIRITUOSUM, s. Cinchonae, s. Corticis Peruviani alcoholico-aquosum, s. Corticis Chinae cum Resina, s. Cinchonae officinale, s. resinosum, s. resino-extractivum Chinae, Magisterium Chinaechinae, s. resino-extractivum Chinae. Weingeiſtiges, alcoholiges Chinaextract. Harziges Chinaextract. *Extrait de Quinquina alcoolique.*

Rec. Corticis Chinae fuscae (s regiae, s. rubrae) Libram unam, in cucurbitam immissae affunde Spiritus Vini rectificati quantum satis ut paullum superemineat, in balneo aquae calefiant interdum agitata usque ad ebullitionem, tum e lente frigefactis, igne abducto, exprimatur liquor in prelo, quae operationes *bis terve* repetantur. Liquores in vase *altiore* quam amplo atque obtecto subsidendo et decanthando depurati leni destillationi ad spiritum eliciendum subjiciantur, et residuum in balneo aquae ad justam extractorum consistentiam inspissetur. — ***Vis*** et ***Usus*** sicut Extracti aquosi. Extractum resinoso-fuscum, aqua solutione turbida solubile, facile efficacissimum.

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols, Wirt. sicut Extractum Angelicae secundum suam *quaeque methodum.* — Disp. Fuld. sicut *Extr. Cascarillae spirituosum ejusdem Pharm.* — Ph. Saxon. (1820), *Lipp. e residuo* Extracti Chinae frigide parato Spiritu Vini extrahi permittunt. — Ph Bavar. Cort. Chinae Libr. unam extrahe cum Spir. Vini rect. Libr. quatuor, et Aquae commun. Libr. sex, cola adhuc frigidam miscelam, residuum coque cum Aq. comm. Libr. quinque, cola statim, et liquores, Spiritu elicito, lege artis evapora. — Ph. Lond. Cort. Chinae Libr. unam, Spir. Vini rect. Unc. sexaginta quatuor. — Ph. Edinb. Cort. Chinae Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor, digesta et expressa coque cum Aquae destillatae Libr. quinque per horae quadrantem, et decoctum adhuc fervens per linteum cola, hanc coctionem semel repete, et liquores depuratos ad mellis spissitudinem redige Spiritu Vini destillatione elicito liquores misce et ad idoneam crassitudinem in balneo Calcariae muriaticae redige. Simili modo Ph. Dubl. procedit, nisi quod corticem Spiritu exhaustum cum decuplo pondere aquae ad duas libras decoquit; tum extractionem spirituosam et aquosam misceri et inspissari praecipit. — Ph. Amer. primum extrahit Libr. unam Corticis cum Libr. quinque Spir. Vini rect., tum bis cum Libr. quinque Aquae. — Ph. Gall. (1818), Herbip. Spiritus rationem non indicant. — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum ejusd. Pharm. Ph. Amstel. ad Dubl. accedit. Scriptores modos paullum discrepantes indicavere, quos praeteriri aequum est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0416-2

**EXTRACTUM CHINAE VINOSUM.** Weiniges Chinaextract.

Ph. Hass. (1806), Piderit: Corticis Chinae Libr. unam ter cum Vini albi Libr. octo macerari et liquidum evaporari docent. Nimia affertur moles aliena in Vini tanta copia, quare triplum vel quadruplum pondus Vini in tribus digestionibus distributum melius conduceret. — Ph. Sard. quintuplum ad sextuplum pondus Vini praecipit. Ex Vini diversa indole haec praeparatio abroganda est.

**EXTRACTUM CICHORII, v. Inspissamentum Cichorii.** Wegwartextract. *Extrait de Chicorée.*

Paretur ex foliis siccatis ad modum Extracti Absinthii. Ph. Gall. (1837) Succum expressum et coctione defaecatum in balneo vaporis inspissari proponit. — Ph. Austr., Hisp. coctione herbae et radicis parari docent. — Ph. Sard., Parm., Herbip. receperunt.

† **EXTRACTUM CICUTAE**; plerumque hoc nomine Extractum Conii intelligitur, quam vocem vide; tum quoque Extractum ex Cicuta virosa (Waſſerſchierling, *Ciguë aquatique*) sive aquatica paratum. Haec planta quoad vires ad Conium prope accedit, nisi quod virulentior est, ideoque plerumque e re medica rejecta. *Vis:* narcotica, intoxicans, facile deleteria.

**EXTRACTUM CINAE** vid. Extractum Seminis Cinae.

**EXTRACTUM CINCHONAE** ejusdemque varietates vid. Extractum Chinae.

**EXTRACTUM CNICO-PHARMACUM, s. Diacarthami.**

Disp. Prag., Palat. Rec. Seminis Carthami excorticati Unc. quatuor, Rad. Rhabarbari Unc. unam, Polypodii querni Unc. duas, Zingiberis albi Drachm. duas, Turbethi albi resinosi, Fol. Sennae $\overline{aa}$ Unc. duas et semis, Myrobalanorum Chebularum Unc. tres, Agarici albi Drachm. sex, Scammonii Drachm. decem, Mannae Unc. duas et semis. Agaricus, Turbethum et Scammonium extrahantur Spiritus Vini rect. Libr. duabus, cetera Aquae fervidae Libr. tribus; solutiones depuratae colatae mixtae inspissantur. (Merito exolevit; accedit quoad efficaciam ad extractum catholicum, panchymagogum; vis fortiter purgans.)

† **EXTRACTUM COCCULI INDICI.** Kockelskörnerextract. *Extrait du Coque de Levant.*

Swediaur maceratione Cocculorum indicorum cum octuplo pondere Aquae communis, colatione cum expressione, subsidendo et inspissando parare proponit. *Vis:* narcotica. *Usus:* in epilepsia, hysteria (?).

**EXTRACTUM COCHLEARIAE.** Löffelkrautextract. *Extrait de Cochléaria.*

Disp. Brunsv., Ph. Gall. (1837) Succum coctione depuratum et colatum evaporare praecipit. Ph. Amstel. herbae recentis contusae Libr. uni male infundit Aquae fervidae Libr. decem, Ph. Bat. Libr. quinque, Ph. Palat. Libr. sex. (Extractum species est inconcinna hanc plantam in re medica adhibendi, quum indoles acris volatilis coctione in auras abit.)

**EXTRACTUM COFFEAE, s. Coffeae arabicae.** Kaffeeextract. *Extrait de Café.*

Rec. Seminum Coffeae bene tostorum et in molendina domestica diminutorum quantum vis; in diaphragmate bene perforata impositis infunde Aquae fervidae quamdiu solutio intense colorata defluat. Liquores limpidos in balneo aquae vel Calcariae muriaticae inter assiduam agitationem, ebullitionem evitans, evaporatione consume ad extracti mollioris consistentiam. Laudatur in tussi ferina, attamen infusum recens paratum omnino anteponendum, quod culinae derelinquamus.

† **EXTRACTUM COLCHICI, s. bulborum Colchici.** Zeitloſenextract. *Extrait de Colchique.*

Ph. Gall. (1837) Rad. Colchici sicci Libr. una, humectata cum dimidio pondere Spiritus Vini rectificati stet in maceratione per diem, tum in pyxide lixiviatoria inter diaphragmatibus duobus laxe strata elutrietur cum triplo pondere Spiritus Vini rect., qui ipse strato aquae infusae depellendus est, donec liquores prodeuntes cum prioribus mixti turbationem efficiant.

**EXTRACTUM COLCHICI ACETICI.** Zeitloſeneſſigextract.

Paretur evaporatione Aceti Colchici (p. 6).

† **EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS, s. Pulpae Colocynthidis.** Koloquintenextract. *Extrait de Coloquinte.*

Rec. Pulpae Colocynthidis quantum vis, infunde Spiritus Vini rectificati quantum satis ut paullulum supereremineat, digere in balneo aquae usque ad ebullitionem tum, igne abducto, lentae refrigerationi expone, et frigefacta fortiter exprime, quas operationes ter repete. Liquores subsidentia depuratos, Spiritu Vini destillatione abacto, in balneo aquae lege artis evapora. *Vis:* vehementissime laxans. Sapor amarissimus. *Usus:* praesertim in hydrope pro humoribus excernendis.

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hol., Polon. sicut Extractum Angelicae, suam quaeque methodum secuta. Ph. Bor. ed. 3, Hann. (1819), Hass., Oldenb., Saxon. (1820 et 1837) Colocynthidis partes duas, Spir. Vini rect. partes tres, Aquae partes novem. — Ph. Hann. (1833) Colocynthidis Libr. duas, Spir. Vini rect., Aq. comm. $\overline{aa}$ Libr. decem. — Ph. Gall. (1818 et 1837) maceratione repetita cum aqua pura frigida et expressione forti; Ph. Gall. (1837) alteram quoque formulam praecipit, scilicet unam Colocynthidum Libram extrahendi cum quatuor Libris, tum cum duobus Spiritus Vini rectificati. Ph. Fenn. decoctione Colocynthidis Unc. duarum cum Aquae Libr. duabus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0417-8
DFG

ad dimidium, colatione et evaporatione fieri jubet. Ph. Lond. decoctionem cum decem aquae partibus ad duas laudat. Ph. Amstel., Brunsv., Palat., Wirt. Rec. Pulpae Colocynth. Libr. unam, infunde Spir. Vini rect. Libr. quinque, extrahe digestione sufficiente, tum cola cum expressione, residuum coque cum Aq Libr. tribus, decoctum clarifica ope albuminis, admisce tincturam, spiritum elice et ad extracti consistentiam evapora. Ph. Hisp. duas coctiones commendat; Van Mons macerationes.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM vid. Extractum Catholicum (p. 391).

## EXTRACTUM COLUMBO.
## Columboextract. *Extrait de Colombo.*

Rec. Radicis Columbo grossiuscule pulveratae quantum vis; in cucurbita infunde Spiritus Vini rectificati quantum satis ut paullum superemineat, in balneo aquae calefac usque ad ebullitionem, tum igne abducto lente refrigeranda digere per diem et noctem; frigefacta cola cum expressione; has operationes ter repete, ultimum autem infundendo miscelam ex pari volumine Aquae et Spiritus Vini rectificati. Liquores expressi filtrum non penetrant, quare subsidentia limpidescant; limpidos, spiritu per destillationem elicito, in balneo Calcariae muriaticae ad extracti spissitudinem redige. — *Vis:* roborans, stomachica, antidysenterica.

Sit extractum saporis amarissimi, coloris fusco-lutei, impellucidum, aqua solutione flava turbida solubile.

*Usus:* in asthenicis intestinorum affectionibus, diarrhoeis, dysenteria, vomituritione.

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols. sicut extractum Angelicae. — Ph. Bor. ed. 3, Hamb., Hann., Oldenb., Saxon. Radic. Columbo Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres, Aquae comm. Libr. novem. Ph. Bavar. Radic. Columbo Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. sex; Ph. Dan. Rad. Columbo Libr. unam, Spir. Vini Libr. duas, Aq. comm. Libr. quatuor. Hae varietates vix adnotatione dignae, cum constet, aqua pura partes efficaces non omnino solvi.

## † EXTRACTUM CONII.
## Schierlingsextract. *Extrait de Ciguë.*

*Synon.:* Extractum Conii maculati Herbae recentis; Extractum Cicutae, Succus spissatus Conii, Inspissamentum Conii s. Cicutae. Gefleckten Schierlingsextract. *Extrait de grande Ciguë.*

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382) ex herba recente. — *Vis:* resolvens, narcotica.

Extractum odoris nauseosi, saporis parum salini amari. Non per longum tempus praeparatum prostet. Salia calcarea e nostro extracto plerumque excreta sunt.

*Usus:* in scrophulis, scirrho, carcinomate, morbis arthriticis rheumaticis, paralysi.

Pharmacopoearum discordantia eadem ac in Extracto Aconiti. Succum scilicet non defaecatum inspissari proponunt Ph. Austr., Amer., Amstel., Bor. 3, Brunsv., Dan., Dubl., Edinb., Ferr., Fuld, Hann., Herbip., Hisp., Lipp., Lond., Oldenb., Polon., Ross. et Ross. milit. et scriptorum magna caterva. Ph. Gall. (1837) duas habet extracti formas, alteram succum non defaecatum in furno exsiccatorii tepore inspissatum, alteram ad suam methodum, voce Extracti Absinthii expositam, ex herba sicca in pyxide lixiviatoria paratam.

EXTRACTUM CONTRAJERVAE. Contrajervenextract. *Extrait de Contrayerva de Pérou.*

Ph. Palat. infundendo Aquae fervidae Libr. sex in Radic. Contrajervae Libr. unam, tridua maceratione et levi coctione parari praecipit.

EXTRACTUM CONVALLARIAE, s. Liliorum Convallium. Maiblumenextract. Disp. Brunsv. ex floribus Convallariae majalis parari docet, infundendo Aq. comm. sextuplum pondus, digestione, etc.

EXTRACTUM CONVOLVULI JALAPAE vid. Extractum Jalappae.

EXTRACTUM CORTICUM AURANTIORUM vid. Extractum Aurantiorum (p. 387).

EXTRACTUM CORTICIS HIPPOCASTANI, E. CORT. OLEAE EUROPAEAE, E. CORT. PRUNI PADI, E. CORT. QUERCUS, E. CORT. ULMI etc. vid. Extractum Hippocastani, Oleae Europaeae, Pruni Padi, Quercus, Ulmi, etc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0418-4 DFG

EXTRACTUM CORTICIS RADICIS BUXI. Buchsbaumwurzelrindenextract *Extrait d'Ecorces de Racines de Buis.*

Ph. Gall. (1837) sicut Extractum Aconiti spirituosum (p. 383) suum in pyxide lixiviatoria ex Cortice Radicis Buxi sempervirentis parari jubet.

EXTRACTUM CORTICIS RADICIS GRANATORUM. Granatwurzelrindenextract. *Extrait d'Écorces de Racines de Grenadier.*

Rec. Cort. Radicis Granatorum pulverati q. v., in cucurbitam ingesto infunde Spir. Vini rectificati q. s. ut parum superemineat; digere per aliquot dies, tum cola cum forti expressione. His operationibus adhuc bis repetitis tincturas (filtrandas, si necesse erit) blandae destillationi subjice, residuum balneo aquae ad justam extracti consistentiam redige. — Ph. Gall. (1837) sicut Extractum Aconiti spirituosum (p. 383) suum parari jubet. Extractum aquosum, si desideratur, sicut Extr. Absinthii nostrum paretur. Extractum spirituosum vero anteponendum. Laudatur in taenia expellenda.

EXTRACTUM COTULAE, s. Florum Cotulae.

*Disp. Fuld. ex Floribus Anthemidis Cotulae ita parari proponit, ut Florum Libr. una rite extrahatur Spir. Vini rect. Libr. una et Aq. comm. Libris octo antea mixtis.*

EXTRACTUM CROCI, s. Croci aquosum. Safranextract. *Extrait de Safran.*

Rec. Croci q. v., infunde in vitro amplioris orificii aquae comm. q. s., ut in pultem tenuem consistat. Calefiat in balneo aquae ferventis per aliquot tempus, tum stet ut lente refrigescat. Crocum fortiter exprime. Has operationes toties repete, quoties tincturae satis colore luteo imbutae profluant. Has filtratas in balneo aquae ad justam consistentiam redige. — Ph. Palat., Wirt. macerationem tantum in loco tepido per biduum laudant. Ph. Hisp. Aquae comm. Partes sedecim et levem ebullitionem praecipit. Ph. Sard. methodum inconcinnam omittendam proposuit.

EXTRACTUM CROCI SPIRITUOSUM. Weingeiſtiges Safranextract. *Extrait alcoolique de Safran.*

Rec. Croci Unc. unam, infunde Spir. Vini rectificati Unc. quatuor, macera per biduum, tum cola cum forti expressione. Denuo infunde Spir. Vini rectificati Unc. duas, iterumque macerata exprime. Tincturas, Spiritu blanda destillatione evocato, in balneo aquae rite ad extracti spissitudinem redige. — Ph. Gall. (1837) hanc methodum exhibuit. Ph. Herbip. congruit. Disp. Brunsv. Spiritum rectificatissimum adhiberi vult. Ph. Hann. (1819) Croci Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres, Aq. comm. Unc. novem. (*Vis:* anodyna, antihysterica)

EXTRACTUM CUBEBARUM AETHEREUM. Aetheriſches Cubebenextract. *Extrait éthéré de Cubèbes.*

Rec. Cubebarum recens pulveratarum quantum vis, immitte in infundibulum longum inferne epistomio suberino, superne lamina vitrea bene laevigata claudendum. In infundibuli fundum floccum gossypinum leviter injice, ne Cubebae excidant. Tum Naphthae Vitrioli tantum infunde ut ad pollicem dimidium usque innatet. Stent loco frigido maceranda per aliquot dies. Epistomio inferne dempto, liquidum in vas destillatorium (retortam vitream vel cucurbitam) extemplo instillare sine, quo facto Epistomium denuo adapta et alteram Naphthae Vitrioli copiam infunde. Denuo macerata filtra, ultimum exprime fortiter. Liquores limpidos blandae destillationi subjice ut Naphtham elicias, residuum ope balneo aquae in vase aperto in mellis tenuioris consistentiam redige. Vires et usus sicut in sequentibus.

EXTRACTUM CUBEBARUM OLEO-RESINOSUM DUBLANC.

*Rec. Cubebarum recens pulveratarum* Libras sex, quibus adde in vesica aquae Libras viginti quatuor. Destillationem institue ita ut Libras duodecim elicias. Oleum aquae destillatae innatans caute separa, aquam ipsam denuo in vesicam infunde, et adde Cubebarum Libras sex. Destillatione iterum instituta Aquae Libras sex elice, oleum innatans separatum cetero admisce. Cubebarum in vesica residuum in colatorio collige, fortiter exprime et iteratis vicibus extrahe Spiritu Vini rectificatissimi sufficiente copia (i. e. ut hic parum seminibus supernatet). Ex tincturis spirituosis Spiritum destillatione blanda evoca, residuum in patera porcellanea balneo aquae ad mellis consistentiam redige, cui oleum destillatum admisce. Ph. Hamb. (1835) recepit. — *Vis:* antigonorrhoica. Extractum odoris aromatici Cubebarum, saporis urentis primum, tum *frigoris* sensum in lingua excitantis, consistentiae oleosae resinosae. — *Usus:* idem ac Cubebarum si majorem molem evitare studes. Extractum vel panis morsulo includitur, vel in pilularum formam redigitur.

EXTRACTUM CUBEBARUM SPIRITUOSUM. Weingeiſtiges Cubebenextract. *Extrait alcoolique de Cubèbes.*

Rec. Cubebarum recens pulveratarum quantum vis, in cucurbitam immissis affunde Spiritus Vini rectificatissimi tantum ut ad pollicem usque innatet. In balneo aquae calefiant usque ad ebullitionem, tum interdum agitata stent per aliquot horas, liquidum effundatur in filtrum bene ob-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0419-2

tegendum, Semina fortiter exprimantur et liquores eliciti filtro quoque immittantur. His operationibus ter repetitis, Spiritus ex tincturis blanda destillatione eliciatur et residuum in aquae balneo ad mellis tenuis spissitudinem redigatur.

Extractum non omnino aequabile, turbidum, flavo-fuscum, spathula agitatum strias flavas resinosas exhibens, saporis primum urentis tum frigoris sensum excitantis. (Haec parandi methodus pro simplicitudine et concinnitate facile ambabus praecedentibus anteponenda, quum oleum aethereum facilius Spiritu Vini calefacto quam destillatione extrahatur.

EXTRACTUM CYNARAE, s Cynarae Scolymi, s. Cynarae e Succo Artiſchockenextract. *Extrait d'Artichaut.*

Succus Herbae Cynarae Scolymi recentis contusae expressus leni calore ad extracti consistentiam redigatur. Itemque ex Herba sicca infusione Aquae fervidae sicut Extractum Absinthii parari potest. — *Vis:* tonica, stomachica, febrifuga praedicatur. Extractum fuscum, saporis amari Chinae non absimilis. — *Usus:* in anorexica, febribus intermittentibus a D[re] MONTAIN Lugdunensi adhibitum.

**EXTRACTUM DATURAE** vid. Extractum Stramonii.

EXTRACTUM DAUCI vid. Succus Dauci inspissatus.

EXTRACTUM DIACARTHAMI vid. Extractum Cnico-pharmacum (p. 395).

## † EXTRACTUM DIGITALIS. Fingerhutextract. *Extrait de Digitale.*

*Synon.:* Extractum Digitalis purpureae, Extractum Digitalis Herbae recentis, Succus Digitalis inspissatus.

Paretur ex Foliis recentibus sicut Extractum Aconiti (p. 382).— *Vis:* Cordis arteriarumque pulsum retardans, deprimens, irritabilitatem diminuens, diuretica.

*Usus:* in morbis inflammatoriis, phthisi, haemorrhagiis, hydrope, sanguinis jactura.

Ph. Boruss. ed. 5, Hamb., Hann., Hass., Saxon. ed. 2, Slesv.-Hols. sicut Extr. Aconiti suam quaeque methodum secuta. Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Absinthii ejusdem Codicis.

EXTRACTUM DRASTICUM BATE.

Rec. Scammon. Unc. tres, Succ. Aurant. cum Corticibus expressi Libr. duas, digere tepide, exprime, evapora.

## EXTRACTUM DULCAMARAE. Bitterſüßextract. *Extrait de douce-amère.*

*Synon.:* Extractum stipitum Dulcamarae.

Paretur ex stipitibus siccis Dulcamarae infusionibus Aquae fervidae iteratis et expressionibus sicut Extractum Absinthii (p. 381). *Vis:* leviter narcotica, sedans, anodyna, diaphoretica.

*Usus:* in morbis cutis, doloribus rheumaticis, syphili.

Pharmacopoearum dissensus potissimum sicut in Extracto Absinthii, scilicet Ph. Gall. (1837), Bor. ed. 3 et 5, Ph. Austr., Bavar., Hann., Hass., *Oldenb.*, Polon., Slesv.-Hols., cet. decoctionibus repetitis parari jubent. Ph. Parm. infusione. Stipites Dulcamarae solubilia facile edunt sola infusione. — Disp. Lipp. Succum Stipitum recentium expressum inspissari praecipit. — Ph. Wirt. denique extractionem Stipitum recentium contusarum cum aqua calida proponit. Non opus est accuratius haec perstringere.

EXTRACTUM ECPHRACTICUM BATEI.

Rec. *Ligni Aloës, Rad. Galangae, Caryophyll.* āā Unc. semis, *Cinnamomi, Rad. Gentian.*, Cort. Winterani āā Unc. unam, Rad. Raphani rustic. Unc. duas, Hb. Calaminth.,— Pulegii,— Absinth. āā manip. unum, Martis cum Sulphure praeparati (Ferri sulphurati) Unc. octo, Vini albi, Decocti Tartari albi āā Libr. duas et semis. Macera, cola cum expressione et evapora, denique adde Aloës Unc. unam, Myrrh. Drachm. duas.

**† EXTRACTUM ELATERII** vid. Elaterium (p. 255)

EXTRACTUM EMMENAGOGUM Disp. Vienn.

Rec. Extr. Sabinae,— Matricariae,— Artemisiae āā Unc. unam, Myrrh. Drachm. duas, Croc. Drachm. unam et semis, Castorei Drachm. unam, Faecul. Bryoniae, Flor. Salis Ammon. martiat. āā Drachm. unam et semis, Balsami aloetic. Unc. unam. Misce probe.

**EXTRACTUM ENULAE AQUOSUM**, s. Radicis Enulae, s. Helenii, s. Rad. Helenii. Alantextract. *Extrait d'Aunée.*

Paretur infusionibus iteratis aquae tepidae tantum in Radicem Enulae grossiuscule pulveratam et expressionibus sicut Extractum Absinthii (p. 381). Pharmacopoeae inter se discrepant ponderum aquae rationibus atque extrahendi via. Infusione materiae, quibus efficacia debetur, satis bene solvuntur. Sed tamen Extractum aquo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0420-3
DFG

sum nimia scatet Inulini copia, corporis pro virtute medica nullius momenti, quare extractum Spiritu dilutiore paratum multo anteponendum censemus. Receperunt Extractum aquosum Pharm. Austr., Amstel., Antwerp., Bat., Brunsv., Gall. 1818 et 1838 (sicut Extr. Absinthii), Hass., Hisp., Lusit., *Lipp.*, Palat., Suec. — Succum Radicis recentis expressum inspissari vult Ph. Genev. Coctio, imo infusio fervida evitanda, quia nimiam principii faeculacei i. e. Inulini copiam excitant. Ea de causa Ph. Saxon. (1837) Radicem Enulae ruditer contusam aqua humectari, et secundum methodum lixiviatoriam exhauriri vult.

## EXTRACTUM ENULAE.
## Alantextract. *Extrait d'Aunée.*

*Synon.:* Extractum Enulae spirituosum, s. Radicis Helenii alcoholicum. Weingeiſtiges, oder alkoholiges Alantextract. *Extrait d'Aunée alcoolique.*

Rec. Radicis Enulae in pulverem grossiusculum redactae quantum vis, immitte in cucurbitam et affunde miscelam ex pari pondere aquae et Spiritus Vini rectificati conflatam, ita ut liquidum parum superemineat. In balneo aquae calefiant usque ad ebullitionem tum, igne demto, lente refrigescant, et frigefacta fortiter exprimantur. Has operationes ter repete, caute ubique Spiritus Vini evaporationem operculis impositis, quantum fieri potest, evitando. Liquores subsidendo et decanthando depuratos blandae destillationi subjice, et residuum in balneo Calcariae muriaticae ad extracti spissitudinem redige. — *Vis* tonica, diuretica, diaphoretica, anthelminthica.

Extractum fuscum, odoris grati balsamici Enulae, aqua solutione turbida flava solubile, Stearoptenum, Camphoram Enulae dictum, interdum exhalat, floccis tenuissimis sericeis in superficie condensatum.

*Usus*: in affectibus asthmaticis, inertia abdominis, mensibus impeditis, arthritide, haemorrhoidibus.

Ph. Bor. ed. 5, sicut Extractum Angelicae ejusdem Pharmacopoeae, quae tamen procedendi methodus in gravissimum vituperium incurrit. Non enim opus est Inulinum aquae fervidae magna vi dissolvi, quae postea denuo praecipitetur; hoc enim sedimentum, quum filtri poros vehementer obstruat, filtrationem diuturnam, temporis atque Spiritus Vini magnam jacturam, et omnino taedium molestissimum secum fert. Menstruum tale eligendum, quod nisi solvenda solvat, et materias inertes intactas relinquat. — Ph. Polon. Radicis Enulae, Spir. Vini rectif. āā Libr. duas, Aquae Libr. novem. — Ph. Bav., Bor. ed. 3, Hamb., Hann., Oldenb., Sax. (1820). Radicis Enulae Libr. duas, Spir. Vini rectif. Libr. tres, Aquae Libr. novem. — Ph. Wirt. sicut Extractum Angelicae.

EXTRACTUM EPILEPTICUM Disp. Brand.

Rec. Rad. Angelicae, — Paeoniae, — Pyrethri āā Unc. unam, Hb. Majoran. Unc. semis, — Rutae, — Scordii āā Drachm. duas, Flor. Lavend., — Liliorum Convall., — Paeoniae, — Rorismarin., — Stoechad. arabic., Ligni sancti, Visci Corylini aut querni, Rasur. Cornu Alcis, — — *Cervi*, — *Cranii humani non humati*, *Specierum Diamoschi dulcis* āā Unc. semis, Castorei Drachm. unam et semis, extrahe Spiritu Vini gallici, destilla, evapora l. a.

EXTRACTUM ESULAE.

Ph. Wirt. Radix Esulae (Euphorbiae Cyparissias L.) aqua fervida infusa extrahitur, vel secundum Pharm. modo dictam primum maceratione tum ebullitione; liquidum ad extracti consistentiam evaporatione consumitur.

EXTRACTUM FEBRIFUGUM Bate.

Rec. Cort. Chinae Unc. quatuor, Hb. Centaurii minor., Rad. Gentian. āā Unc. duas, Serpentar. Virgin. Unc. unam, Spir. Vini rectificati q. s., ternis digestionibus extrahe, et, Spiritu abacto, evapora.

EXTRACTUM FEBRIFUGUM.

Disp. Vienn. Rec. Cort. Chinae, — Cascarill. āā Unc. quatuor, Hb. Trifol. fibrin., — Centaur. min., Rad. Gentian. āā Unc. duas, — Serpentar. Virgin. Unc. unam, *Salis* Tartari Unc. semis; extrahe et Spiritu abacto evapora. — Disp. Brand. Rec. *Rad.* Gentian. Unc. tres, — Imperator., — Aristoloch. rotund. āā Unc. semis, Hb. Rutae Drachm. duas, — Absinth., — Centaur. min., — Scordii āā Manip. unum, Rasur. Ligni Guajaci Unc. unam et semis, Cort. Ligni Guajaci Unc. semis, — Fraxini Unc. unam, Nuc. Moschat., Flaved. Cort. Aurant. āā Drachm. duas, concisa et contusa extrahe ternis digestionibus cum s. q. Spir. Vini rect., et, Spiritu per destillationem elicito, evapora sub finem additis Myrrh. Drachm. duabus, Croci Drachm. una.

## EXTRACTUM FELLIS BOVINI

vid. Fel Tauri inspissatum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0421-9
DFG

**EXTRACTUM FERRI** vid. Extractum Martis.

**EXTRACTUM FILICIS MARIS AETHEREUM**, s. Oleum Filicis, Extractum Filicis oleoso-resinosum. Farrnwurzelextract, Farrnkrautwurzelextract mit Aether bereitet. *Extrait étheré de Fougère mâle.*

Rec. Radicis Filicis maris recenter siccatae et in pulverem redactae quantum vis, immitte in vitrum amplioris orificii, epistomio muniendum, infunde Naphthae Vitrioli quantum satis ut ad pollicem usque superemineat; stent interdum agitata per diem et noctem, tum liquidum cito in filtrum tabula vitrea extemplo obtegendum infunde et residuum loco frigido (e. gr. in cella) quam citissime fieri poterit, in panno cannabino fortiter extorque, expressum liquorem filtro quoque injice; liquidum e filtro emanans collige in retorta parva vel cucurbita, ex qua Naphtha Vitrioli destillatione elici solet. His operationibus ter repetitis liquores collecti blandae destillationi subjiciantur, ut Naphtham recuperes, residuum in balneo aquae ad extracti tenuioris spissitudinem e flavo fusci evaporet. — *Vis* anthelminthica eximia, taeniam depellens. Extractum fuscum virescens, odore nauseoso Filicis praeditum, saporis acris.

*Usus:* In taenia remedium praesentissimum, a PESCHIER Genevensi in rem medicam introductum. Ph. Bor. ed 5. Naphthae Vitrioli pondus octuplum, Ph. Saxon. ed. 2. sextuplum et macerationem repeti suadent, ceterum ut antea. Ph. Hamb. quadruplum. (Guttatim propinatur, vel pulvere Sacchari susceptum atque contritum.)

**EXTRACTUM FILICIS MARIS SPIRITUOSUM**, s. Extractum oleoso-resinosum Filicis. Weingeiſtiges Farrnwurzelextract. *Extrait alcoolique de Fougère mâle*

Rec. Pulverem Radicis Filicis maris recenter siccatae quantum vis, in cucurbitam immissae infunde Spiritus Vini rectificatissimi quantum satis ut parum superemineat liquor; in balneo aquae calefac usque ad ebullitionem, tum lente frigefacta fortiter exprime. Has operationes ter repete, e liquoribus bene filtratis Spiritum destillando evoca, et residuum ad extracti tenuioris spissitudinem evapora. — *Vis:* anthelminthica praesentissima, taeniam enecans.

Sit extractum molle, coloris fusci, saporis primum dulcis, tum adstringentis et aromatico-urentis. Aqua dissolvitur solutione turbidissima. Hoc extractum facile pro aethereo propinatur idque magno cum successu. Ph. Taurin. quoque recepit. Radix recens siccata bis extrahitur cum Spiritu Vini rectificatissimo, liquores, Spiritu elicito, Aquae destillatae magna vi abluuntur, ut oleum secedat, quod per se in infundibulo collectum usui servatur.

**EXTRACTUM FLAMMULAE JOVIS.** Waldrebenextract. *Extrait de Clematite droite.*

Ph. Genev., Ross., Fuld. Rec. Flammulae Jovis (Clematis erecta) q. s., contunde in mortario lapideo, aquae pauxillum adspergendo et exprime succum, qui statim balnei aquae ope semper agitatus evaporet. — Ph. Herbip. Rec. Hb. Flammulae Jovis Libr. unam, Spir. Vini rectif. Libr. unam, Aq. comm. Libr. octo; extrahe digestione, Spiritum elice evapora.

**EXTRACTUM FOLIORUM SENNAE** vid. Extractum Sennae.

**EXTRACTUM FULIGINIS SPLENDENTIS.** Glanzrußextract. *Extractum de la Suie.*

Rec. Fuliginis splendentis Unc. unam, coque per horae quadrantem cum Aq. commun. Unc. octo, fervida adhuc cola per pannum et colaturam ad extracti spissitudinem consume.

## EXTRACTUM FUMARIAE. Erdrauchextract. *Extrait de Fumeterre.*

Paretur ex herba Fumariae sicca infusione aquae fervidae iterata sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* tonica, stomachica, diuretica.

Extractum fuscum, saporis salini amari, Calcariam facile deponit fumaricam sive paramaleïnicam.

*Usus:* in febribus pituitosis, intermittentibus, ictero, hypochondria, hydrope, cet.

Pharmacopoearum dissensus praesertim uti in Extracto Absinthii. — Ph. Hass. (1806), Palat., Wirt., Brunsv. coctionem volunt cum sextuplo pondere aquae; Ph. Bor. 3, Dan., Hann., Oldenb. cum octuplo et quadruplo bis coqui, Ph. Amstel., Belg., Polon. cum decuplo, Ph. Ferr. cum triplo. Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hass., Hamb., Saxon. 2, sicut Extr. Absinthii. — Ph. Austr., Batav., Fuld., Lipp., Herbip., Gall. (1837), Genev., Lusit., Taurin., VAN MONS: Succum herbae recentis contusae expressum, defaecatum vel non defaecatum ad extracti spissitudinem in balneo aquae evaporari proponunt.

**EXTRACTUM GALLARUM.** Galläpfelextract. *Extrait de Galles.*

Ph. Austr. (1820). Gallae coquendo cum suff. quant. aquae extrahuntur, et liquor subsidentia limpidefactus evaporet. Melius paratur infusione aquae fervidae et forti expres-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0422-5
DFG

sione; evaporent liquores in balneo aquae. Saporis adstringentissimi simulque dulciusculi. A Pezzoni, medico Constantinopolitano in febri frigida laudatum.

EXTRACTUM GENISTAE. Ginſterextract. *Extrait de Gênet commun.*

Paretur infusione aquae fervidae sicut Extractum Absinthii. Ph. Hass. (1806) et scriptores quidam receperunt.

## EXTRACTUM GENTIANAE. Enzianextract. *Extrait de Gentiane.*

Rec. Radicis Gentianae siccae bene concisae et contusae quantum vis; in sacculos linteos fortes ingere, ita ut quisque Radicis siccae Libras fere duas contineat, neque tamen iis nimium turgeat. Tum infunde in sacculos aquae tepidae pondus duplum, et sacculos in vas idoneum compresse ingestos per horas tres ad quatuor digestioni expone. Tum sacculos ex ordine exemtos preli ope fortissime exprime, et denuo expressis eandem aquae calidae copiam infunde, iterumque compresse stratos digere, tum exprime. Has operationes adhuc bis repete vel quamdiu liquores satis concentrati elicientur. Hi semel ebulliant, tum per pannum trajiciantur et satis limpidi facti in balneo Calcariae muriaticae ad extracti spissitudinem redigantur. *Vis:* tonica, stomachica, majori dosi alvum laxans.

Sit Extractum splendidum, spathula contritum coloris aurantiaco-fusci, consistentiae densioris, degustatum amaritiem purissimam exhibens, odoris proprii non ingrati

*Usus:* in anorexia, dyspepsia, chlorosi.

Praeter hanc methodum facile hoc extractum paratur sicut Extractum Absinthii (p. 381). Plures quoque Codices eandem varietatam lectionum exhibent. Ph. Gall. (1837) aqua frigida extrahit in cylindro lixiviatorio. Aquae copiis plurimum differunt Pharmacopoeae. Ph. Brunsv., Lipp, Lus, Pal., Ross., cet. septuplum aquae pondus proponunt; Ph. Amer., Bor. ed. 3., Dan., Dubl., Edinb., Hann., Hass., Lond., Oldenb., Ross. milit. octuplum pondus; Ph. Bav. decuplum, Ph. Bat., Belg., Bor. ed. 5. decuplum tum quintuplum vel octuplum aquae pondus, cet. adhuc majores copias praecipiunt.

EXTRACTUM GENTIANAE SPIRITUOSUM. Weingeiſtiges Enzianextract. *Extrait de Gentiane alcoolique.*

Rec. Radix Gentianae sicca et contusa iteratis vicibus Spiritus Vini rectificato infuso extrahatur, et liquores, Spiritu abacto, ad extracti massam redigantur. — Ph. Herbip. hanc formulam docuit, Ph. Fuld. primum Spiritu Vini, tum Aqua extrahi vult. Extr. Gentianae spirituosum prae aquoso palmam non fert, quare derelictum est.

EXTRACTUM GEOFFRAEAE. Geoffraeaextract. *Extrait de Geoffraea.*

Rec. Corticis Geoffraeae (Jamaicensis sive Surinamensis) quantum vis, coque in vase obtecto leni igne per horam cum Aquae pondere triplo vel quadruplo, exprime, has operationes bis terve repete, liquores collectos subsidentia et filtratione depuratos l. a. evapora. Ph. Dan. aquae partes octo cum quatuor, Ph. Bat., Belg. aquae partes decem, tum octo, Ph. Amstel. partes viginti, tum quindecim proponunt. *Vis:* anthelminthica.

EXTRACTUM GLECHOMAE HEDERACEAE vid. Extractum Hederae terrestris.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZAE vid. Extractum Liquiritiae.

EXTRACTUM Goulardi vid. Acetum Saturni (p. 13).

## EXTRACTUM GRAMINIS. Queckenextract. *Extrait de Chiendent.*

*Synon.:* Extractum Tritici repentis, s. Radicis Graminis.

Paretur infusione aquae fervidae in Radicem Graminis siccam contusam, et forti expressione sicut Extractum Absinthii (p. 381). *Vis:* leniter resolvens, nutriens, involvens, laxans. Saporis est dulcis, non ingrati.

*Usus:* in intestinorum functionibus debilitatis, humorum hepatis stagnationibus, haemorrhoidibus, febribus



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0423-1
DFG

intermittentibus pituitosis, cachexia, syphili.

Ph. Bor. ed. 5. sicut Extr. Absinthii ejusd. Ph.; Ph. Saxon. ed. 2. ex succo expresso (vid. sequens Extractum). Ph. Bat. praevia maceratione et coctionibus cum Aquae partibus primum decem et tum octo. Ph. Bavar. e Radicibus siccatis cum quadruplo pondere aquae per diem et noctem maceratis tum decoctis per bihorium fieri jubet.

EXTACTUM GRAMINIS LIQUIDUM, s. Mellago Graminis. Queckendickſaft. *Extrait mou de Chiendent.*

Rec. Radicum Graminis recentium Libras duodecim, concisas contunde in mortario lapideo aut ferreo addendo sensim Aquae communis Libras novem. Exprime succum, quem subsidendo depuratum ad separationem materiae albuminosae usque decoque, cola et leni calore ad mellis recentis spissitudinem redige. In vasis porcellaneis sive e terra fictilibus bene obturatis loco, quam potes, frigidissimo serva. *Vis* et *Usus* sicut in praecedente.

Sit fuscum, cum aqua solutionem limpidam fuscam praebens, saporis dulcis, odoris suavis nec acidi, pulpae prunorum non absimilis. Quum facilius corruptelam incurrit quam Extractum Graminis, hoc quoque cum sufficiente copia aquae (e. gr. tertia parte extracti) ad Syrupi consistentiam dilutum adhiberi potest. Ph. Bor. ed. 5., Slesv.-Hols. cum nostra methodo omnino consentiunt. Ph. Bor. ed. 3., Dan., Hann., Oldenb., Palat., Saxon. inter contusionem aquae Libras tantum sex, quae quoque sufficiunt, inspergunt. Alii quoque Codices Mellaginem ex Radicibus siccis infusione aquae fervidae ad modum Extracti Absinthii parari permittunt.

† EXTRACTUM GRATIOLAE. Gottesgnadenkrautextract. *Extrait de Gratiole.*

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382). — *Vis:* fortiter purgans atque anthelminthica.

Ph. Bor. ed. 5, Saxon. ed. 2. sicut Extractum Aconiti suum. Ph. Hann., Oldenb. evaporatione succi expressi; Ph. Austr., Hisp. decoctionibus iteratis. Ph. Hass. sicut Extr. Absinthii nostrum, infusionibus aquae fervidae. Van Mons herbae recentis primum macerationem, tum infusionem aquae fervidae proponit.

† EXTRACTUM GRATIOLAE SPIRITUOSUM. Weingeiſtiges Gnadenkrautextract. *Extrait alcoolique de Gratiole.*

Rec. Hb. Gratiolae siccae q. v., in cucurbita infunde Spir. Vini rectif. quantum satis ut parum supereemineat, tum digere per diem et cola cum expressione; hanc operationem semel repete, denique miscelam infunde parium voluminum Spiritus Vini rectif. et Aquae communis, digere et cola cum expressione. Liquores tum filtratos in retorta junge, Spiritum destillatione elice, et residuum lege artis evapora; Ph. Herbip. Hb. Gratiolae, Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Aquae comm Libr. novem; Ph. Bavar. Hb. Gratiolae Libr. quatuor, Spir. Vini rectif. Libr. octo, Aquae comm. Libr. octodecim Extractum flavofuscum, splendore piceo, flave depingit; saporis acris subaromatici, solutio turbida. Materia resinosa laxans et Aqua et Spiritu Vini solubilis.

EXTRACTUM GUAJACI vid. Extractum Ligni Guajaci.

EXTRACTUM HAEMATOXYLI vid. Extractum Ligni Campechiani.

EXTRACTUM HEDERAE TERRESTRIS, s. Glechomae hederaceae. Gundermannextract. *Extrait de Lierre grimpant.*

Paretur ex Herba Glechomae hederaceae sicca infusione aquae fervidae et expressione sicut Extractum Absinthii (p. 381).

EXTRACTUM HELENII vid. Extractum Enulae (p. 399).

† EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI, s. Radicis Hellebori nigri, s. Melampodii Schwarzniesswurzelextract. *Extrait d'Ellébore noir.*

Paretur infusionibus iteratis aquae fervidae, expressionibus atque evaporatione liquidorum depuratorum sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* nervos excitans, emmenagoga (?), drastica. — *Usus:* in hysteria, glandularum torpore, haemorrhoidibus, etc.

Ph. Austr., Suec. coctione cum s. q. aquae. Ph. Pal., Brunsv., Lusit., Wirt. coctione cum sex partibus aquae; Ph. Amer, Dubl., Edinb., cet. script., cum octo partibus aquae; Disp. Fuld., Lipp., Ferrar. iteratis infusionibus cum octo, et quatuor aquae partibus; Ph. Bat. cum decem, tum octo; Ph. Amst. cum viginti, tum quindecim aquae partibus, Van Mons maceratione et coctione parari proponunt; Ph. Saxon. ed. 2. extractionem cum aqua frigida indicat.

† EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. Radicis Hellebori nigri spirituosum. Weingeiſtiges Schwarzniesswurzelextract. *Extrait alcoolique d'Ellébore.*

Rec. Radices Hellebori nigri concisi contusi q. v., infunde Spir. Vini rect. q. s. ut

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0424-6 DFG

parum superemineat, digere per diem, cola cum expressione, idque denuo repete, denique infunde miscelam aquae communis et Spir. Vini parium voluminum, digere iterumque cola cum expressione; Spiritum ex liquoribus filtratis elice, et residuum l. a. evapora. — *Vis* et *Usus* sicut in praecedente, attamen extractum spirituosum aquoso esse efficacius constat.

Pro ponderum rationibus Codices passim discrepant. Ph. Bor. ed. 3, Hann. (1819), Hass., Old., Saxon. (1820). Radicis Hellebori Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres (Ph. Polon. duas, cet. par.), Aquae Libr. novem. — Ph. Hann. (1833) Rad. Libr. duas, Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Libr. decem. — Ph. Hisp. Rad. Libr. unam, Aq. Libr. octo, Spir. Vini Unc. quatuor. — Ph. Bavar. Radicis Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. octo, Aq. comm. Unc. duodeviginti. Ph. Dan. Rad. Unc. unam, Spir. Vini duas, Aquae quatuor. — Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Slesv.-Hols. sicut Extr. Angelicae. Ph. Genev. Radicis Libr. unam, Spir. Vini Libras tres, digere, residuum coque cum aqua, extractiones misce, evapora donec spissescere coeperint, tum bis Vino albo dilue iterumque evapora ad extracti consistentiam (?). — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum ejusd. Codicis. (*Hoc extractum, quamquam aquoso omnino anteponendum, magnopere nostris derelictum est.*)

**† EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI secundum BACHERI methodum. Bacher's Nieswurzelextract.** *Extrait alcalin d'Ellébore de BACHER.*

Ph. Gall. (1818) et Taurin. Rec. Rad. sicc. Hellebori nigri Libr. duas, Cinerum clavellat. depur. Libr. semis, Spir. Vini rectif. Libr. octo, digere in arena per horas duodecim interdum agitata, cola et exprime; residuo Vini albi Libr. octo infunde, denuo digere et cola cum expressione; Tincturas commixtas, Spiritu per destillationem abacto, ad extracti consistentiam evapora. — Ph. Austr. (1820) Radicis Hellebori nigri Libr. unam, digere cum Spir. Vini rect. quatuor, et Aquae comm. Libr. quatuor in quibus Ciner. clavell. depur. Drachm. tres solutae sunt; cola cum expressione; pulpam denuo digere cum Vini albi s. q., ut pollicum duorum crassitiem emineat, cola cum expressione, Spiritum destillatione elice, et residuum evapora. Ph. Genev., CADET, SWEDIAUR non multum discrepant.

**EXTRACTUM HIPPOCASTANI, s. Corticis Hippocastani aquosum. Roßkaſtanienrindenextract.** *Extrait de Maronnier d'Inde.*

Para sicut Extractum Cascarillae nostrum, iterata decoctione cum triplo aquae pondere. Ph. Brunsv., Ross. cum Aq. comm. part. sex; Ph. Lipp., Dan., octo; Ph. Saxon. ed. 2. sicut Extr. Cascarillae Ph. Bor. ed. 5. (*Vis:* adstringens, in febri remittente laudata.)

**EXTRACTUM HIPPOCASTANI SPIRITUOSUM Weingeiſtiges Roßkaſtanienrinden-extract.** *Extrait alcoolique de Maronnier d'Inde*

Disp. Fuld. Rec. Cort. Hippocastani Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. sex, digere, cola cum expressione, residuum coque cum Aq. partibus tribus, cola, Spiritum per destillationem evoca, residuum ad extracti consistentiam redige.

**EXTRACTUM HUMULI** vid. Extractum Lupuli.

**EXTRACTUM HYDRAGOGUM** Disp. Vienn. Rec. Succi inspissati Bryoniae, Elaterii āā Unc. duas, solve in Spir. Vini rect. s. q., adde Resinae Jalappae, Oleo Amygdal. subactae, Gutti āā Unc. unam, Arcani duplicati Unc. semis, Ol. Anisi Drachm. unam; misce.

## † EXTRACTUM HYOSCYAMI. Bilſenkrautextract. *Extrait de Jusquiame.*

*Synon.:* Extractum Herbae Hyoscyami nigri, s. Extractum Hyoscyami Herbae recentis, *Succus spissatus* Hyoscyami.

Paretur ex Herba recenti Hyoscyami nigri in incipiente inflorescentia collecta sicut Extractum Aconiti (p. 382). — *Vis:* narcotica, intoxicans, evacuans potius, quam obstipans uti Opium, incaute adhibiti nociva.

Est Extractum coloris fusci, saporis amaricantis, salini, nauseosi, odoris levis, adversi. Succus erpressus et ceterorum Codicum extracta Nitri continent magnam copiam, quo concreto Extracta consistentiam granulosam nanciscuntur. Nostra methodo Nitrum excretum est, quia, quamquam partium efficacium rationem diminuat, suarum virium nil extracto addere potest.

*Usus*: in doloribus leniendis, spasmis, arthritide, rheumatismo, suppurationibus; anodynum Opii vicarium in obstipationibus evitandis.

Codicum discordantia eadem fere ac in Extracto Aconiti. Succum expressum non defaecatum inspissari jubent Ph. Austr., Amer., Bor. ed. 3., Brunsv., Dan., Dubl., Edinb., Fuld., Gen., Hamb. (1835), Hann., Herb., Lipp., Lond., Lus., Oldenb., Polon., Ross. castr.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0425-2
DFG

et civilis; quartam partem Pulveris Herbae Hyoscyami addunt **Ph. Batav.**, **Belg.**, **Fenn.**, **Ferrar.**, **Suec.**; sufficientem copiam (?) Pulveris Herbae Hyoscyami addi jubet **Ph. Wirt.**; Faeculam primum despumatam sub finem addi proponunt **Ph. Hass.**, **Gall.** (1818), **Slesv.-Hols.**, **Sax.** (1820), **Ph. Bavar.** succum exprimi, residuum per horae quadrantem cum parte dimidia Aquae bullientis digeri et liquores collectos evaporare praecipit. — **Ph. Bor.** ed. 5, **Sax.** ed. 2 sicut Extr. Aconiti eorundem Codicum. — **Ph. Gall** (1837), nimis prolixe tres habet Extracti Hyoscyami formas, Succum inspissatum crudum atque defaecatum, tum Extractum e Herba sicca frigida maceratione paratum, sicut voce Extr. Absinthii (p. 381) expositum est.

† EXTRACTUM HYOSCYAMI ALBI. Weißbilſenkrautextract. *Extrait de Jusquiame blanche.*

**Ph. Gall.** (1818) ex Herba Hyoscyami albi recenti contusa succum exprimi, hunc inter coctionem defaecari, faeces succo inspissato readmisceri et ad massae pilularis consistentiam extractum redigi proponit.

## † EXTRACTUM HYOSCYAMI E SEMINIBUS. Bilſenſamenextract. *Extrait de Semences de Jusquiame.*

Rec. Seminis Hyoscyami nigri quantum vis, optime contunde et per cribrum trajice, infunde Spiritus Vini rectificati pondus duplum, digere per diem leni calore, cola cum expressione; adnuc bis Spiritus Vini infusionem, digestionem et expressionem repete, liquores filtratos in retorta lentae destillatione subjice, residuum in balneo aquae ad extracti consistentiam redige, extractum obtentum aquae destillatae quadruplo pondere solve et solutionem, resina rejecta, denuo ad extracti spissitudinem cautissime evapora. — *Vis:* narcotica, multo validior quam ceterorum Hyoscyami extractorum, ex Buchneri experimentis irin oculi fortissime dilatans. — *Usus* idem sed cautior, atque Extractorum reliquorum Hyoscyami. — **Ph. Gall.** (1837) hanc methodum sequitur. **Ph. Hamb.**, **Hann.** Rec. Seminis Hyoscyami pulverati Libr. unam, coque cum Aquae pluvialis Libr. octo ad remanentiam Libr. duarum et cola; residuum denuo coque cum aquae Libr. decem ad remanentiam Libr. quatuor, quas etiam cola. Decocta sepone ut emergat oleum et subsidant faeces. Liquori, modico calore ad tertiam partem reducto, admisce Spir. Vini rectificatum, quamdiu turbatur. Liquor, decanthatione et filtratione a sedimento liberatus, in balneo vaporis ad siccitatem, ut pulverari queat, redigatur. — **Ph. Hamb.** (1835) eodem modo parari, sed ad extracti spissitudinem evaporari jubet.

## † EXTRACTUM HYOSCYAMI SICCATUM, s. siccum. Trocknes Bilſenkrautextract. *Extrait sec de Jusquiame.*

**Ph. Slesv.-Hols.** Extractum Hyoscyami molle in patinas porcellaneas tenui strato expansum loco tepido aut solis ardore ad siccitatem redigi jubet. Contritum in vitro clauso servetur, nec nisi voce addita »siccati« dispensetur. Si pro ceteris Codicibus Extractum siccum desideratur, pondus quodvis Extracti normalis ad siccum redigatur, et humoris jactura Saccharo lactis admixto restituatur.

## † EXTRACTUM HYOSCYAMI SPIRITUOSUM. Weingeiſtiges Bilſenkrautextract. *Extrait alcoolique de Jusquiame.*

Paretur sicut Extractum Aconiti spirituosum (p. 383) **Ph. Gall.** (1837), **Taur.** vid. eandem vocem.

EXTRACTUM HYPERICI. Johanniskrautextract. *Extrait de Millepertuis.*

**Ph. Wirt.** Rec. Florum Hyperici perforati siccatorum q. v., extrahe lege artis cum Spiritus Vini rect. pondere quintuplo ad sextuplo, residuum coque cum triplo pondere aquae, decoctum Albumine Ovi clarifica, Spiritum Vini abstrahe ex liquoribus commixtis, et residuum ad extracti consistentiam consume.

EXTRACTUM HYSTERICUM ROBORANS Poterii.

Rec. *Hb.* Artemisiae vulg., — Absinth. āā Unc. quatuor, — *Menth.* *Unc. duas*, — Abrotani Unc. unam, Rad. *Zingiberis*, — *Galangae* āā Unc. quatuor, Macidis, Myrrhae, Succini āā Unc. unam, extrahe Spiritu Vini simplici, evapora ad extracti massam cui adde Liquoris Succini Drachm. unam, Vitrioli Martis Drachm. tres, Sacch. albi Unc. semis.

EXTRACTUM ICTERICUM Bate.

Rec. Stercoris Ovilli recent. Unc. quatuor, Rad. Chelidon. Drachm. decem, — Curcumae Unc. unam et semis, Lumbricor. praepar. Drachm. sex, Hb. Centaur. min. Manip. duos, Martis praepar. (limati) Unc. duas, Succi Limon. Unc. sex, Aq. Cichorii Libr. quatuor; infunde, digere, exprime et evapora ad pilularum consistentiam; adde Lumbric. praepar. Drachm. unam et semis, Corall. rubr., Eboris rasi, Succini āā Drachm. duas.

EXTRACTUM INULAE vid. Extractum Enulae (p. 399).

EXTRACTUM IPECACUANHAE. Ipecacuanhaextract. *Extrait d'Ipécacuanha.*

**Ph. Gall.** (1837) e Radice pulverata ope Spir. Vini rectificati extrahi et, Spiritu elicito, inspissari proponit. Conf. Extr. Aconiti spirituos. Ph. Gall. (p. 383).

EXTRACTUM IREOS, s. Iridis nostratis. Schwertlilienextract.

**Disp. Brand.** Rec. Radic. Ireos nostratis (I. Germanicae Linn.) recentis q. v, contunde et exprime, residuo infunde Vini albi generosi q. s. (pondus duplum) denuo exprime, cola per char-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0426-8
DFG

tam et ad Extracti consistentiam redige. Ph. Wirt. praevia maceratione tum ebullitione cum aquae sufficiente copia parari proponit.

EXTRACTUM IREOS FLORENTINAE. Veilchenextract. *Extrait d'Iris de Florence.*

Ph. Wirt., Sard. infusione aquae frigidae tum ebullitione levi extrahi, liquores ad justam densitatem consumi docent.

EXTRACTUM IVAE. Biſamginſelextract. *Extrait d'Ivette musquée.*

Ph. Sard. Rec. Hb. Ivae (Teucrium Iva Linn.) recentis et contusae Libr. octo, digere per dies tres in alembico, tunc ope destillationis in balneo aquae Unc. duas abstrahe, residuo infunde Aquae triplum et coctione ad tertiam partem redige; tum cola, clarifica, et inspissa; denique adde aquam destillatam. (Indubie extractio iterata ope Spiritus Vini rectificati Extractum largietur multo efficacius.)

EXTRACTUM JACEAE, s. Violae tricoloris. Stiefmütterchenextract. *Extrait de Pensée.*

Ph. Fenn. Paratur sicut Extractum Absinthii ejusdem Codicis, vel melius secundum nostram regulam. Ph. Gall. (1837) frigida maceratione ex herba sicca, sicut Extr. Absinth. Ph. Gall. parari jubet.

EXTRACTUM JALAPPAE AQUOSUM, s. Radicis Jalappae. Wäſſriges Jalappenextract. *Extrait de Jalap aqueux.*

Van Mons: Radicem Jalappae concisam et contusam aqua frigida extrahi, liquores coloratos ad extracti consistentiam consumi docet. Maceratione egetur sex vel octo dierum. (Residuum parandae Resinae Jalappae melius inservit, quam Radix intacta.)

EXTRACTUM JALAPPAE GUMMOSUM. Gummiges Jalappenextract. *Extrait de Jalap gommeux.*

Van Mons: Rec. Radic. Jalapp. concisae Libr. unam, macera cum s. q. aquae per septimanam ut emollescat; adde Pulv. Gummi Arabici Unc. unam et bis optime contunde instar emulsionis, liquorem trajice per pannum. Residuum bis coque cum Aquae Libr. sex, decoctiones leni igne consume ad octavam voluminis partem, tum emulsiones adde et in balneo aquae evapora ad extracti consistentiam. (Nimis inepta methodus materiam pretiosam deperdendi.)

## EXTRACTUM JALAPPAE SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. resinosum, s. Convolvuli Jalapae. Weingeiſtiges Jalappenextract. *Extrait alcoolique de Jalap.*

Rec. Radicis Jalappae concisae contusae q. v., in cucurbitam immissae infunde Spiritus Vini rectificati q. s. ut parum supereminéat. Digere per diem loco tepido tum fortiter exprime. Denuo infunde Spir. Vini eandem vim, iterum digere et exprime, idque semel adhuc repete. E Liquoribus filtratis Spiritum destillatione evoca, tum residuum ad extracti spissitudinem evaporet. — Ph. Wirt. nobiscum congruit. Ph. Amer., Dubl., Edinb., Lond., Lusit., Suev. leviter inter sese discrepantes ita procedunt: Rec. Rad. Jalapp. pulveratae Libr. unam, affunde Spir. Vini rect. Libr. quatuor ad quinque, et digere per quadriduum. Tincturam effunde et residuum bis bene decoque cum Aquae Libr. quinque. Tincturam spirituosam destillationi subjice et inspissa ad mellis consistentiam; decoctiones aquosae colatae separatim ad mellis consistentiam evaporent, tum ambae misceantur et ad idoneam extracti spissitudinem redigantur. Praesto esse debent extractum molle ad pilulas fingendas aptum, alterum durum pulveribus immiscendum. — Ph. Herbip. simili modo procedit, minores tamen menstruorum copias adhibet. — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum (p. 383) suum. — Disp. Fuld., Lipp. sic. Extr. Cascarillae spirituosum (390). (A resina Jalappae hoc extractum partibus gummosis mucilaginosis immixtis discrepat; quum vero maxima vis a resina pendet, dosis extracti minus certe definiri potest, quam resinae purae. Recentioribus ergo omnino merito displicuit.)

## EXTRACTUM JUGLANDIS NUCUM, vide Extractum Nucum Juglandium.

Rec. Nucum Juglandium immaturorum (mense Junio medio vel exeunte decerptorum) quantum vis, in mortario lapideo cum pauxillo aquae humectatas contunde, exprime succum, quem in balneo aquae vel Calcariae muriaticae ad massae pilularis spissitudinem redige. Sit nigrum splendens, solutione in aqua turbida e nigrescenti fusca. Huic methodo assentiunt Ph. Austr., Bat., Bor. ed. 3 et 5, Brunsv., Dan., Fenn., Hann., Polon., Sax. (1820), Slesv.-Hols., Suec., Van Mons. — Infusione fervida sicut Extractum Absinthii parari proponunt Ph. Hass., Sax. (1837), Parm., coctione Disp. Lipp., Ph. Ross., Wirt. (*Vis:* tonica, mundificans incitans, antiscorbutica, anthelminthica, antisyphilitica.)

## EXTRACTUM JUNIPERI, s. Baccarum Juniperi. Wachholderbeerenextract. *Extrait de Genièvre.*

Roob Juniperi (quod vide) ad consistentiam firmiorem inspissatum, Saccharo non addito, quibusdam hoc nomine appellatur.

## EXTRACTUM KINAEKINAE vid. Extr. Chinae etc. (p. 392)

## EXTRACTUM KRAMERIAE TRIANDRAE vid. Extr. Ratanhiae.

## EXTRACTUM LACTUCAE SATIVAE, s. Thridacium, s. Lactu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0427-4
DFG

**carium.** Lattigextract, Salatſtengelextract. *Thridace, Extrait de Laitue.*

Rec. Partem corticalem Stipitum Lactucae sativae, inflorescentia incipiente, foliis rejectis, contunde in mortario lapideo, succum exprime, cola, et in patinas porcellaneas tenuis strati effusum solis ardore vel furni siccatorii tepore exsicca. Ph. Gall. (1837) hanc methodum laudavit. Hoc extractum praecipue *Thridacium* dicitur.

Succus lacteus e vulneribus plantae viridis prosiliens, testis fictilibus susceptus atque ad aerem induratus *Lactucarium* nominatur. Planta vel puncturis ope cultelli sauciatur, vel fissuris levibus per epidermidem ductis, vel denique planta evulsa supra radicem transverse secatur et succus scaturiens patinis porcellaneis suscipitur; qui quum emanare cessaverit, frustulum iterum stipitis ad vivum resecatur, ut nova succi vis prosiliat. — Ph. Lond. Rec. Lactucae sativae foliorum recentium q. v., contunde in mortario lapideo insperso Aquae exiguo, dein exprime succum, eumque non defaecatum consume, donec idoneam crassitudinem habeat. (*Vis:* narcotica, somnifera, anodyna, diaphoretica. *Usus:* in phthisi, arthritide, rheumatismo, colica, diarrhoea; Opii vicarium est, si obstipationes et vomiturítiones Opii usum insequentes, evitandae sunt. Interiores stipitum partes succum continent minus medicatum, quare epidermidem exui et solam contundi oportet. *Succo indurato* partes continentur Spiritu Vini insolubiles et virtute medica privatae, ideo Succum Spiritu Vini redissolvi et iterum inspissari a pluribus laudatum est. Hoc Extractum repurgatum in officinis non occurrit.)

**† EXTRACTUM LACTUCAE SCARIOLAE.** Wildlattichextract. *Extrait de Laitue sauvage.*

Ph. Austr. ex Herba Lactucae Scariolae siccata iterata coctione cum aqua extrahi succum et depuratum inspissari jubet, ad modum Extracti Absinthii (p. 381) sui. Loco Extracti Lactucae virosae habetur, similibus scilicet praeditum virtutibus.

**† EXTRACTUM LACTUCAE VIROSAE, s. Succus spissatus Lactucae virosae.** Giftlattichextract, Giftlattichdickſaft. *Extrait de Laitue vireuse.*

Paratur ex foliis et stipitibus Lactucae virosae ante efflorescentiam plenam, sicut Extractum Aconiti (p. 382).

Viribus gaudet similibus, sed validioribus, quam Extractum Lactucae sativae. De virtutibus et mixtione hujus succi non satis bene compertum habemus.

Ph. Saxon (1837), Bor. ed. 5, sicut Extractum Aconiti suum. Ph. Edinb., Fuld., Hamb. paup., Hass., Herb., Lipp., Ross., Slesv.-Hols.: Folia Lactucae virosae, aquae pauxillo adsperso, in mortario lapideo contusa exprimantur, succus colatus in balneo aquae vel Calcariae muriaticae continue agitatus rite spissescat absque defaecatione. — Ph. Belg. Succo inspissato quartam partem Herbae pulveratae addi suadet ut efficiatur extracti moles. — Ph. Wirt. Herbam recentem Lactucae virosae contunde, exprime, et in cella sepone ne in fermentationem ruat. Quiete limpidefactus decanthetur, ebulliat leniter, per manicam trajiciatur, tum albumine ovorum clarificetur, quae operatio (supervacaneum) alterum repetatur; tum leni igne rite evaporet. — Ph. Gall. (1837) Succum expressum plantae integrae in patinis planis calore tepido exsiccari et cultellis abradi praecipit. Servetur vasis optime clausis epistomiis vitreis.

EXTRACTUM LAPATHI vid. Extractum Patientiae.

EXTRACTUM LAURO CERASI. Kirſchlorbeerextract. *Extrait de Laurier-Cerisier.*

Van Mons ex foliis recentibus Lauro-Cerasi contusis succum exprimi, ebullitione defaecari, inspissari faeculam denique admisceri suadet.

**EXTRACTUM LEONTODI** vid. Extractum Taraxaci.

**EXTRACTUM LEVISTICI, s. Ligustici.** Liebſtöckelextract. *Extrait de Livèche.*

Paretur sicut Extractum Angelicae (p. 385). — Ph. Bor. ed. 5, sicut Extr. Angelicae ejusd. Ph. Bor. ed. 3, Oldenb. Radicis partes duas, Spir. Vini rect. tres, Aquae novem; Ph. Polon. Radicis Spir. Vini rect. āā partes duas, Aquae novem.

EXTRACTUM LICHENIS ISLANDICI. Isländiſchmoosextract. *Extrait de Lichen d'Islande.*

Ph. Herbip. Rec. Lichenis Island. q. v., bene mundato affunde Spir. Vini rect. ut contegatur, digere, exprime. Residuum coque cum Aquae q. s., cola cum expressione, leni igne consume et adde Tincturam per destillationem a Spiritu liberatam. Evaporent mixta ad idoneam crassitudinem. — Soubeiran Spirit. Vini rectificatissimum pro extractione proponit. (Febrifugum atque tonicum esse dicitur).

EXTRACTUM LICHENIS PARIETINI. Wandflechtenextract. *Extrait de Lichen des murs.*

Paretur ex Lichene parietino (Parmelia s. Imbricaria parietina) cum Spir. Vini rectificato, digestione, forti expressione et evaporatione. In febribus intermittentibus laudatum quondam, sed derelictum est.

EXTRACTUM LIGNI ALOËS, s. Agallochi. Aloeholzextract. *Extrait de Bois d'Aloès.*

Ph. Brunsv., Palat., Wirt. Lignum Aloës comminutum lege artis extraha-

tur Spiritu Vini rectificatissimo iteratis vicibus, Spiritus e tincturis per destillationem abeat, residuum rite evaporet. (Obsolevit.)

EXTRACTUM LIGNI CAMPECHIANI, s. Campechiensis, s. Haematoxyli. Blauholzertract, Campechenholzertract. *Extrait de Bois de Campeche.*

Rec. Ligni Campechiani Libram unam, coque cum Aquae communis Libris tribus per horam dimidiam et cola cum expressione. Has operationes adhuc bis repete, vel quamdiu solutiones concentratae prodeant. Liquores subsidentia limpidefacti primum igne aperto, tum quum spissescere incipiant, in balneo Calcariae muriaticae evaporent usque ad siccitatem.

Ph. Bor. ed. 5, Saxon. (1837) sicut Extractum Cascarillae. Ph. Edinb. Aquae destillatae adhibet pondus octuplum, Ph. Amer., Lond. decuplum; Ph. Hann., Saxon. (1820), Bor. ed. 3, Aquae pondus octuplum, tum quadruplum. Ph. Hass. aliquoties cum Aquae pondere octuplo. Ph. Polon., Ross. castr. non multum discrepant. Ph. Herbip., Fuld. extrahunt primum Spiritu Vini, tum decoctione aquosa. Liquores mixti evaporent. (*Vis:* adstringens, styptica. *Usus:* in diarrhoeis, dysenteria et haemorrhagiis. Est Extractum siccum, splendens, coloris e rubente nigri, solutione in aqua calida fusco-rubra, fere limpida)

## EXTRACTUM LIGNI GUAJACI. Guajakholzertract. *Extrait de Gayac.*

*Synon.:* Extractum Guajaci, s Ligni sancti. Franzoſenholzertract.

Rec. Ligni Guajaci raspati Libram unam, coque per horam cum Aquae communis Libris quatuor, tum adhuc calida per pannum cola. Hae operationes adhuc bis terve repetantur. Liquores obtenti stent noctem ut sedimentum deponant; tum leni ebullitione evaporent in patina liquoribus affusis semper repleta. Quum parum spissescere liquores incipiunt, evaporationem in balneo Calcariae muriaticae perge usque ad extracti mollis crassitudinem, tum massae octavum sui ponderis partem Spiritus Vini rectificatissimi admisce, ut resinam inter ebullitionem secretam redissolvas et aequabiliter dividas; denique evaporationem absolve ad justam Extracti spissitudinem. *Vis:* sanguinem purificans, resolvens, calefaciens, Mercurium adjuvans in debellanda lue venerea.

Sit Extractum coloris fusco-nigri, solutione in aqua turbida fusca.

*Usus:* in arthritide, rheumatismo podagra, morbis cutis, etc.

Ph. Bor. ed. 5. Saxon. (1837) sicut Extractum Cascarillae Ph. Bor., Disp. Brunsv. Aquae Libr. sex; Ph Bor. ed. 3, Dan., Gall. (1837), Hisp., Polon., Saxon. (1820), Taur. quoque coctione Aquae partes decem proponunt. Ph. Austr., Wirt. aquae vim non indicant, iteratas autem coctiones laudant. Ph. Genev. aquae partes quindecim pro singula coctione. Ph. Parm. *Ligni Guajaci Libris ternis admiscet Resinae Guajaci nativae Drachm tres, et coctione cum aqua mixta extrahit.* — VAN MONS prelum laudat Realianum. (Propter Resinam Guajaci nativam res medica Extractis Ligni Guajaci et aquoso et spirituoso bene carere potest.)

EXTRACTUM LIGNI GUAJACI SPIRITUOSUM, s. alcoholicum, s. resinosum, s. Resina Ligni Guajaci. Weingeiſtiges Guajakextract, harziges Guajakextract, Guajakharz aus dem Holze. *Resine de Gayac.*

Rec. Ligni Guajac raspati q. v., in cucurbitam immisso affunde Spir. Vini rectificati quantum satis, ut ad pollicem usque contegat. Digerantur leni calore per horas quadraginta octo, exprimantur et altera Spiritus Vini copia residuo infundatur, quae iterum bene digesta exprimatur. Ex tincturis commixtis et filtratis addita Aquae communis quarta circiter parte, e vesica destillatoria sedulo purificata aut e retorta vitrea destillando eliciatur spiritus. Resina subsidens separata abluatur aqua fervida, quamdiu aqua colore imbuta defluit, et in aquae balneo exsiccata in bacillos formetur.

Ph. Austr., Bor. ed. 3 et 5, Hann., (1819), Oldenb., Saxon (1820), Ross., VAN MONS hanc quoque methodum praecipue sequantur. Ph. Lus. et Herbip. primum Spiritu Vini, tum aqua extrahunt et liquores rite commixtos evaporare jubent. — Ph. Amstel. Resinae Guajaci nativae par-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0429-8

tem unam Spiritus Vini rect. partibus sex dissolvi, solutionem filtrari, spiritum destillatione evocari, resinam remanentem aqua fervida bene ablui et lenissimo calore exsiccatam servari proponit. (Hoc extractum non nisi pro resina Guajaci nativa repurgata habendum, qua quum pro virtute medica multum superetur atque in parando multum pendeat a sedulitate laborantis, omnino inter supervacanea ducendum. Vires et Usus ut Resinae nativae.)

EXTRACTUM LIGNI GUAJACI VINOSUM. Weiniges Guajakextract. *Extrait de Gajac vineux.*

Ph. Sard. Ligni Guajaci raspati Libram unam bis extrahi cum Vini albi generosi Libris quinque ad sex; liquores filtrati mixti ad extracti spissitudinem redigantur.

EXTRACTUM LIGNI HAEMATOXYLI vid. Extractum Ligni campechiani (p. 407).

EXTRACTUM LIGNI QUASSIAE vid. Extractum Quassiae.

EXTRACTUM LIGNI SASSAFRAS, s. Sassafras. Saſſafrasextract. *Extrait de Sassafras.*

Ph. Wirt. Rec. Ligni Sassafras concisi contusi Libram unam, infunde Spir. Vini rect. Libr. quinque vel sex, extrahe et cola cum expressione; residuo infunde aquae fervidae Libr. tres, et leviter cocta exprime, ex liquoribus mixtis spiritum elice et residuum ad extracti consistentiam inspissa.

EXTRACTUM LILIORUM CONVALLIUM vid. Extractum Convallariae (p. 396).

## EXTRACTUM LIQUIRITIAE. Süßholzextract. *Extrait de Réglisse.*

*Synon.:* Inspissamentum Glycyrrhizae, Extractum Glycyrrhizae. Non confundatur cum Succo Liquiritiae depurato.

Rec. Radicis Liquiritiae siccae in pulverem grossiusculum redactae quantum vis; in vas idoneum ingestae infunde Aquae tepidae quantum satis, ut massa in pultis humidae formam consistat. Stent per diem, tum sacculis linteis inclusa fortiter exprime. Has operationes adhuc bis repete. Liquores quiete limpidefactos in balneo aquae vel Calcariae muriaticae ad justam extracti spissitudinem redige. *Vis:* demulcens praesentissima.

Sit extractum coloris fusci, consistentiae aequabilissimae, saporis grati dulcis, degustatum sub finem non acrimoniae ingratae sensum in lingua relinquens, qui ab aqua nimis calida infusa vel imo coctione oritur. Non sit adustum vel cupro inquinatum. *Usus:* in tussi catarrhali.

Ph. Bor. ed 5, Hass. infusione aquae fervidae, sicut eorum Extractum Absinthii. — Ph. Austr., Polon. maceratione frigida cum decuplo aquae communis. Ph. Gall. (1818) Maceratione frigida quoque cum Aquae quadruplo pondere. Ph Gall. (1839) elutriatione inter diaphragmata duo aquae tepidae ope sicut voce Extracti Absinthii expositum est. — Ph. Hisp., Ferrar., Antwerp., Belg, Sard. infusionem fervidam adhibent. — Disp. Brunsv., Ph Dan., Dubl., Herb., Lond., Ross. partim coctionem solam, partim praeviam macerationem commendant. — Van Mons non male prelum Realianum adhibet. (In parando Extracto Liquiritiae coctio omnino evitanda, per quam materia resinosa acris atque saporis ingrati extrahitur, medicamento magnum inferens damnum. Hoc extractum aut molle consistentiae usitatae, aut siccum occurrit, in bacillos tenuos expansum et aeris tepidi contactu penitus exsiccatum.)

EXTRACTUM *LUPULI*, s. Humuli, s. Lupuli *aquosum.* Hopfenextract. *Extrait de Houblon.*

Rec. Strobilorum Lupuli q. v. in vase idoneo tegendo infunde Aquae fervidae q. s. ut parum contegantur, digerantur per horas quatuor ad sex, tum preli ope fortiter exprimantur. Hae operationes alterum repetantur. Liquores mixti, seponendo limpidefacti, in balneo aquae ad extracti mollioris consistentiam redigantur. — Ph. Hann. infusionem aquae fervidae octuplo ponderis et coctionem, tum eadem cum quadruplo pondere repetenda proponit. — Disp. Lipp. infusionem fervidam tripli ponderis aquae et lenem ebullitionem praecipit. Ph. Suec. coctionem cum duabus, Ph. Lond. cum triginta duabus partibus aquae vult. (*Vis:* tonica, anodyna, sedans, diuretica. *Usus:* in arthritide, dyspepsia. Est saporis proprii balsamici amari.)

EXTRACTUM LUPULI SPIRITUOSUM s. alcoholicum. Weingeiſtiges Hopfenextract. *Extrait alcoolique de Houblon.*

Rec Strobilorum s. Florum Lupuli q. v., concisa pulvera et terendo per cribrum ferreum contere. Humectata cum sui ponderis dimidia parte Spiritus Vini rectificati inter diaphragmata duo compresse sterne et lixiviationem institue cum triplo pondere Spir. Vini rect.. Spiritu per destillationem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0430-9
DFG

abacto residuum balneo aquae evaporet ad justam crassitudinem. — Ph. Austr. (1820) Flor. Lupuli Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres, Aq. comm. Unc. novem. — Ph. Austr. (1834) omisit.

EXTRACTUM MAHAGONI paratur coctione iterata ex Ligno Mahagoni sicut Extractum Cascarillae (p. 390).

EXTRACTUM MALATIS FERRI vid. Extractum Martis pomatum.

EXTRACTUM MALTHI COMPOSITUM Bate.

Rec. Hb. Tussilaginis, — Pulmonar. ãã Unc. sex, Rad. Liquir. Unc. octo, Passular. Libr. duas, Cerevisiae illupulatae Libr. octo; extrahe coctione et solutiones l. a. ad mellaginem inspissa. — Fuller: EXTRACTUM PECTORALE: Rec. Decocti Malthi opt. (Würze) Libr. duas, Aquae Libr. duas et semis, Cerevisiae Unc. sedecim, adde Passular. Unc. sex, Rad. Liquir. Unc. duas, Terrae Japon. Unc. unam, coque ad consumtionem Libr. quatuor, cola, adde Coccionellae Scrup. quatuor, et coque ad mellaginem.

EXTRACTUM MAROCOSTINUM Ph. Wirt.

Rec. Aloës Succotr. Libr. unam, solve in Succi Hb. Absinthii, — Apii, — Foeniculi ãã Unc. tribus, — Cichorii, — Fumariae, — Pimpinellae ãã Unc. octo, — Rosarum, — Citri ãã Unc. viginti. Liquor subsidentia depuratus evaporet ad mellaginem, tum adde Extracti Rhei Drachm. sex, — Croci Drachm. semis, — Myrrh. Unc. semis, Gummi Ammoniaci Unc. unam et semis, Aceti scillitici Unc. quatuor; ad extracti consistentiam redactis adde Pulveris Mari Unc. semis, — Costi arabici Drachm. sex. (Hodie omnino exolevit; pilularum quondam cephalicarum basin efficiebat.)

## EXTRACTUM MARRUBII. Andornextract. *Extrait de Marrube blanc.*

Paretur ex Herba Marrubii albi subflorente siccata infusione aquae fervidae sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* emmenagoga, antispasmodica, febrifuga, excretiones promovens.

Est coloris atro-fusci, saporis amari, parum balsamici.

*Usus:* in ictero, hepatis stagnationibus, mensibus impeditis, glandularum tumoribus.

Pharmacopoearum dissensus idem atque in Extracto Absinthii, scilicet Ph. Amstel., Austr., Bor. ed. 3 et 5, Dan., Hann., Hass., Lipp., Lusit., Oldenb., Polon, Saxon. 1820 et 1837, Slesv.-Hols. sicut et scriptorum.

EXTRACTUM MARRUBII SPIRITUOSUM, s. Marrubii alcoholicum. Weingeiſtiges Andornextract. *Extrait alcoolique de Marrube blanc.*

Disp., Fuld., Herbip. Hb. Marrubii albi Libr. unam l. a. extrahe Spir. Vini rect. Libr. una et Aquae comm. Libr. octo, exprime, filtra, spiritum elice atque residuum rite inspissa. (Ab Extracto aquoso nihil fere differt. Fortasse Spiritus Vini simplex melius consuleret.)

EXTRACTUM MARTIS ACETICUM vid. Acetum chalybeatum (p. 6).

EXTRACTUM MARTIS APERIENS Lemery, s. Citras Ferri.

Rec. Croci Martis aperitivi Libr. duas, Musti non fermentati Libr. duodecim, Mellis despumati Libr. novem, Succi Citri expressi Libr. unam, digere balneo vaporis per tres dies, coque deinde, cola et ad extracti consistentiam consume.

EXTRACTUM MARTIS APERIENS Mynsichti, s. Oxalas Potassae et Ferri.

Ferrarini et Taddei: Rec. Pulpae Tamarindorum Unc. octo, Succi Acetosellae expressi *Libr. tres, mixta coque in vase fictili vitreato,* cola, adde Limaturae Ferri Unc. quatuor, digere per tres dies, filtra et ad extracti consistentiam redige.

EXTRACTUM MARTIS CYDONIATUM, s. Ferri cydoniatum. Eiſenhaltiges Quittenextract. *Extrait de Mars cydonié.*

Rec. Pomorum Cydoniorum Libras sex, radulae ope contritis vel in mortario in pultem mollem contusis admisce clavorum ferreorum minutorum vel Limaturae Ferri purae Libram unam. Agitata interdum funditus digere loco tepido per dies sex ad octo, aquam evaporatione dissipatam passim adspergendo, ita ut pultis humidae species maneat. Denique affunde aquae fervidae q. s. ut habeas pultem tenuem liquidam, quam sacculis linteis inclusam fortiter exprime. Succum expressum seponendo et colando depuratum in vasis porcellaneis ad extracti spissitudinem redige. Viribus et usu cum sequente congruit. — Van Mons proponit Oxydulum Ferri nigrum coctione in Succo Cydoniorum expresso dissolvi, atque liquores filtratos evaporatione ad extracti consistentiam redigi. — Ph. Slesv.-Hols. sicut Extr. Martis pomatum.

## EXTRACTUM MARTIS POMATUM. Aepfeleiſenextract. *Extrait de Mars pommé.*

*Synon.:* Extractum Ferri pomatum Ph.

Bor., Extractum Pomorum ferrarium Ph. Bav., Extractum Martis cum Succo Pomorum Ph. Austr., Extractum Malatis Ferri Ph. Gall., Malas Ferri impurus Ph. Gall. Aepfelſaures Eiſenextract.

Rec. Pomorum acidulorum excoriatorum Libras sex, contunde in mortario in pultem mollem (vel radulae ope abrade) cui admisce in lebete e ferro fuso clavorum ferreorum minutarum (vel Limaturae Ferri purae), Libram unam, et aqua adspersa omnia in massam humidam redige. Hanc interdum funditus agitatam digere, aquam evaporatione dissipatam restituens, per dies quatuordecim ad viginti in loco tepido. Quum omnia in massam nigram, Ferro soluto gravidam transierint, aquae tantum affunde ut habeas pultem tenuem fluidam, quam post aliquot horas sacculis linteis inclusam in prelo fortiter exprime. Residuo denuo aquae tantum adjice, quantum opus est, ut massa iterum fluat, et alterum expressam rejice. Liquores junctos sepositione et colatione depuratos in balneo aquae vel Calcariae muriaticae in vasis porcellaneis ad justam spissitudinem redige. — *Vis:* tonica, anthelminthica.

Sit colore e virescenti nigro, in aqua solutione limpida nigra solubile, saporis dulcis demum valde adstringentis, odoris suavis, atramentarii nec acidi.

*Usus:* in cachexia, hypochondria, amenorrhoea.

Ph. Bor. 3 et 5, Fuld., Gall. (1818), Herbip., Oldenb., Palat, Polon., Ross., Saxon. (1820 et 1837), Wirt. Rec. Limaturae Ferri porphyrisatae Libram unam, Succi pomorum acidulorum maturorum excoriatorum Libr. quatuor, digerantur saepius agitata per aliquot dies. Postea coquantur leni igne ad dimidiae partis consumtionem. Liquor per linteum colatus subsidendo et decanthatione depuratus in balneo Calcariae muriaticae ad Extracti spissitudinem redigatur. — Ph. Austr. Limaturae Ferri puri Libr. unam, Pomorum acidulorum contusorum Libr. quatuor. — Ph. Gall. (1837) Limaturae Ferri Libr. unam, Succi expressi Pomorum Libr. octo. — Ph. Hass. Limaturae Ferri Libr. unam, Pomorum acidulorum rasorum Libr. sedecim. — Ph. Bav., Slesv.-Hols. Limaturae Ferri Libr. unam, Succi Pomorum acidulorum Libr. duodecim assidue agitata digere loco tepido per aliquot dies, dein in aheno ferreo coquantur leni igne ad dimidiae partis consumtionem, liquor per linteum colatus rite evaporet. — Van Mons: Oxydum Ferri nigrum (Hammerſchlag) pro Limatura adhibet, nec tamen bene, quum ferrum purum multo facilius Malorum aciei cedat. Aeris contactu in pulte pomorum humida multo facilius acidum malicum cum oxydo ferri connubium habet.

EXTRACTUM MARTIS POMATUM LIQUIDUM vid. Tinctura Martis pomata.

EXTRACTUM MARTIS CUM TARTARO. Eiſenweinſteinextract. *Extrait de Mars tartré.*

Ph. Sard. Rec. Limaturae Ferri Libr. unam, Crystall. Tartari Libr. duas, coque per horas duodecim cum aquae communis Libr. triginta. Liquor rite sepositione depuratus evaporet.

EXTRACTUM MATRICARIAE Mutterkraut-extract. *Extrait de Matricaire.*

Ferrarini ex Herba sicca Matricariae Parthenii parari proponit sicut Extractum Absinthii (p. 381) nostrum.

EXTRACTUM MELAMPODII vid. Extractum Hellebori nigri (p. 402).

EXTRACTUM MELANAGOGUM Quercetani. Disp. Prag. et Ph. August. renov.

Rec. Folliculor. Sennae Unc. sex, Rad. Hellebori Unc. duas, — Turbethi, Myrobalanorum omnium āā Unc. unam et semis, Trochiscor. Alhandal Drachm. sex, Flor. Violar., — Rosar. rubr., Hb. Epithymi āā Unc. semis, Spec. lactificant. Drachm. duas, Succorum optime depuratorum Herbae Fumariae et Pomorum redolentium, Seri Lactis āā q. s. ad extractionem. Liquores digestos et expressos inspissa et denique species lactificantes admisce.

EXTRACTUM MELISSAE. Meliſſenextract. *Extrait de Mélisse.*

Paretur, si opus erit, infusione aquae fervidae in vase expost optime contegendo, expressione et lenissima evaporatione inter perpetuam agitationem. Fortasse Spiritus Vini simplex melius est menstruum. — Ph. Ferrar. male laudat coctionem cum aqua. — Ph. Sard. Ex Hb. Melissae recent. Libr. octo destillatione duas elicit Uncias, tum aqua infusa tripli ponderis coquit, et liquores co-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0432-1

latos inspissat, sub finem additis Unc. destillatis duabus.

EXTRACTUM MENISPERMI CORDIFOLII WILLD. in India orientali ab Indigenis pro remedio roborante, febrifugo, anthelminthico adhibetur.

**† EXTRACTUM MEZEREI, s. Cort. Mezerei, s. resinosum corticis Mezerei.** Seidelbaſtextract. *Extrait de Mézéréon.*

WIDMANN hanc parandi methodum non satis concinnam proposuit: Cort. Mezerei aquae ope penitus exhaustus et denuo siccatus extrahitur Spir. Vini rectificatissimo et Liquore anodyno HOFFM. mixtis, atque ferventibus. Liquor colatus per noctem sepositus Resinam sponte demittit. Liquor supernatans destillationi subjicitur, residuum Naphtha Vitrioli dissolvitur et Naphtha colore viridi imbuta cum resina excreta miscetur. Naphtha dissipata Extractum remanet. Extractum simpliciter, ut ajunt, aethereum nimias auctori ambages parsisset. — Ph. Hamb. bis cum quadruplo pondere Spir. Vini rectificatissimi extrahi vult.

## EXTRACTUM MILLEFOLII. Schafgarbenextract. *Extrait de Millefeuille.*

*Synon.:* Extractum Millefolii aquosum, s. Herbae Millefolii.

Paretur ex Herba et floribus siccatis Achilleae Millefolii sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* tonica, antispasmodica.

Sit extractum intense fuscum, tenax, odore vix Millefolium recens aemulans, saporis ex acri amari. Solutio non nisi leviter turbida.

*Usus:* in hysteria, hypochondria, dyspepsia, intumescentia ventris, dysenteria, colica, calculis pellendis.

Codicum omnium eadem discordantia atque in Extracto Absinthii.

**EXTRACTUM MILLEFOLII FRIGIDE PARATUM.** Kaltbereitetes Schafgarbenextract. *Extrait de Millefeuille a froid.*

Ph. Hann. eodem modo parari jubet, atque Extr. Chamomillae frigide paratum (p. 392).

**EXTRACTUM MILLEFOLII SPIRITUOSUM s. alcoholicum.** Weingeiſtiges Schafgarbenextract. *Extrait de Millefeuille alcoolique.*

Ph. Polon. Hb. Millefol., Spir. Vini rect. $\overline{aa}$ Libr. duas, Aquae comm. Libr. novem. — Disp. Fuld., Herbip. Flor. et Hb. Millefol., Spir. Vini rect. $\overline{aa}$ Libr. unam, Aq. comm. Libr. octo.

**EXTRACTUM MIMOSAE CATECHU** vid. Extractum Catechu (p. 391).

EXTRACTUM MOMORDICAE ELATERII vid. Elaterium (p. 255).

## EXTRACTUM MYRRHAE AQUOSUM. Wäſſeriges Myrrhenextract. *Extrait aqueux de Myrrhe à l'eau.*

*Synon.:* Extractum Myrrhae gummosum, s. absque Resina.

Rec. Myrrhae pulveratae Unciam unam, affunde aquae destillatae Uncias quatuor, macera interdum agitata per dies tres ad quatuor, tum liquorem subsidendo depuratum decantha et in balneo aquae, et ad massae *pilularis consistentiam redige.* *Vis:* balsamica tonica, resolvens.

Sit e rufo fuscum, marginibus pellucens, in aqua solutione fere limpida solubile, odoris et saporis Myrrhae.

*Usus:* in morbis pulmonum, suppurationibus internis, cet.

Ph. Austr., Amstel., Bav., Belg, Bor. ed. 3 et 5, Hann., Oldenb., Polon., Saxon. ed. 2, Slesv.-Hols. hanc methodum, hasque materiarum rationes sequuntur. — Ph. Brunsv. et VAN MONS pro Myrrhae Uncia singula Uncias octo Aquae jubent. — Ph. Ferrar., Fuld., Lipp., Herbip., Parm. Aquae Unc. sex. — Ph. Gall. (1818) utriusque quantum satis, Ph. Gall. (1837) omisit. — Ph. Hass. Aquae Unc. duodecim. — Ph. Palat., Wirt., Sard. Rec. Myrrhae Libr. semis, Liquoris Salis Tartari Unc. unam, misce exacte et sepone per dies quatuordecim. Tandem affunde aquam fervidam, agita massam, dein quieta derelinquatur, donec crassius sedimentum deposuerit; liquor clarus decanthetur, tum residuo iterum aqua fervida infundatur; quamdiu liquor frigefactus colorem abripuerit. Omnia denique balneo aquae ad justam consistentiam evaporent. — VAN MONS proponit Myrrham cum pari pondere serraginis ligneae mixtam cum aqua coqui et liquores limpidos frigefactos inspissari.

EXTRACTUM MYRRHAE COMPOSITUM s. GRAMINATUM.

Rec. Myrrhae Unc. duas, Gummi Arab.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0433-6
DFG

Drachm. duas, pulverata cum Aquae s. q. in Emulsionem redige in quo liquore solve Extr. Graminis Unc. quatuor.

EXTRACTUM MYRRHAE SPIRITUOSUM s. resinosum Weingeiſtiges Myrrhenextract. *Extrait alcoolique de Myrrhe.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Myrrh. Unc. unam, digere in cucurbita cum Spiritus Vini rect. Unc. quatuor, filtra, spiritum destillatione evoca, et residuum ad extracti consistentiam redige. Ph. Sard. consentit.

EXTRACTUM NARCISSI PRATENSIS, s. Narcissi Pseudo-Narcissi. Gemeiner Narciſſenextract. *Extrait de Narcisse de prés.*

Ph. Gall. (1818) Florum Narcissi Pseudo-Narcissi partem unam frigida maceratione bis cum quatuor partibus aquae communis extrahi, et liquores per pannum trajectos inspissari proponit. Contra Ph. Gall. (1837) Extractionem spirituosam sicut in Extr. Aconiti spirituoso (p. 384) suo institui jubet. — Van Mons et Swediaur aqua frigida resp. tepida extrahi monent. — *Vis:* antispasmodica, nauseam excitans.

EXTRACTUM NASTURTII. Kreſſeextract. *Extrait de Cresson.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Hb. Nasturtii officinalis recentis q. v., contunde, succum exprime, leni ebullitione fac albumen coire, cola et in balneo aquae ad extracti spissitudinem redige. — Ph. Sard. praevia destillatione aquae Unc. duas ex Hb. recentis Libr. octo elici jubet, hasque infuso evaporato ex residuo parato denique addi.

† EXTRACTUM NICOTIANAE s. Tabaci. Tabaksextract. *Extrait de Nicotiane.*

Rec. Foliorum Tabaci recentium (Nicotianae, ut ajunt, rusticanae) quantum vis, contunde, succum exprime, et operationes perge, quales voce Extracti Aconiti (p. 382) descriptae sunt. — Ph. Hass., Saxon. (1820) Succum expressum, faecula sub finem readmixta, evaporat — Ph. Herb. succum indefaecatum inspissari jubet. — Ph. Fenn. eo usque inspissari vult, ut quarta pars Pulv. sicci Hb. Nicotianae extracti consistentiam efficiat. Ex Foliis Nicotianae siccis, imo exoticis parari jubent hoc extractum. — Ph. Hamb., Hann. et Fuld. ad modum Extr. Absinthii infusione aquae fervidae communis. — Ph. Suec. bis cum duplo pondere aquae coqui praecipit. (*Vis:* narcotica, intoxicans, antispasmodica, diuretica, diaphoretica. *Usus* in hydrope, dysuria, tussi ferina, diabete.

EXTRACTUM NICOTIANAE MITIGATUM. Gemildertes Tabaksextract. *Extrait de Nicotiane mitigé.*

Rec. Fol. Nicotianae sicc. q. v., maceratione cum magna vi aquae frigidae optime extrahatur; liquoribus his rejectis, residuo infundatur aquae fervidae pondus duplum, post refrigerium exprimatur liquor, qui l. a depuratus ad extracti consistentiam coeat. — Ph. Wirt. aquae fervidae pondus decuplum et decoctionem ad dimidii consumtionem commendat. — Van Mons clarificationem ope albuminis ovorum vult. — Disp. Brunsv., Lipp. prope accedunt. (*Usus:* in asthmate.) — Ph. Hann. primum cum Aquae pluvialis Libr. octo lavari Folia, dein cum eadem copia decoqui et decoctum solum inspissari vult.

EXTRACTUM NUCUM JUGLANDUM vid. Extractum Juglandis (p. 405).

† EXTRACTUM NUCUM VOMICARUM AQUOSUM. Wäßriges Brechnuß- oder Krähenaugenextract. *Extrait aqueux de Noix vomique.*

Rec. Nucum Vomicarum raspatarum Libr. unam, coque per horam dimidiam cum Aquae Libr. tribus, et preli ope liquorem fortiter exprime. Has operationes adhuc bis repete. Liquores subsidendo et decanthando depuratos rite ad extracti spissitudinem evaporent. — Ph. Bor. ed. 5, sicut Extr. Cascarillae suum (p. 390). — Ph. Saxon. ed. 2. quoque, sed ad siccum evaporari. - Ph. Bavar. aquae pondus octuplum bis adhiberi, et coctionem per horas tres institui monet. — Ph. Hass. et Wirt. prope accedunt. (Scatet principio amylaceo.)

## † EXTRACTUM NUCUM VOMICARUM SPIRITUOSUM. Weingeiſtiges Brechnuß-extract. *Extrait alcoolique de Noix vomique.*

*Synon.:* Extractum Nucis Vomicae alcoholicum.

Rec. Nucum vomicarum raspatarum quantum placet, Spiritus Vini rectificatissimi quantum sufficit ad rasuram contegendam (pondus duplum circa). Digere per triginta sex horas, vas subinde agitando, et sub finem in balneo aquae paullum calefaciendo. Post refrigerium decanthato liquore residuum fortiter exprime. Digestionem cum nova quantitate Spiritus affusa repete, donec hic nullo colore et parum tantum adhuc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0434-2
DFG

sapore inficiatur. Liquores mixtos per chartam bibulam filtratos subjice destillationi ad sextae partis remanentiam, quae dein in balneo aquae ad massae pilularis consistentiam evaporet. Caute serva in olla porcellanea. — *Vis:* narcotica, anodyna, antiparalytica.

Sit coloris e viridi fusci, solutione in aqua turbida, saporis peramari.

*Usus:* in membrorum paralysi, morbis spasmicis, diarrhoea, dysenteria.

Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hass., Sax. ed. 2, Slesv.-Hols. exacte cum hac methodo congruunt. — Ph. Gall (1818) Spiritus Vini rectificati primum quadruplum, tum triplum pondus infundi jussit, Ph. Gall. (1837) contra Spiritum rectificatissimum indicat. — Ph. Ferrar. et Hamb. Spiritum rectificatum tantum praecipiunt. — EXTRACTUM SICCUM obtinebitur, si Extractum commune in patinis expansum leni calore exsiccatur; MAGENDIE praeterea in extractione temperaturam quam frigidissimam laudat.

EXTRACTUM OLEAE EUROPAEAE, s. Corticis Oleae europaeae. Oelbaumrindenextract. *Extrait d'écorces d'Olivier.*

Rec. Corticis Oleae europaeae Libr. unam, in cucurbita infunde Spir. Vini rectificatissimi Libr. tres, macera per tres dies, effunde et residuum exprime. Denuo bis eadem Spiritus Vini copia infundatur et bene digesta exprimatur. Ex Tincturis filtratis Spiritus blanda destillatione eliciatur, tum residuum in balneo aquae ad extracti consistentiam redigatur. (In febribus intermittentibus profuisse dicitur. Pro pauperibus parabatur.)

EXTRACTUM OLEOSO-RESINOSUM CUBEBARUM, s. Filicis Maris, s. Seminis Cinae vid. Extractum Cubebarum aethereum et spirituosum (p. 397), Extr. Filicis Maris aethereum et spirituosum (p. 400), Extr. Seminis Cinae aethereum et spirituosum.

† EXTRACTUM OPII ACETOSUM s. aceticum. Eſſigſaures Opiumextract. *Extrait acétique d'Opium.*

PIERQUIN Unc. unam Opii extrahi jubet Unc. sedecim Aceti destillati, et liquorem filtratum in balneo aquae ad extracti spissitudinem evaporari.

## † EXTRACTUM OPII AQUOSUM. Wäßriges Opiumextract. *Extrait aqueux d'Opium.*

*Synon.:* Extractum Opii gummosum, s. Aqua paratum, s. thebacium, Laudanum opiatum, s. simplex, Opium colatum, s. depuratum, s. gummosum, s. Extractum Meconii.

Rec. Opii electi Unciam unam, in taleolas dissecto infunde Aquae destillatae Uncias quatuor; per duas horas macerata atque emollita manibus optime malaxentur, denuo stent per horas duodecim, et tum per pannum colentur cum expressione. Residuo denuo infunde Aquae destillatae Uncias quatuor iterumque macerata cola cum expressione. Liquores subsidendo depuratos et decanthatos in aquae balneo ad extracti spissitudinem redige; huic infunde Aquae destillatae frigidae Uncias sex et agita ad solutionem promovendam; liquorem subsidendo paullum depuratum filtra et balneo aquae ad siccum redige. — *Vis:* sedans, anodyna, narcotica, intoxicans, antispasmodica.

Sit fuscum, madefactum colore flavo-fusco inquinans, odore peculiari narcotico Opii, aqua solutione limpida solubile, quae solutioni Ferri muriatici oxydati satis dilutae, ut fere incolor sit, addita illam colore fusco-rubro tingat. Optime cauteque servetur in vitris epistomiis vitreis vel suberinis bene munitis.

*Usus* idem fere ac Opii crudi, scilicet in morbis spasmicis atque convulsivis, colica saturnina, in doloribus nervosis variis leniendis.

Ph. Aust., Bavar., Bor. ed. 3 et 5, Dan., Hamb., Hann., Lusit., Oldenb., Polon., Saxon. ed. 2, Slesv.-Hols. Opii Unc. una maceretur cum quatuor Unciis Aquae destillatae per horas quadraginta octo; liquor innatans decanthatione separatus in balneo aquae eo usque inspissetur, ut pulverari queat. Nonnulli Codices ad massam pilularem redigi jubent, quae quidem facillime mucedinem contrahit. — Ph. Gall. (1818) aquae quoque pondus quadruplum proponit, sed ad dimidium evaporatum liquorem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0435-8
DFG

denuo seponi vult, ut resina secernatur, atque pellicula virosa in superficie innatans. Liquor denuo percolatus ad Extractum evaporet. — **Ph. Gall.** (1837) omnino cum nostra formula congruit. — **Ph. Hass.** Aquae Unc. tres; extractum denuo dissolvitur, tum ad siccum, — **Ph. Lond.** Aquae Unc. octo, bis; ad extracti consistentiam, — **Ph. Dubl.** Aq. fervidae Unc. sex, ter repetendum; colati liquores ad extracti spissitudinem evaporent. — **Ph. Ferr., Fuld., Hisp., Lipp.** Opium cum Aqua triturari suadent. — **Ph. Belg.** Opium sub filo aquae inter malaxationem elutriari, Liquores Albuminis ope clarificari, et quum spissescere inciperent, denuo colari praecipit. — **Ph. Suec.** maceratione diurna extrahi vult; aquae vim non indicat, sed extractum semel aqua dissolvi et iterum evaporare vult. — **Ph. Parm.** Opii Unc. unam, Aquae dest. Unc. decem, tum iterum sex. — **Ph. Brunsv., Palat., Wirt.** Rec. Opii Unc quatuor solve in Aquae comm. Libr. quatuor, Succi Citri Libr. semis; filtra, atque in extracti consistentiam evaporatione redige. Scriptorum de re medica discrepantiam hic accuratius perstringere operae pretium non est.

† EXTRACTUM OPII CINNABARINUM, s. Laudanum cinnabarinum. Opiumextract mit Zinnober.

**Ph. Hisp.** Rec. Extr. Opii aquosi Drachm. sex, Croci pulverati, Cinnabaris nativae laevigatae āā Drachm. tres; fiat massa cum pauxillo aquae in rotulas formanda, siccanda.

† EXTRACTUM OPII CROCATUM, s. Laudanum opiatum. Opiumextract mit Safran.

**Ph. Palat., Wirt.** Rec. Extr. Opii aquos. (Ph. Palat., Wirt.) Unc. duas, Extracti Croci, Opobalsami āā Drachm. semis. — **Ph. Brunsv.** Pulverem Croci, cet. par. — **Ph. Hisp.** Rec. Extr. Opii aquosi Unc. duas, — Croci Unc. unam, Testar. Margaritarum (i. e. Matris Perlarum), Lap. Hyacinth. praep., Corall. praep. āā Drachm. unam et semis, Terrae sigill. Drachm. unam, Lap. Bezoar. Scrup. quatuor, Rasurae Cornu Cervi Scrup. duos; pulverata in pastam redige, ex qua trochisci formentur. — **Ph. Sard.** Extr. Opii, — Croci āā Unc. unam, Pulv. Succin. Drachm. sex, — Castor. Drachm. tres.

† EXTRACTUM OPII CYDONIATUM, s. Laudanum Opiatum Cydoniatum, s. Opium praeparatum Langelotti.

**Ph. Palat., Wirt.** Rec. Succi Cydonior. recenter expressi Libr. sex, Opii crudi in taleolas minimas scissi Libr. semis, digere leni calore ad extractionem; faecibus dein subsidentibus liquor clarus effundatur filtretur, inspissetur, tum addatur Ol. Cinnamomi, — Caryophyll., — Macid. āā Scrup. semis. — Gray: Rec. Opii Libr. unam, solve in Succi Cydonior. express. Libr. decem, adde Sal. Tartari Unc. unam, Sacch. alb. Unc. quatuor; fermentationi subjiciatur per aliquod tempus, tum colatum evaporet ad mellis spissitudinem; denuo solve in Spiritu Vini rect., filtra, Spiritum elice, iterumque ad extracti spissitudinem inspissa. — Spielmann: Opii Libr. unam, Succ. Cydonior. express., Aq. comm. āā Libr. quinque, Sacch. alb. Unc. quatuor; fermentationi subjiciantur per aliquot tempus, tum per linteum colata evaporent. — Bories: denique aliam formulam exhibuit, merito expungendam.

† EXTRACTUM OPII Diestii, s. per longam digestionem paratum, juxta formulam Dris. de Diest.

**Ph. Gall.** (1818) Rec. Opii in taleolas dissecti Libr. unam, Aq. comm. Libr. quatuor, bulliant leviter per semihoram, dein cola et colatum liquorem serva. Quod residuum est eodem modo decoquatur, et pari aquae quantitate; bis terve. Liquores in cucurbita leni igne indesinenter ebulliant leniter per sex (sic!) menses. Aqua interdum evaporatione dissipata restituenda est, ita ut cucurbita semper repleta maneat. Post hoc temporis spatium liquidum colatum per chartam bibulam in balneo aquae evaporet ad massae pilularis consistentiam. (Quondam immerita laude extollebatur, nunc plane exolevit.)

† EXTRACTUM OPII PER FERMENTATIONEM, sive fermentatione paratum juxta methodum Dr. Deyeux.

Rec. Opii in taleolas dissecti quantum opus est, maceretur in aqua cum fermento Cerevisiae, eo caloris gradu, qui optime fermentationi faveat, sc. 20° — 22° R. Liquor ubi limpidus evaserit, aqua addita diluendus est et colandus per chartam bibulam, bulliat deinde, donec odor virosus omnis evanuerit; denique evaporet ad Extracti durioris consistentiam. (Ponderum rationibus non indicatis nimis vaga est haec praescriptio atque varietatibus multis obnoxia. Pro Opii Unc. una sufficiunt Aquae Unc. decem, atque Fermenti Cerevisiae humidae Unc. semis.)

† EXTRACTUM OPII GLYCYRRHIZATUM vid. Laudanum diureticum.

† EXTRACTUM OPII GUMMOSUM vid. Extr. Opii aquosum; — — GUMMOSO-RESINOSUM vid. Extr. Opii spirituosum.

EXTRACTUM OPII absque MORPHINA, s. Morphina privatum.

Rec. Opii Unc. tres, solve in Aquae Unc. decem, adde Magnesiae ustae Drachm. unam et digere per horas aliquot, tum filtra et liquorem l. a. ad extracti consistentiam redige. (Non in usum receptum est.)

## † EXTRACTUM OPII absque NARCOTINA, s. Narcotina privatum. Narcotinfreies Opiumextract. *Extrait d'Opium privé de Narcotine.*

Rec. Extracti Opii aquosi quantum vis, dilue tanta aquae copia (dimidia circiter sui ponderis) ut Syrupi consistentiam habeat, quam in lagenam bene obturandam ingestam, cum octuplo miscelae Volumine Naphthae Vitrioli fortiter agita per duos

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0436-4
DFG

dies; Naphtham innatantem effunde, et alteram tantam copiam adde iterum bene conquassandam; hoc tertium repete, vel donec Naphtha evaporatione dissipata penitus avolet nullo residuo deposito. Extractum syrupiforme, Narcotinae expers, nunc in balneo Aquae ad pilularum massam evaporet. Hanc methodum Ph. Gall. (1837) recepit. Calore in extractione adhibito citius Narcotinam dissolvi ex Dublanc experimentis constat. Haec operatio in apparatu destillatorio instituenda, ut Naphtham ebullitione abactam colligas, tum ceteram innatantem quam citissime et adhuc calidam in alterum vas transfunde, quae operatio repetenda est, quoties Naphtha affusa Narcotinam adhuc abripuit. Naphtha destillata abluendo extracto inservit. — Ph. Ferrar., Gray, Rennie, cet. prope accedunt, nisi quod ponderum rationes incertiores reliquerunt.

† EXTRACTUM OPII RESINOSUM sec. Ph. Lusit. veterem obtinetur ex Opii Unc. una et Spir. Vini rectificatissimi Unc. tribus. (Attentione non satis dignum.)

## † EXTRACTUM OPII SICCUM

est Extractum Opii aquosum in tepidario, vel Solis radiis plane exsiccatum. — Ph. Gall. (1818) sicut Extr. Chinae frigide paratum.

† EXTRACTUM OPII SPIRITUOSUM, s. resinosum, s. alcoholicum, s. gummoso-resinosum, s. Opium depuratum, s. Extractum thebaicum, s. Laudanum opiatum. Weingeiſtiges Opiumextract. *Extrait d'Opium alcoolique.*

Ph. Bat. Opii Unc. duas digere per biduum cum Spir. Vini rectificatiss. Unc. quatuor, dein exprime et per chartam cola; residuum solve in Aq. comm. Unc. quatuor in pultem, hanc quoque per linteum cola, et liquores mixtos ad Opii crudi duritiem inspissa. — Ph. Lusit. (Opium depuratum) Opii Unc. una digestione dissolvitur in Spir. Vini rect. Libr. una; tinctura, Spiritu per destillationem elicito, evaporet ad justam extracti molem. — Ph. Ferrar., Gall. milit. Opium primum aquae partibus duabus, tum una, postea una parte Spir. Vini extrahitur, et liquores commixti rite inspissantur. (Hoc extractum non est nisi Opium ab immunditiis purgatum, Opio crudo multo inferius, hodie plane obsoletum.)

## † EXTRACTUM OPII THEBAICUM

vid. Extractum Opii aquosum (p. 413).

† EXTRACTUM OPII VINOSUM, s. Laudanum opiatum. Weiniges Opiumextract. *Extrait d'Opium au Vin.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Opii Libr. unam, in taleolas dissectum macera per diem cum Vini albi Libr. quatuor, interdum bene agitans; cola cum expressione; medullam remanentem denuo cum Vino albo dilue, iterumque per aliquot horas maceratam exprime; liquores vinosos per manicam trajice et aquae balneo ad extracti consistentiam redige. — Ph. Gall. (1818) Vini molem non indicat. — Ph. Hass. (1806) et Piderit Vini albi pondus duodecuplum Opii indicant. — Van Mons eandem ponderis rationem sed Vinum Maderanum proponit.

EXTRACTUM OSMUNDAE REGALIS. Schlangenzungenextract.

Paretur ex Hb. sicca Osmundae regalis (Ophioglossi Osmundae) infusione aquae fervidae sicut Extractum Absinthii. (In morbo anglico laudabatur.)

EXTRACTUM PAEONIAE, s. Radicis Paeoniae. Gichtroſenextract. *Extrait de Pivoine.*

Ph. Wirt. Rec. Rad. Paeoniae Libr. unam, infunde Aquae fervidae Libr. sex, stent per tres dies, tum coque parumper, cola et inspissa l. a. — Ph. Ferrar. Rad. Paeoniae Libr. una coquatur cum Aq. comm. fervid. Libr. tribus, etc.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM Crollii. Allen Schleim abführendes Extract. *Extrait panchymagoge.*

Ph. Brunsv., Palat., Wirt. Rec. Scammonii Unc. unam, Rad. Rhei, Seminis Ebuli āā Drachm. sex, Agarici albi Drachm. septem, Turbethi resinosi, Hermodactylorum āā *Drachm. quinque, Hellebori nigri Unc. semis, Fol. Sennae Unc. duas, Colocynth. Drachm.* decem; minutim concisis infunde Aq. comm. fervidae Libr. duas, macerentur per viginti quatuor horas, et post unicam ebullitionem exprimantur, in expresso solve Aloës Succotr. Unc. tres. Residua expressa optime repetita infusione Spir. Vini rect. extrahantur, tincturae filtratae decocto aquoso admisceantur, et Spiritu per destillationem evocato, l. a. liquores ad Extracti consistentiam redigantur. (*Vis:* drastica, hydragoga. Quoad compositionem per multum simile est Extracti Cnicopharmaci, et Extr. Colocynth. compositi. Mixtio concinnior atque levior est Extr. Rhei compositum. Dispensatoria quaedam antiquiora imo formulas exhibuerunt aniliores, meritae oblivioni tradendas.)

EXTRACTUM PAPAVERIS ALBI, s. Capitum Papaveris somniferi. Mohnköpfeextract. *Extrait de Pavot.*

Ph. Hann. Rec. Capit. Papaveris albi, exemtis seminibus Libr. unam, Aquae ferventis Libr. octo, macerata per horas 24 decoque ad dimidium, liquor colatus in balneo aquae ad siccitatem evaporet. — Ph. Lond. multum consimilis. (*Vis:* antispastica, sedativa, somnifera. *Usus:* in agrypnia, affectionibus spasticis.)

EXTRACTUM PAPAVERIS ERRATICI, s. Rhoeados. Klatſchroſenextract. *Extrait de Coquelicot.*

Paretur infusione aquae fervidae et expressione ex Capitibus Papaveris Rhoeados siccatis, sicut Extr. Absinthii. — Disp. Brunsv. macerationem et levem ebullitionem laudat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0437-9
DFG

Capita Papaveris adhuc viridia, antequam petala deciderint, decerpenda. — Ph. Ferrar. ex Floribus recentibus contundendis, exprimendis parari vult. — Ph. Sard. quoque Petala recentia adhiberi proponit methodo nimis inconcinna. (*Vis:* anodyna, sedans; *Usus:* in tussi gravi, diarrhoea, phthisi pulmonali, cet.

EXTRACTUM PAREGORICUM Bate.

Rec. Philonii Romani Unc. unam et semis, Mithridat. Drachm. quinque, Theriacae Londinens., Diascordii āā Drachm. tres, Aq. Card. bened. Libr. unam, Spir. Vini Unc. tres, macera; cola et exhala secundum artem.

EXTRACTUM PAREIRAE BRAVAE. Grieswurzelextract. *Extrait de Pareira brava.*

Ph. Gall. (1837) ex Radice Pareirae bravae parari jubet, sicut Extr. Absinthii suum (p. 381).

EXTRACTUM PATIENTIAE, s. *Lapathi.* Geduldwurzelextract. *Extrait de Patience.*

Ph. Gall. (1837) ex Radice sicca Rumicis Patientiae parari jubet sicut Extr. Absinthii suum; Van Mons maceratione, Taddei coctione.

EXTRACTUM PECTORALE Bate.

Rec. Hb. Scabiosae, — Hyssopi, — Hederae terrestr. āā Unc sex, — Marrub. alb., — Jaceae āā Unc. quinque, — Tussilaginis, Rad. Enulae āā Unc. novem, omnia recentia; contunde, exprime succum, qui l. a. despumatus atque depuratus ad Mellaginem evaporet.

EXTRACTUM PETICUM Bate.

Rec. Fol. Nicotianae exotica Unc. duas, Rad. liquir. Unc. unam, Fol. Asari recent. Drachm. decem, Sem. Anisi Drachm. tres, — Coriandri Drachm. duas, Rad. Angelicae, — Galang. āā Scrup. octo, macera tepide in Mellis despum. Unc. viginti per horas 24, exprime et exhala ad extracti consistentiam.

EXTRACTUM PETROSELINI. Petersilienextract. *Extrait de Persil.*

Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Absinthii suum (p. 381) parari jubet ex Radice sicca Apii Petroselini.

EXTRACTUM PEUCEDANI. Saufenchelextract. *Extrait de Peucédan.*

Ph. Sard. ex Radice Peucedani officinalis ope Vini albi pondere quintuplo parari proponit, tridua scilicet digestione, expressione, altera infusione et expressione, denique justa evaporatione.

EXTRACTUM PHELLANDRII AQUATICI. Wasserfenchelextract. *Extrait de Phellandre aquatique.*

Paretur sicut Extractum Angelicae (p. 385). In phthisi pulmonali laudatur.

EXTRACTUM PHLEGMAGOGUM Quercetani.

Ph. Wirt. Rec. Agarici trochiscati Unc. quatuor, Hermodactylorum, Rad. Turbethi, Fol. Sennae, Sem. Carthami āā Unc. tres, Rad. Esulae Unc. unam, Colocynth. Unc. semis, Macid., Salis Gemmae āā Drachm. unam, et semis. Paretur sicut Extr. panchymagogum, scilicet extractione aquosa et spirituosa altera, liquoribus miscendis, et, Spiritu elicito, evaporando ad extracti consistentiam.

EXTRACTUM PIMPINELLAE ALBAE. Bibernellextract. *Extrait de Pimprenelle.*

Paretur ex Radice Pimpinellae Saxifragae Linn. sicut Extr. Angelicae (p. 385).

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hamb., Slesv.-Hols., Palat., Polon. suam quaeque discrepantiam voce Extracti Angelicae expositam servaverunt.

EXTRACTUM PINI vid. Extractum Turionum pini.

EXTRACTUM PIPERIS NIGRI. Pfefferextract. *Extrait de Poivre noir.*

Paretur ex Semine Piperis nigri sicut Extractum Angelicae (p. 385), ope Spiritus Vini rect.

EXTRACTUM PLANTAGINIS. Wegerichextract. *Extrait de Plantain.*

Ph. Wirt., Sard. Fol. Plantaginis Libr. una, aquae communis Libr. sex maceratione atque coctione extrahatur. — Ph. Herbip. ex Herba recente contusa succus exprimatur atque rite evaporet.

EXTRACTUM PLUMBI vid. Acetum Saturni (p. 13).

EXTRACTUM PODOPHYLLI. Fußblattwurzelextract. *Extrait de Podophylle.*

Gray: Radicis Podophylli (I, p. 268) Libr. una, Spir. Vini rect. Libris quinque, et Aquae Libr. duodecim extrahatur, liquores colati, Spiritu elicito rite spissescant. *Vis:* purgans.

EXTRACTUM POLYGALAE AMARAE. Bitter-Kreuzblumenextract. *Extrait de Polygale amère.*

Ph. Hass., Herbip. sicut Extractum Absinthii (p. 381) paretur ex Herba cum Radice.

EXTRACTUM POLYGALAE VIRGINICAE vid. Extractum Senegae.

EXTRACTUM POMORUM FERRARIUM vid. Extractum Martis pomatum (p. 409) et liquidum vid. Tinctura Martis pomata.

EXTRACTUM PRUNI PADI, s. Corticis Pruni Padi. Traubenkirſchenrindeextract. *Extrait d'Ecorces de Cerisier à Grappes.*

Paretur infusione Aquae fervidae sicut Extr. Absinthii (p. 381) ex Cortice Pruni Padi.

† EXTRACTUM PULSATILLAE, s. Pulsatillae minoris, vel nigricantis, s. Pulsatillae aquosum. Wiesenküchenſchelleextract, Schwarzküchenſchelleextract. *Extrait d'Anémone.*

*a*) ex Herba Anemones pratensis, s. minoris, s. nigricantis. Schwarze oder kleine Küchenſchelle.

Paretur sicut Extractum Aconiti (p 382) nostrum. — Ph. Bor. ed. 5. et Saxon. ed. 2. suam methodum, voce Extracti Aconiti expositam, secutae sunt. — Ph. Hann., Hass., Ross. succum Herbae recentis contusae absque defaecatione inspissari volunt. — Ph. Austr. coctionibus iteratis Herbae recentis. — Disp. Brunsv., Fuld., Lipp. coctione Herbae siccae cum sextuplo pondere Aquae extrahi praecipiunt. — Ph. Herbip. Hb. Pulsatill. recent. Spir. Vini rect. aa Libr. unam, Aq. comm. Libr. octo.

β) ex Herba Anemones Pulsatillae. Große Küchenſchelle, Oſterblume.

Ph. Gall. (1837) sola hanc speciem pro Anemone pratensi recepit. Quatenus vires differant, haud satis compertum est. — Ph. Gall. tres Extracti formas, nimis prolixe, praecepit; scilicet Succum expressum in tepidario absque defaecatione exsiccatum; Extractum ex Herba sicca ope Aquae communis paratum sicut Extr. Absinthii ejusdem Codicis, denique Extractum spirituosum ex Herba sicca sicut Extractum Aconiti spirituosum ejusdem Codicis elicitum. (*Usus:* in cataracta, oculorum morbis variis, paralysi, cet.)

EXTRACTUM PURGANS Disp. Lipp. vid. Extractum Catholicum (p. 391).

EXTRACTUM PYROLAE UMBELLATAE Gray recepit. *Infusione Aquae fervidae paratur.*

## EXTRACTUM QUASSIAE. Quaſſiaextract. *Extrait de Quassia.*

*Synon.:* Extractum Ligni Quassiae.

Paretur sicut Extractum Cascarillae (p. 390), sub finem adde Spiritus Vini rectificatissimi parum, ut resinam aequabiliter distribuas.

*Vis:* tonica, roborans, stomachica.

Sit Extractum coloris fusci, crystallulis saepe immixtis, saporis pure amarissimi, solutione in Aqua turbida, affuso Liquore Ferri muriatici oxydati colorem non mutante, solubile.

*Usus:* in dyspepsia, anorexia, febribus intermittentibus, musculorum debilitate, hypochondria, cet.

Ph. Bor. ed. 5, Saxon. ed. 2. sicut Extr. Cascarillae suum. Ph. Amstel., Bor ed. 3, Dan., Hamb., Hann., Oldenb., Polon., Ross., etc. Lignum ter quaterve cum decuplo vel duodecuplo pondere Aquae coquendum, coctiones bene depuratas inspissandas, denique ad aequabilem mixtionem parum Spiritus Vini rectificatissimi addendum, docent. — Ph. Bavar. primum infusionem cum quinque Aquae fervidae partibus, dein coctionem cum quindecim partibus aquae institui, liquores commixtos inspissari vult. — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Absinthii suum. — Ph. Herb., Brunsv., Amer., Parm. nonnisi leviter discrepant, ita ut earum dissensum perstringere operae pretium non sit.

EXTRACTUM QUASSIAE SPIRITUOSUM s. alcoholicum. Weingeiſtiges Quaſſiaextract. *Extrait alcoolique de Quassia.*

Paretur, si requiritur, Spiritu Vini rectificato cum pari Volumine Aquae destillatae diluto, ad modum Extr. Angelicae. — Disp. Fuld. Lignum primum cum sex partibus Spir. Vini Gallici, residuum cum tribus partibus Aquae fervidae extrahi vult. Liquores, Spiritu elicito mixti, evaporent ad justam spissitudinem. — Disp. Lipp. Ligni Libr. unam et semis primum cum Spiritus Vini Libr. sex, tum cum Aquae fervidae Libr. novem extrahi jubet, cet. ut antea.

EXTRACTUM QUERCUS, s. Corticis Quercus, s. Quercus Roboris. Eichenrindenextract, Loheextract. *Extrait d'écorce de Chêne.*

Paretur coctionibus iteratis ex Cortice Quercus (Lohe) Roboris vel pedunculatae sicut Extractum Cascarillae (p. 390). — Ph. Dubl. cum octo partibus Aquae. — Ph. Bor. castr. cum duodecim Aquae partibus. Brugnatelli cum sex. — *Vis:* adstringens, tonica. *Usus* in haemorrhagiis.

## EXTRACTUM RATANHIAE. Ratanhiaextract. *Extrait de Ratanhia.*

*Synon.:* Extractum Ratanhae, s. Radicis Ratanhae, s. Krameriae triandrae.

Rec. Radicis Ratanhiae grossiuscule pulveratae Libram unam, coque per quadrantem horae cum Aquae communis Libris tribus et adhuc fervida cola cum forti expressione; has operationes ter quaterve repete, quamdiu liquores satis tincti prodeunt. Liquores expressos subsidentia depuratos primum igne aperto, tum balneo Aquae vel Calcariae muriaticae ad siccum redige. — *Vis:* valde adstringens.

Sit Extractum fragile, fracturae asphaltinae vitreae, aqua solutione



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0439-4

turbida solubile, saporis valde Styptici. Spiritu Vini prope ex toto dissolvitur. Infusum fervidum limpidum refrigeratione lactescit. In Extracti consistentia quoque a quibusdam Pharmacopoeis suadetur, sed tum minus ad Extracti venalis dosim accedit.

Ph. Hass., Hamb. iteratis coctionibus cum Aquae octo partibus parari praescribit. Ph. Bor. ed. 5. sicut Extr. Cascarillae suum. Ph. Hisp. repetitis infusionibus, Ph. Gall. (1837), et Van Mons Aqua frigida elixiviari volunt. Ph. Gall. (1818) Tincturam cum Spir. Vini rect. paratam inspissari proponit, Ph. Hass., Bor. ed. 5, Saxon. (1837) quoque Extractum Brasiliense venale siccum, si bonae notae est, in usum vocari concedunt.

Extractum Ratanhiae duobus praesertim constat materiis inter se diversis, altera aqua frigida solubili colore magis luteo-fusco, sapore adstringentissimo, altera aqua frigida insolubili, fervida solubili atque Spiritu Vini. Haec materia ad Apothema Extractorum accedit, in radice ipsa jam continetur, et assidua coctione creatur, quare in parando Extracto non nimia aquae vis est adhibenda. — Soubeiran, vir pro auctoritate sua spectatissimus, lixiviationem frigidam laudat, quia principium adstringens purius evadit. Extractum hoc modo paratum ex toto aqua frigida dissolvitur solutione limpida, contra coctum, venale et quod Spiritu paratum est, solutione perturbida. Extractum coctione paratum, si ad siccitatem redigitur, prope ad Extractum venale accedit pro specie et viribus.

## EXTRACTUM RHABARBARI. Rhabarberextract. *Extrait de Rhubarbe.*

*Synon.:* Extractum Rhei, s. Rhei aquosum, s. Radicis Rhei.

Rec. Radicis Rhei in taleolas minutas dissectae Libram unam, infunde aquae tepidae Libras quatuor; macerata per horas viginti quatuor, tum sacculo linteo inclusa preli ope leviter exprime. Residuo infunde aquae tepidae Libras tres, et macerata per horas duodecim iterum exprime. Liquores elicitos filtra per chartam, subinde renovandam, tum balneo Aquae ad Extracti consistentiam redige. — *Vis:* minori dosi tonica, majori laxans.

Sit Extractum coloris atro-fusci, odoris et saporis rhabarbarini insignis, Aqua frigida fere ex toto solutione limpida, lutea solubile.

*Usus:* idem fere ac Radicis pulveratae.

In parando Extracto Rhab. Codicem Gall. (1837) secuti sumus, illi anni 1818 maxime consimilem. — Ph. Bavar duas macerationes cum quintuplo Aquae frigidae pondere institui praecipit. — Van Mons quoque extractionem frigidam laudat. — Ph. Bor. ed. 5, Saxon. ed. 2 sicut Extractum Absinthii (p. 381) suum, infusione Aquae fervidae. — Ph. Brunsv., Ferr., Palat., Wirt. macerationem cum sex partibus Aquae frigidae, tum levem ebullitionem volunt. — Ph. Hass., Slesv.-Hols., primum Aquae fervidae partes sex, tum quatuor infundi suadent; Ph. Parm. partes duodecim; Ph. Hisp. sedecim; Amstel., Sard. sedecim tum octo; Ph Bor. ed. 3, Dan., Hann., Lipp., Oldenb. coctiones binas cum octuplo, tum cum quadruplo Aquae pondere volunt. — Ph. Suec. ternas vel quaternas ebullitiones cum triplo Aquae pondere. (In parando Extracto Rhabarbari haec potissimum animadvertenda. Maceratione frigida Radicis, atque infusione fervida liquores limpidi, coctione vero turbidi, refrigerio jam magis turbati obtinentur. Horum liquorum unusquisque lege artis in Extracti formam redactus atque denuo Aqua susceptus materiam resinosam intactam derelinquit, Aqua frigida non solubilem, Spiritu Vini facile solubilem. Haec materia fusca, odore et sapore rhabarbarino summopere praedita, Aqua ferventi partim dissolvitur; liquor fervidus colatus limpidus refrigerio turbatur. Iteratis coctionibus minores semper copiae solvuntur, ita ut (decompositione quadam) resina partibus in Aqua solubilibus ipsa solubilis esse videatur. Tali modo fieri potest, ut ipsa quidam frigida maceratione portiunculae quaedam hujus resinae in solutionem abeant, ceteris materiis quasi solubiles factae. Concentratione liquores limpidi decomponuntur in sedimentum resinae ditius, Aqua fervida, uti experti sumus, decomponendum. Radix Aqua frigida penitus exhausta denuo coctioni subjecta vel digestioni spirituosae magnam hujus resinae molem edit. Radice Rhabarbari Amylum non continetur, quare opinionem, hanc resinam principio tannico atque amylaceo conflatam esse, non statuendam censemus. Quum in partibus Aqua frigida solubilibus maxima virtus medica habitet, illam nostram parandi methodum ceteris anteferendam duximus. Qui vero coctione Radicem exhauriunt, liquores post refrigerium ut filtrent, videant. Quod si negligunt, majorem sane Extracti vim obtinebunt, sed farragine inerte nimis gravidam. Immiscendis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0440-5
DFG

materiis alcalinis, uti Sale Tartari, nil nisi color mutatur et major resinae ratio in solutionem abit. Praeterea vis alcalina illi Radicis additur.)

**EXTRACTUM RHEI COMPOSITUM.** Zuſammengeſetztes Rhabarberextract. *Extrait de Rhubarbe composé.*

Nonnulli Codices, Synonymorum nimis studiosi, nomine *Extracti catholici* atque *panchymagogi* hoc Extractum appellavere, quod quidem injuria factum esse elucet, quum hae mixtiones drastica Colocynthidum atque Scammonii indole ex antiquissimis inde temporibus praeditae fuere.

Rec. Extracti Rhabarbari Uncias tres, Extracti Aloës Unciam unam. Leni calore in Aquae destillatae sufficiente, sed quam minima, copia solutis admisce Saponis Jalappini Unciam unam in Spiritus Vini rectificati sufficiente quantitate solutam. Solutiones mixtas in balneo Aquae ad massae pilularis spissitudinem redige. *Vis:* laxans.

Sit color e nigrescente fuscus, solutionis aquosae turbidae fusco-flavus.

Hanc formulam recepere Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Hass., Oldenb., Saxon. ed. 2. Saponem Jalappinum omitti et Aloën pro Extracto Aloës (an lapsu typothetae?) sumi Ph. Polon. proponit. — Ph. Dan.: Extr. Rhabarb. Unc. duas, Extr. Aloës Drachm quinque, Sapon. Jalappini Unc unam. — Pidebit: Rec. Extr. Rhabarb. Unc. duas, Extr. Aloës Unc. semis, Extr. Hellebori Drachm. unam et Grana triginta sex, Resinae Jalappae Drachm. duas et Grana viginti quatuor.

**EXTRACTUM RHABARBARI SICCUM, s. Rhei siccum, s. Sal essentiale Rhei.** Trocknes Rhabarberextract. *Extrait de Rhubarbe sec.*

Ph. Gall. (1818): Rad. Rhabarbari cum sextuplo pondere Aquae frigidae maceratur, tum denuo cum quadruplo extrahitur. Liquores colati ad syrupi spissitudinem evaporent, tum in orbes planos faventinos diffusi, ita ut stratum linearum duarum crassitiem non superet, in balneo maris vel tepidario plane exsiccentur. Extractum siccefactum cultelli ope ab orbibus abraditur. Servandum in vase accuratissime ab aeris accessu libero. Extractum aquosum nostrum calore moderato exsiccatum eidem usui inservit. Extractum Rhabarbari aquosum, quam facile mucedinem contrahit; exsiccatur, ubi rarius adhibetur, eoque longius asservatur.

**EXTRACTUM RHABARBARI SPIRITUOSUM, s. Rhei alcoholicum.** Weingeiſtiges Rhabarberextract. *Extrait de Rhubarbe alcoolique.*

Ph. Polon. Rec. Rad. Rhabarb., Spir. Vini rect. āā Libr. duas (Saxon. 1820 Spiritus tres), Aquae comm. Libr. novem. Digestione per horas 12 peracta, liquores exprimuntur, Spiritus elicitur et residuum ad extracti spissitudinem consumitur. — Ph. Fuld. et Herbip. Rad. Rhabarbar., Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Aquae comm. Libr. octo. Ph. Lond. Rad. Rhabarb Libr. unam, Spir. Vini rect. Unc. sedecim, Aq. comm. Libr. novem. — Ph. Lusit. Rad. Rhabarb. Libr. unam, digere per quadriduum cum Spir. Vini rect. Libr. quatuor, residuum coque cum Aq. comm. Libr. decem ad duarum remanentiam (sic!). Spiritu l. a. elicito residuum ad extracti durioris spissitudinem evaporet.

EXTRACTUM RHOEADOS vid. Extractum Papaveris erratici (p. 415).

**† EXTRACTUM RHOIS, s. Rhois radicantis et Toxicodendri.** Sumachextract, Wurzelſumach- oder Giftſumachextract. *Extrait de Rhus radicans.*

Hoc extractum promiscue ex Foliis Rhois radicantis et Toxicodendri parari praecipitur, quum, quid inter ambas plantas pro virtutibus medicis intersit, experientia non satis compertum habemus.

Ph. Gall. (1837). Folia Rhois radicantis sive Toxicodendri in mortario lapideo contusa, Aquae pauxillo adsperso, sacculis linteis inclusa exprimantur. Succus expressus semel colatus in patinas latas tenuis strati effusus in *tepidario (vel tempestate opportuna in loco calido) penitus siccescat. Cultelli ope a patinis abraditur.* — Ph. Gall. (1818). Succum expressum balneo Aquae inspissari permittit; alterum quoque Extractum ex Foliis siccatis infusione Aquae fervidae parari concedit, quae quidem Extracta pro rei natura inter se multum discrepent necesse est. — Ph. Hann. (1819). Succum expressum absque defaecatione balneo Aquae inspissari docet. — Ph. Hass. faeculam primum despumatam sub finem admisceri Succo inspissato proponit. — Van Mons inter contusionem Aquae dimidium pondus addit. — Ph. Belg. Folia siccata cum quintuplo Aquae pondere coqui praecipit. — Ph. Saxon. ed. 2. sicut Extractum Absinthii binis infusionibus parari docet. (*Vis:* venenata, incitans. *Usus:* in herpete et paralysi. Quibus cum planta recente laborandum est, non nisi vultu bene personato atque manibus nanicis bene munitis ad opus accingantur oportet, ut et vapores venenosos atque succi dispersi contactum omnino evitent; gravissimi enim casus harum cautelarum neglectu afferri possunt. Vis summopere venenosa plantae in principio volatili habitat, paratione extracti plerumque dissipando, ita ut extractum quibusdam maxime venenosum, aliis innoxium putetur. Extractum cum Baryta muriatica junctum in herpete profuit.

**EXTRACTUM RORISMARINI.** Rosmarinextract.

Ph. Herbip. Summitates Rorismarini, Spir. Vini āā Libr. una, Aquae comm. Libr. octo bene digesta exprimantur, colentur et Spiritu elicito ad aptam consistentiam redigantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0441-0
DFG

EXTRACTUM RUBIAE TINCTORIAE AQUOSUM. Färberröthextract, Krappextract. *Extrait de Garance.*

Ph. Ferrar. Rad. Rubiae grossiuscule pulveratae Libr. una coctione cum Aq. comm. Libr. tribus bene extrahatur, et liquor rite inspissetur. — Taddei Aquae fervidae Libr. octo infundi suadet. Concinniore methodo paretur sicut Extr. Cascarillae (p. 390) nostrum.

EXTRACTUM RUBIAE TINCTORIAE SPIRITUOSUM.

Ph. Hann. (1819). Rad. Rubiae Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres, Aq. comm. Libr. novem. Radicem quoque Spiritu Vini rectificato mero extrahi alii praecipiunt. Spiritu destillatione abacto, liquores residui rite evaporent. — *Vis:* adstringens, ossa colore rubello tingens. In rhachitide laudabatur.

EXTRACTUM RUTAE, s. Rutae aquosum, s. Rutae graveolentis, s. Foliorum Rutae graveolentis. Rauteextract. *Extrait de Rue.*

Paretur ex Herba sicca Rutae graveolentis sicut Extractum Angelicae (p. 395) Ph. Gall. (1837) suam methodum voce Extr. Aconiti spirituosi (p. 384) expositam servavit. — Ph. Dubl., Edinb., Genev. coctionem cum octo Aquae partibus; Disp. Brunsv., Ph. Palat., Wirt. cum sex volunt. — Ph. Herbip. Hb. Rutae, Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Aq comm. Libr. octo. (*Vis:* tonica stomachica, emmenagoga. Externe quoque adhibetur in ulceribus mundificandis.

EXTRACTUM SABINAE, s. Sabinae aquosum, s. Foliorum Sabinae. Sadebaumextract, Sevenbaumextract. *Extrait de Sabine.*

Paretur sicut Extractum Absinthii (p. 381) infusione aquae fervidae. False nonnullae Pharmacopoeae coctionem longiorem proponunt. Ph. Palat., Wirt. cum sex, Dubl., Saxon. (1820) cum octo, Ferrar. cum tribus aquae partibus coqui volunt. — Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Aconiti spirituosum (p. 384) suum. — Ph. Herbip. Hb. Sabinae, Spir. Vini āā Libr. una, Aq. comm. Libr. octo. (*Vis:* emmenagoga, incitans. Indoles aetherea plantae praeparatione plerumque in auras abit.)

EXTRACTUM SALICIS, s. Salicis aquosum, s. Corticis Salicis. Weidenrindenextract. *Extrait d'écorces de Saule.*

Paretur ex Cortice Salicis sicco sicut Extractum Cascarillae nostrum (p. 390) teratis coctionibus cum triplo Aquae pondere. — Ph. Bor. ed. 5. quoque sicut Extr. Cascarillae suum. — Ph. Polon. cum Aquae partibus decem frigida maceratione extrahit. Ph. Bavar. coctionem cum duodecim, Hass. ter cum octo, Bor. ed. 3, Hann. (1819), Oldenb., Saxon. (1820) cum octo et postea cum quatuor, Ph. Hass. ter quaterve cum octo, Ruthen. castr. cum octo ad dimidium, Ph. Batav. cum decem partibus Aquae fervidae superfundi jubent. Ph. Gall. (1837) sicut Extr. Absinth. suum (p. 381). Ph. Austr. repetitas coctiones praecipit. Ph Amstel. primum cum viginti tum cum quindecim Aquae partibus decoqui vult. Disp. Fuld. primum Corticem cum Spir. Vini gallici pondere sextuplo, tum residuum cum triplo Aquae extrahi proponit.

EXTRACTUM SALVIAE, s. Herbae Salviae. Salbeiextract. *Extrait de Sauge.*

Ph. Austr. iteratis coctionibus parari vult. Infusio Aquae fervidae anteponenda.

EXTRACTUM SAMBUCI vid. Roob Sambuci. Ex floribus parari jubet methodo satis inepta Ph. Sard. Jure expungendum hoc Extractum, si vero requiritur, sicut Extr. Absinthii nostrum parandum.

EXTRACTUM SANTONICI vid. Extractum Seminis Cinae (p. 421).

EXTRACTUM SAPONARIAE, s. Radicis Saponariae. Seifenkrautwurzelextract. *Extrait de Racines de Saponaire.*

Rec. Radicis Saponariae siccatae quantum vis, contunde in pulverem grossiusculum et affunde Aquae tepidae pondus duplum. Macerata per duodecim horas fortissime exprime; denuo infunde aquae tepidae eandem fere copiam, iterumque bene macerata exprime. Liquores junctos colatos rite ad Extracti spissitudinem redige.

Ph. Austr., Gall. (1837), Hann., Saxon. ed. 2, Slesv.-Hols. sicut Extractum Absinthii suum. — Ph. Hass. decoctionibus ternis vel quaternis cum Aquae pondere octuplo; Disp. Lipp. cum quadruplo. Swediaur quoque permittit succum ex foliis recentibus contusis expressum rite inspissari, cui quidem Van Mons assentitur. Ex Foliis siccatis extractum quoque secundum methodum Cadetianam i. e. expressione herbae humectatae tantum cum commodo parari potest. (*Vis:* secretiones [pulmonis, hepatis, renum] promovens. *Usus:* in morbis atonicis respirationis organorum, abdomine debilitato.)

EXTRACTUM SARSAPARILLAE, s. Radicis Sarsaparillae, s. Smilacis asperae. Sarſaparillenextract. *Extrait de Salsepareille.*

Paretur ex Radice Sarsaparillae decoctionibus ternis vel quaternis cum triplo pondere aquae sicut Extractum Cascarillae (p. 390). — Ph. Bat., Hisp. aliquoties cum Aquae pondere decuplo decoqui proponunt. — Ph. Lond. Rad. Sarsapar. Libr. unam cum Aq. comm. Libr. decem ad dimi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0442-6
DFG

dium decoqui, colari et liquorem colatum rite inspissari jubet. — Ph. Wirt. coctionem cum sex Aquae partibus. Ph Sard. quoque. Ph. Gall. (1837) Spiritu Vini rectificato sicut Extr. Aconiti spirituosum suum parari docet (*Vis:* diuretica, diaphoretica; sicut Radicis ipsius vel decocti. Mala propinandi formula, quia remedium nativum pretiosum caloris atque aeris vi depravatur.)

EXTRACTUM SASSAFRAS vid. Extractum Ligni Sassafras (p. 408).

† EXTRACTUM SATURNI vid. Acetum Saturni (p. 13).

EXTRACTUM SCILLAE, s. Squillae, s. Radicis Squillae. Meerzwiebelextract. *Extrait de Scille.*

Rec. Rad. Scillae maritimae siccae Libr. unam, dissectae infunde Spiritus Vini rectificati Libr. quatuor, macera per quatuor dies et exprime fortiter; medullae remanenti denuo infunde Spir. Vini rect. Libr. duas, macera per duos dies iterumque fortissime exprime. Tincturas junctas, si opus erit, filtra, destillatione blanda Spiritum evoca et residuum ad Extracti densitatem redige.

*In hac formula* Ph. Gall. (1837) *secuti sumus pro concinnitate sua.* Ph. Bor. ed. 5, Saxon. ed. 2. sicut Extr. Absinthii (p. 381) suum. — Ph. Hann. Rad. Scillae Libr. una digeratur cum Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Libr. quinque. Liquores expressi, Spiritu rite elicito, ad massae pilularis densitatem redigantur. — Ph. Bav. Rec. Bulbor. Scillae (recent.) part. unam, contusos macera in Aquae partibus quatuor per viginti quatuor horas, et liquorem leviter expressum ad Extracti spissitudinem redige. — Ph. Austr., Belg. bulbos cum pauxillo Aquae contusos exprimi, succum absque defaecatione inspissari volunt. Ph. Parm. bulbos contusos tamdiu balneo aquae calefieri jubet, donec succus limpidus evadat. — Ph. Ferrar., Herbip. coctionem cum aqua laudant. — Ph. Hamb. sicut Extr. Angelicae. (*Vis:* minor atque Pulveris Radicis, usus idem.)

EXTRACTUM SCORDII, s. Herbae Scordii. Lachenknoblauchextract. *Extrait de Germandrée d'eau.*

Paretur ex Herba sicca Teucrii Scordii sicut Extractum Absinthii (p. 381) nostrum. Amarum, balsamicum.

EXTRACTUM SCORZONERAE. Schwarzwurzelextract. *Extrait de Scorzonère.*

Disp. Brunsv. Rad. Scorzonerae sicc. Libr. una maceretur in Aq. comm. Libr. sex per quatriduum, tum leniter ebulliant et exprimantur. Liquor expressus rite evaporet.

EXTRACTUM SCORZONERAE COMPOSITUM, Ducis Hetruriae dictum mixtio quisquiliarum inepta, leviter camphorata.

EXTRACTUM SEDATIVUM CITRATUM CNOEFFELII.

Rec. Opii Unc. duas, Succi Citri Libr. duas, Pulv. Cinnamomi, — Caryophyll. āā Unc. semis; digere, exprime, evapora. — EXTR. SEDATIVUM VIRILE. Rec. Extr. sedativi citrati Unc. duas et Drachm. duas, Magist. Corall., — Perlar. āā Gran. quindecim, Croci Drachm. duas, Ambrae Scrup. duos, Moschi Gran. quinque, Ol. Caryophyll., — Cinnamomi āā Gutt. quinque; fiat Extractum cum Spir. Vini dilutiore; idem MULIEBRE dictum Castorei Drachm. unam, Ol. Succini Gran. decem continet pro Moscho, Ambra et Oleis antecedentis.

EXTRACTUM SEMINIS CINAE AETHEREUM, s. Seminis Santonici aethereum, s. Extractum Seminis Cinae oleoso-resinosum. Aetherisches Zittwersamenextract. *Extrait éthéré de Semen Contra.*

Rec. Seminis Cinae recens contusi Uncias quatuor, in vitrum amplioris orificii immisso infunde Naphthae Vitrioli Libram unam. Bene obturata sepone per horas viginti quatuor interdum agitanda. Naphtham eminentem effunde (si opus fuerit, filtra quoque) in vas destillatorium praesens Residuo denuo infunde Naphthae Uncias octo, iterumque digesta, effunde et cola. Naphtham ex balneo aquae blandissima destillatione elici, et residuum in patina aperta ad Syrupi spissioris consistentiam redige. — *Vis:* anthelminthica praesentissima. *Usus:* in vermibus infantum, ascaridibus, cet. Sit coloris intense viridis, odoris gravis penetrantis Santonicini, saporis amaricantis frigiduli Aqua non dissolvitur, sed Spiritu Vini rectificatissimo atque Naphtha Vitrioli. — Ph. Hamb. cum quadruplo pondere Naphthae extrahi jubet. — Cum pauciore Naphthae copia quoque parari potest tali modo. Semen Cinae recenter contusum immitte in pyxidem stanneam cylindricam quae infusionibus aquosis parandis plerumque inservit. Infunde Naphtham Vitrioli ut Semen plane imbutum illa obtegatur. Sepone. Pyxidem stanneam in jugamentum ligneum quadratum (Schraubzwinge der Tischler) ingere, ita ut ope cochleae ligneae et ligni orbicularis Seminibus impositi Naphtham saturatam exprimas, Seminibus siccis in pyxide relictis. Naphtham inclinatione totius apparatus celeriter in lagenam suppositam effunde, placentam Seminum cultelli ope subleva, et denuo Naphtham infunde ut Semina immergantur. Liquores ternis extractionibus obtentos commisce, filtra, Naphtham destillatione elice, et residuum in Extracti oleosi formam in balneo redige.

EXTRACTUM SEMINIS CINAE AQUOSUM merito expungitur, quia virtutis peculiaris Seminis Cinae prope expers est.

EXTRACTUM SEMINIS CINAE SPIRITUOSUM. Weingeistiges Zittwer-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0443-2

ſamenextract. *Extrait alcoolique de Semen Contra.*

Rec. Seminis Cinae recens pulverati quantum vis, immitte in vas amplioris orificii vel cucurbitam, infunde Spiritus Vini rectificatissimi q. s. ut liquor pollicem usque emineat. Calefiant in balneo aquae usque ebullire coeperint, tum igne demto lente refrigescant. Frigefacta cola cum expressione. Has operationes adhuc bis repete, et liquores collectos per filtram trajice, Spiritum blanda destillatione evoca, et residuum in balneo aquae ad Syrupi spissioris molem evapora, tum adde Aquae destillatae volumen Extracti triplum vel quadruplum et pistilli ope resinam viridem mollem exagita donec aquam recens infusam nonnisi leviter tingat. — *Vis:* anthelminthica eximia. — *Usus:* in vermibus infantum, ascaridibus, taenia. Cum saccharo tritum plerumque propinatur. Resinam refert mollem, viridem, aqua insolubilem, odoris fortis, saporis amaricantis urentis. Extracti aetherei pretiosioris vicem optime implere potest.

## EXTRACTUM SENEGAE, s. Radicis Senegae, s. Polygalae virginicae. Senegawurzelextract. *Extrait de Racines de Polygala.*

Rec. Radicis Senegae grossiuscule pulveratae quantum vis, in cucurbitam immissae infunde Spir. Vini rect. quantum satis ut parum superemineat. Digere leni calore per dies aliquot, tum liquorem forti pressione elice; denuo infunde Spir. Vini eandem molem, iterumque digesta exprime. Tertium infunde Spir. Vini rect. et Aq. commun. ā̄ā par pondus q. s. ut pollices aliquot supereemineant; denuo digesta exprime; liquores commixtos filtra, destillationi blandae subjice et residuum evaporet ad extracti spissitudinem.

Ph. Bor. ed. 5. sicut Extr. Aconiti spirituosum suum. — Disp. Fuld. cum sextuplo pondere Spir. Vini gallici digeri proponit radicem, et residuum cum triplo Aquae pondere coqui proponit; liquores separati ad mellis spissitudinem redacti intime miscentur et denique ad extracti molem redigantur. — Ph. Hann. primum cum octuplo, tum quadruplo Aquae pondere coqui jubet. — Ph. Saxon. ed. 2. Radicem contusam ruditer et cum dimidio pondere Aquae humectatam in cylindro stanneo elixiviari docet secundum methodum Boullay-Robiquetianum; liquores limpidos rite inspissari. — Ph. Hass. binis vel ternis coctionibus cum Aquae pondere octuplo ad dimidii remanentiam parari vult. — Ph. Bor. 3, Hamb. et Saxon. (1820). Radicis Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres, Aq. comm. Libr. novem.

## EXTRACTUM SENNAE, s. Foliorum Sennae. Sennesblätterextract. *Extrait de Feuilles de Senne.*

Paretur Infusione aquae calidae (nec ferventis calidae) sicut Extractum Absinthii (p. 381) ex Foliis Sennae paullum concisis. Nonnisi post refrigerium colentur infusa, quia Aqua fervida, atque praesertim coctione principium resinosum dissolvitur, quod abdominis dolores ciet. Liquores evaporent lenissimo igne inter assiduam agitationem, ne caloris injuria omnem vim medicam perdant.—Ph. Sard, Wirt. macerationem cum sextuplo Aquae pondere loco calido proponunt.— Ph. Gall. (1837) lixiviationem (difficulter instituendam ob foliorum viscositatem) praecipit. Ita obtinetur Extractum Sennae frigide paratum vel Sal essentiale Sennae. — Ph. Herbip. Foliorum aequale pondus Spiritus Vini addit aquae — *Vis:* laxans. Infuso recens parato Foliorum omnino postponendum est hoc Extractum, quod inter parationem ob laborantis incuriam detrimentum facile capit.

## EXTRACTUM SILIQUAE DULCIS. Johannisbrodextract.

Ph. Hisp. Siliquis dulcibus infunde Aquae fervidae triplum per biduum vel triduum et coque ad mollitiem. Liquorem expressum, per subsidentiam defaecatum cola, et in Extracti spissitudinem redige.

EXTRACTUM SIMARUBAE. Simaruba-extract.

Paretur decoctione sicut Extractum Cascarillae (p. 390).

EXTRACTUM SMILACIS vid. Extractum Sarsaparillae (p. 420)

EXTRACTUM SOLUTIVUM Disp. Brunsv. Rec. Fol. Sennae, Rad. Rhabarb. ā̄ā Unc. tres, Cinnamom., Sem. Anisi ā̄ā Drachm. unam, Tartari tartarisati Drachm. unam et semis; in pulverem redacta bene extrahe digestione nocturna cum Aquae comm. Libr. una; liquorem colatum ad Extracti consistentiam redige.

## † EXTRACTUM STRAMONII. Stechapfelextract. *Extrait de Stramonium.*

*Synon.:* Extractum Daturae Stramonii, s. succus Stramonii inspissatus, s. concretus. Stachelnußextract. *Extrait de Stramoine.*

Paretur sicut Extractum Aconiti (p. 382) ex herba recente.

Succum Herbae recentis contusae expressum statim absque defaecatione inspissari (vel sub finem coctionis faeculam succo despumato readmisceri) volunt Ph. Amer., Brunsv., Dan., Ferrar., Fuld., Genev., Hann., Hass., Herb., Lipp., Ross., Slesv.-Hols. Wirtemb. —

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0444-8
DFG

Ph. Bor. ed. 5, sicut Extr. Aconiti (p. 383) suum. — Ph. Bat., Belg., Fenn., Suec. succum non defaecatum eo usque inspissari jubent, ut quarta sui ponderis pars pulveris Herbae Stramonii sicca sufficiat ad Extracti crassitudinem conciliandam. — Ph. Hass. (1806) succum exprimi, residuum cum Aqua coqui et liquores mixtos rite inspissari vult. — Ph. Gall. (1837) quatuor (1818 nullam) Extracti Stramonii formas admittit; primam Succum non defaecatum in patinis planis faventinis expansum tepidarii calore exsiccatum; alteram Succum coctione clarefactum inspissatum; tertiam Extractum aquosum ex Herba sicca sicut Extr. Absinthii, denique Extr. spirituosum ex Herba sicca sicut Extr. Aconiti spirituosum ejusdem Codicis (p. 384) paratum. (*Vis:* narcotica, intoxicans, anodyna, soporifera.)

† EXTRACTUM STRAMONII E SEMINIBUS. Stechapfelſamenextract. *Extrait de Semences de Stramonium.*

Rec. Seminis Stramonii quantum vis, optime contunde et per cribrum trajice. In vitrum aptum vel cucurbitam immisso infunde Spir. Vini rectificati pondus duplum, digere per diem leni calore et cola cum forti expressione. Has digestiones et expressiones adhuc bis repete, Spiritum ex tincturis blanda destillatione elice et residuum in balneo aquae ad Extracti consistentiam redige, Extractum obtentum aquae destillatae quadruplo pondere solve et solutionem, materia resinosa rejecta, denuo ad Extracti spissitudinem cautissime redige. — Ph. Hann. sicut Extr. Hyoscyami e Seminibus suum (p. 404). — Ph. Lond. Semina primum in decupla Aquae vi leni calore primum macerari, tum exemta contundi, contusa in liquorem rejecta decoqui, decoctionem calentem colari et ad idoneam spissitudinem consumi vult. (*Vis:* narcotica, sicut Extr. antecedentis, sed validior.)

EXTRACTUM TABACI vid. Extractum Nicotianae (p. 412).

EXTRACTUM TANACETI, s. Tanaceti aquosum. Rainfarrnextract. *Extrait de Tanaisie.*

Paretur ex Herba sicca Tanaceti vulgaris sicut Extractum Absinthii (p. 381). — Ph. Brunsv., Fuld., Hass., Lipp., Sax., Slesv.-Hols., Wirt. sicut Extr. Absinthii cujusvis. Ph. Herbip. Hb. Tanacet., Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Aq. Libr. octo. (*Vis:* anthelminthica.)

## EXTRACTUM TARAXACI. Löwenzahnextract. *Extrait de Pissenlit.*

*Synon.:* Extractum Leontodontis Taraxaci.

Paretur ex Herba sicca cum Radicibus Leontodontis Taraxaci sicut Extractum Absinthii (p. 381). *Vis:* resolvens, tonica, alvum leviter laxans, diuretica.

Omnes fere Codices hoc Extractum pro viritutibus suis recepere, quorum dissensus idem est atque in Extracto Absinthii. — Ph. Gall. (1837) Succum expressum Herbae contusae bene defaecatum ad Extracti consistentiam consumi docet.

EXTRACTUM TARAXACI LIQUIDUM, s. Inspissamentum Taraxaci, Mellago Taraxaci. Löwenzahndickſaft.

Paretur sicut Extractum Graminis liquidum (p. 402) ab iisdem quoque Codicibus receptum est. Extractum Taraxaci, quum paratur, et ad Mellaginis densitatem reductum iidem usui inservit. Ex tempore quoque parari licet ex Extracti Partibus tribus et Aquae una. (*Vis:* sicut Extracti.)

EXTRACTUM TAXI BACCATAE.

Ph. Hamb. (1835) ex foliis Taxi cum Aqua contusis succum exprimi, defaecari, inspissari, sub finem evaporationis faeculam readmisceri vult.

EXTRACTUM THEAE ex China afferri dicitur.

EXTRACTUM THEBAICUM etc. vid. Extr. Opii.

EXTRACTUM THEBAICUM AMMONIACALE vid. Elixir e Succo Liquiritiae (p. 302).

EXTRACTUM TORMENTILLAE, s. Radicis Tormentillae. Tormentillwurzelextract, Blutkrautextract.

Paretur sicut Extractum Absinthii (p. 381) ex Radice Tormentillae erectae. — Ph. Austr. plures coctiones laudat. — Ph. Bav., Hamb., Lipp. binas coctiones cum octo, tum quatuor Aquae partibus. — Ph. Pal., Brunsv., Wirt. Aquae partes sex. Ph. Bat. Aquae partes decem, tum octo, duabus coctionibus. Ph. Amstel. Aquae partes viginti, tum quindecim. Ph. Hisp., Parm., Sard., Ruthena castr. quoque receperunt. (*Vis:* adstringens.)

## EXTRACTUM TRIFOLII FIBRINI. Fieberkleeextract. *Extrait de Trèfle d'eau.*

*Synon.:* Extractum Trifolii aquatici, s. Menyanthis trifoliatae, Succus concretus Trifolii. Bitterkleeextract.

Paretur ex Herba sicca Trifolii fibrini sicut Extractum Absinthii (p. 381). — *Vis:* tonica, stomachica, roborans, emmenagoga.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0445-4
DFG

**Sit Extractum fuſcum aequabile, odoris grati balſamici, ſaporis amari.** *Uſus:* in dyſpepſia, arthritide, febri intermittente.

Codicum diſcrepantia eadem fere atque in Extracto Abſinthii, cujus expoſitionem accuratius referre operae pretium non eſt. Ph. Gall. (1818 et 1837) Succum Herbae recentis expreſſum (1837 ebullitione clarificatum) inſpiſſari volunt.

## EXTRACTUM TRIFOLII FIBRINI LIQUIDUM, s. Trifolii liquidum, s. Mellago Trifolii. Fieberkleedickſaft.

Ph. Hann. ex Herba recenti Trifolii fibrini parari proponit ſicut Extr. Graminis liquidum, inſperſo inter contuſionem dimidio pondere Aquae.

### EXTRACTUM TROCHISCORUM ALHANDAL.

Diſp. Brand. ex Trochiſcis Alhandal in pulverem redactis Aqua communi et Spir. Vini tartariſati dimidia parte Aquae extrahi, liquores filtratos ad extracti ſpiſſitudinem redigi vult. (Merito exolevit.)

## EXTRACTUM TRITICI REPENTIS vid. Extractum Graminis (p. 401).

### EXTRACTUM TURIONUM PINI, s. Pini. Tannenſproſſenertract. *Extrait de bourgeons de Sapin.*

Diſp. Lipp. Rec. Turionum Pini Libr. unam, et ſemis, l. a. extrahe Spir. Vini rect. Libr. ſex; reſiduo infunde Aq. fervidae Libr. novem; Spiritu elicito colaturas miſce et ad juſtam ſpiſſitudinem redige. — Diſp. Fuld. Turionum Pini Libr. unam primum Spir. Vini rect Libr. ſex extrahe, tum reſiduum Aquae fervidae infuſis Libr. tribus, etc. — Ph. Roſs., Suec., Palat., Wirt. Turionum Libr. unam coctione cum ſex Aquae partibus extrahi proponunt. Infuſio Aquae fervidae ſicut in Extr. Abſinthii certe anteponenda.

### EXTRACTUM TURPETHI, s. Radicis Turpethi. Turpethwurzelertract.

Ph. Wirt. Rec. Rad. Turpethi Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. quinque ad ſex, extrahe digeſtione, cola cum expreſſione, reſiduo infunde Aq. fervidae Libr. tres, decoctum Albuminis ope clarifica, liquores commiſce, Spiritum deſtillatione elice, et reſiduum ad extr. conſiſtentiam redige. (*Vis:* draſtica. Exolevit.)

### EXTRACTUM ULMI, s. corticis Ulmi. Rüſterertract. *Extrait d'Orme.*

Ph. Auſtr. 1820 (1834 omiſit) ex cortice Ulmi interiore pluribus coctionibus et evaporatione parari jubet.

### EXTRACTUM URTICAE, s. Urticae dioicae, Inſpiſſamentum Urticarum Ph. Hisp. Brenneſſelertract. *Extrait d'Ortie.*

Ph. Gall. (1837) Succum Urticae dioicae recentis Foliorum et ſtipitum contuſorum expreſſum et ebullitione clarificatum inſpiſſari vult. — Ph. Hiſp. ſola ſubſidentia, nec ebullitione, ſuccum antea depurari jubet.

### EXTRACTUM UTERINUM Poterii.

Rec. Extr. Hellebori nigri Unc. unam, Scammonii repurgati Drachm. tres, Aloës Unc. unam et ſemis, Croci Martis Drachm. ſex et ſemis, Lapid. Haematit. Drachm unam, Olei Succini Scrup. unum, — Macid. Scrup. ſemis, miſce omnia, pauco Melle roſato addito, in Extracti formam.

### EXTRACTUM UVAE URSI. Bärentraubenblätterertract. *Extrait de Raisin d'Ours.*

Ph Lond. (1836) Rec. Hb. Uvae Urſi Libr. duas et ſemis, infunde Aq. (deſtill.) fervidae Libr. viginti unam; digere per diem, coque ad Libr. decem, cola adhuc fervida et inſpiſſa ad juſtam Extracti molem. Melius parari licet ſicut Extr. Abſinthii noſtrum. Ph. Hamb. ſicut Extr. Abſinthii (*p. 381*) noſtrum.

## EXTRACTUM VALERIANAE COCTUM, s. aquoſum. Wäßriges, oder heißbereitetes Baldrianertract. *Extrait de Valeriane*

Rec. Radicis Valerianae mundatae et parum comminutae Libram unam infunde Aquae communis Libras duas Igni impoſita ſenſim calefiant ad ebullitionem lenem, quam per minuta aliquot (tres ad quatuor) protende. Operculo impoſito et igne demto lente omnia refrigeſcant, frigefacta colentur cum expreſſione, quae operationes ſemel adhuc repetendae; liquores colatione et decanthatione depurati leniſſimo igni impoſiti et continue agitati ad Extracti denſitatem redigantur. — Ph. Suec. omnino congruit. Ph. Auſtr. plures coctiones vult. Diſp. Brunſv. primum digeſtionem per quatuor dies, tum coctionem cum ſex Aquae partibus proponit. Ph. Dubl. eandem methodum ſequitur. Ph. Parm., Ferr. infuſionem Aquae fervidae Libr. ſex vel octo admittunt. Ph. Bat, Hiſp. binis coctionibus cum decem et octo Aquae partibus, Ph. Amſtel. cum viginti, tum quindecim. (*Vis:* excitans, antiſpasmodica. In parando Extracto Valerianae ſumma opera niti decet, ut quam minimam aquae vim ſufficientem adhibeas, ne evaporatione longiore indoles aetherea atque antiſpasmodica in auras abigatur. Binas ergo extractiones inſtituendas, et partis extracti exiguae jacturam corruptelae totius anteponendam putavimus. Lenem coctionem i. e. ebullitionem infuſioni fervidae quoque antetulimus, quum experientia compertum eſt, odorem fragrantem balſamicum leni coctione validius excitari quam aqua tantum calida infuſa.)

## EXTRACTUM VALERIANAE FRIGIDE PARATUM. Kaltbereitetes Baldrianertract. *Extrait de Valeriane à froid.*

Rec. Radicis Valerianae in pulverem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0446-9

grossiusculum contusae Libram unam, Aquae destillatae q. s. ut pollicem usque emineat. Stent per horas quadraginta octo, saepius agitata, et liquor exprimatur. Haec operatio bis terve repetatur. Liquores expressi et colati in balneo vaporis ad mellaginis consistentiam leniter evaporent. Massam frigefactam dilue Aquae destillatae ea quantitate ut filtrari possit. Post filtrationem per chartam bibulam liquor iterum in balneo vaporis ad mellaginis consistentiam inspissetur et operatio repetatur, donec Extractum solutione limpida solvatur. Serva in vasis vitreis bene obturatis.

Hanc praeparationem ad fidem verborum ex Ph. Bor. ed. 5. desumtam, pluribusque Codicibus spectatis receptam, omnino damnandam esse censemus. Quoad odorem atque indolem aetheream permultum ab Extracto rite per coctionem parato superatur. Ex Radicibus Valerianae Aqua frigida exhaustis magnam Olei aetherei Valerianae vim destillatione elici experientia compertum habes. Ergo in parando Extracto Valerianae illud principium aethereum antispasmodicum e radicibus evocandum, nec tamen, uti plerumque accidit, diuturna ebullitione abigendum est. — Ph. Saxon. ed. 2. Radicem Aquae frigidae quadruplo pondere extrahi proponit. — Ph. Slesv.-Hols. Radicis Libr. unam primum sextuplo, tum quadruplo pondere Aquae frigidae extrahi et liquores ad Unciarum novem remanentiam evaporatione reductos atque frigefactos filtrari, tum ad Extracti normalem consistentiam inspissari bene praecipit. — Ph. Hann. Radicis Libr. unam primum Aquae comm. frigid. Libr. duodecim, tum sex extrahi, liquores ad mellaginis consistentiam redigi, denuo solvi ut filtrari possint, tum iterum in balneo vaporis ad Extracti consistentiam inspissari jubet. — Ph. Gall. (1818) bis cum quadruplo Aquae pondere, Ph. Bav. cum sextuplo proponit extrahi. Disp. Fuld. Radicem in manica Hippocratis Aqua frigida superfusa exhauriri vult. (*Vis:* eadem atque praecedentis sed debilior. Sit Extractum fuscorufum, splendens, consistentiae aequabilis, ab illa cocti recedentis, saporis dulciusculi aromatici, solutione aqua subturbida solubile. — Ph. Saxon. atque Boruss. solutionem limpidam postulant.)

## EXTRACTUM VALERIANAE SPIRITUOSUM. Weingeiſtiges Baldrianextract. *Extrait de Valeriane alcoolique.*

Rec. Radicis Valerianae grossiuscule pulveratae Libram unam, in cucurbita infunde Spiritus Vini rectificati Libras duas, digere per horas viginti quatuor tum ex sacculo linteo celeriter cola cum forti expressione. Residuo iterum infunde Spiritus Vini rectificati Libras duas et iterum digesta fortiter exprime. Liquores collectos filtra, ex cucurbita vitrea blanda destillatione Spiritum elice, et residuum balneo aquae inter continuam (!) agitationem et ebullitione omnino evitata ad justam Extracti consistentiam redige. *Vis:* antispasmodica.

Ph. Gall. (1837) prope ad hanc methodum accedit, uti voce Extracti Aconiti spirituosi (p. 384) exhibitum est. — Ph. Bat., Hass. Radicis Valerianae Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres (Ph. Polon. duas cet. par.), Aq. comm. Libr. novem. — Ph. Dan. Rad. Valer. Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas, Aq. comm. Libr. quatuor; digesta in balneo Aquae exprime, Spiritum e balneo Aquae elice, et residuum ad Extracti consistentiam evapora. — Disp. Lipp. ex residuo expresso Aquae destillatae Valerianae cum triplo pondere Spirtus Vini rect. parari male praecipit. — Ph. Herbip. Radicem primum Spir. Vini rect. digerendam, tum cum Aquae comm. s. q. coquendam extrahi vult. (Extractum Valerianae spirituosum duabus formulis antecedentibus, quas exhibuimus, magnopere anteponendum pro virtutibus suis illas Radicis intactae aequiparantibus. Est odoris atque saporis fortis Valerianae, Aqua solutione turbida subflava dissolvitur, quod vitio minime vertatur.)

### EXTRACTUM VERBASCI, s. Florum Verbasci. Wollblumenextract.

Ph. Herbip. Flores Verbasci bis cum suffic. quant. Spir. Vini rect. extrahi, Spiritum destillatione abigi, residuum rite inspissari proponit.

### EXTRACTUM VERBENAE, s. Verbenae trifoliatae.

Ex Taddei praeceptis paretur ex Succo expresso Hb. Verbenae trifoliatae (Foliorum Aloysiae).

### EXTRACTUM VERONICAE, s. Veronicae officinalis. Ehrenpreisextract. *Extrait de Véronique.*

Ph. Wirt., Brunsv. Rec. Hb. Veronicae Libr. unam macera per dies quatuor loco calido cum Aq. comm. Libr. sex, tum coque parumper, cola et liquores rite ad extracti consistentiam consume. — Ph. Sard. Aquam inter coctionem in vesica obtentam denique admisceri jubet. — Taddei ex succo expresso fieri vult.

### EXTRACTUM VINCETOXICI. Schwalbenwurzelextract.

Ph. Wirt. Radicis Vincetoxici Libr. unam



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0447-5 DFG

primum Spir. Vini rect. Libr. quinque vel sex, tum Aquae fervidae Libr. tribus extrahi, ex liquoribus commixtis Spiritum elici, et reliquum rite evaporari praecipit. — Disp. Brunsv. digestionem cum Aq. comm. partibus sex et levem coctionem docet. — Ph. Sard. bis cum Vini albi generosi partibus quinque ad sex extrahi vult liquores inspissandos.

EXTRACTUM VIOLAE TRICOLORIS vid. Extractum Jaceae (p. 405).

EXTRACTUM VIRGAUREAE. Goldruthe-extract.

Ph. Herbip. coctione cum Aquae comm. s. q. ex Herba Solidaginis Virgaureae parari instituit.

EXTRACTUM VISCI ALBI, s. Visci querni aquosum.

Ph. Ferrar. Stipit. Visci querni Libr. unam, coque cum Aq. comm. Libr. tribus, Colaturam albumine ovi clarificatam evapora.

EXTRACTUM VISCI ALBI VINOSUM.

Ph. Sard. bis cum quintuplo sive sextuplo pondere Vini albi generosi extractiones factas ad extracti spissitudinem inspissari vult.

EXTRACTUM VITIS PAMPINORUM. Weinrankenextract.

Ph. Bor. ed. 5. sicut Extractum Aconiti Herbae recentis (p. 383) suum parari jubet ex Pampinis recentibus Vitis viniferae. Sit coloris viridis, solutione in aqua viridi, turbida, saporis acidi *adstringentis*.

EXTRACTUM ZEDOARIAE. Zitt-werextract. *Extrait de Zédoaire.*

Paretur ex Radice Zedoariae grossiuscule contusa sicut Extractum Angelicae (p. 385). Ph. Brunsv., Palat., Wirt. Radicem cum quintuplo vel sextuplo Spiritus Vini rect. pondere digestam exprime; expressam coque cum Aq. comm. pondere triplo, decoctionem albuminis ope clarifica, liquores, mixtos Spiritu blanda destillatione elicito, rite inspissa. Ph. Sard. cum Vini albi generosi pondere quintuplo vel sextuplo parari vult. — Taddei infusione Aquae fervidae octuplo pondere.

FAECULA, Satzmehl, *Fécule*, sedimentum dicitur album, nitidum, granulosum, ex succo expresso atque e loto plantarum nonnullarum inter quietem depositum. Continetur radicibus permultis bulbosis, stipitibus Palmarum, seminibus graminum. Faecula plerumque amylacea (Amylum, Stärkemehl, *Amidon*) dicta ex diversis plantis obtenta parum diversa gaudet indole, et microscopio et arte chemica dignoscenda, attamen ut ejusdem generis materia esse videatur. Est pulvis albus, digitis pressus stridorem edens, odoris atque saporis expers, aqua gravior, texturae sphaericae concentricae novissimis temporibus summo cum studio exploratae. Aqua frigida vel Spiritu Vini non mutatur, aqua fervida in pultem gelatinosam (Kleister, *empois*) opalescentem pellucidam, siccando glutinescentem dissolvitur, leni calore torrefactum in materiam gummosam, aqua frigida solubilem vertitur. Cum acido sulphurico dilutiore per longius tempus coctum in saccharum grumosum (Traubenzucker) convertitur, uti etiam principio proprio germinatione seminum cerealium prolecto, *diastasi* quibusdam appellato. Amyli autem res chemicae summis adhuc tenebris opprimuntur. Amylum coctione solutum fermentatione lege artis instituta in Spiritum Vini convertitur, aëris contactui longe expositum acescit et in acidum lacticum commutatur.

Iodi ope Amylum facillime indagatur, cum quo vestigia minima quoque colorem coeruleum generant.

Faecula simili plerumque modo ex diversis plantis obtinetur. Radices recentes radulae ope in pultem aequabilem redactae, Semina aqua frigida imbuta atque turgida, sacculis linteis inclusa, aquae frigidae immersa assidue contorquentur atque contunduntur, ut faecula per telam abripiatur. Pultes radicum quoque in cribro setaceo aquae prosilientis radio expositae, manibus assidue tractatae supponuntur. Liquor turbidus profluens denuo per cribrum trajectus seponitur ut faecula fundum petat. Liquore imminente rejecto, faecula aliquoties aqua pura lavatur, denique aeris contactu in umbra siccatur, *caloris adminiculo evitato.*

FAECULA AMYLACEA vid. Amylum (I, p. 6).

FAECULA ARI, s. Ari maculati. Aarons-wurzelkraftmehl. *Fécule d'Aron.*

Rec. Radicum Ari succulentarum a sordibus et externa pellicula liberatarum q. v., radulae vel scobinae ferreae ope in pultem tenuem abrade, quam, addita dimidia parte aquae communis, in sacculis linteis inclusam sub prelo exprime. Residuum aliquoties cum aqua in pultem tenuem redactum iterum exprimatur, liquores turbidi obtenti per cribrum setaceum trajiciantur, et vasis figulinis suscepti stent sepositi, donec faecula fundum petierit, quam aliquoties aqua pura lavatam in umbra exsicca; bene siccam in pulverem redige, quem in vasis optime clausis serva. (*Usus:* Faecula Ari exolevit. Faecula amylacea, in commercio optimae notae prostans, substituitur.)

FAECULA ARISTOLOCHIAE. Osterluzei-kraftmehl. *Fécule d'Aristoloche.*

Paratur ex Radicibus Aristolochiae rotundae et longae sicut Faecula Ari.

FAECULA ARROW-ROOT vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA BELLADONNAE.

Van Mons: Rec. Foliorum recentium Belladonnae q. v., contunde pistilli lignei ope in mortario lapideo et exprime succum; residuum denuo cum Aquae pauxillo contusum iterum exprime; liquores mixtos sepone, decantha, et igni impositos calefac, donec faecula al-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0448-1

buminosa concrescat, quam in colatorio susceptam atque elotam blando calore sicca et in pulverem redige. (Est haec faecula non amylacea sed albuminosa, virtutis medicae expers, e re medica expungenda. Nisi bene siccata est corruptelam subit et putredinem.)

FAECULA BRYONIAE. Zaunrübenſatzmehl. *Fécule de Bryone.*

Paretur ex Radice recente Bryoniae albae sicut Faecula Ari, quam vide.

FAECULA CICUTAE.

Ex Van Monsii praecepto praeparetur sicut Faecula Belladonnae.

FAECULA CUCUMERIS AGRESTIS.

Ph. Genev., Van Mons: Fructus viridis Momordicae Elaterii seminibus exemtis in mortario contundantur cum Aquae pauxillo, succus decanthatione depuratus calefiat, donec faecula concreverit, quam bene lotam et blando calore siccatam serva.

FAECULA HIPPOCASTANI, s. Seminum Hippocastani. Roßkaſtanienſatzmehl. *Fécule de Marron d'Inde.*

Fructus Hippocastani, cortice exteriore demto, scobis ferreae ope abrade, quod quidem operosum est, et rasuram sicut Radicem Ari in Faecula Ari tracta. — Ph. Gall. (1818) exhibuit.

FAECULA HYOSCYAMI.

Sicut Faeculam Belladonnae ex Herba Hyoscyami parari jussit Van Monsius.

FAECULA IREOS, s. Iridis.

Ph. Gall. (1818) et Genev. sicut Faeculam Ari parari proponunt.

FAECULA MARANTAE vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA PAEONIAE. Gichtroſenſatzmehl. *Fécule de Pivoine.*

Ph. Wirt. sicut Faeculam Ari parari vult

FAECULA SAGITTARIAE vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA STRAMONII.

Sicut Faecula Belladonnae ex Hb. Stramonii.

FALTRANK vid. Thea helvetica.

FARINA AMYGDALARUM. Mandelmehl, Mandelkleien.

Rec. Placent. Amygdal. dulc., Farin. Secalis āā Libr. tres, Pulv. Rad. Ireos Unc. sex, Ol. Lavend., — de Cedro āā Drachm. unam. Usus ad manus lavandas.

FARINAE EMOLLIENTES. Erweichende Mehlſpecies. *Farines emollientes.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Farinae Sem. Lini, — Secalis, — Hordei āā par pondus. — Spielmannus: Farin. Sem. Lini et Foenugraeci par pondus misceri suadet. (Cf. Species emollientes.)

FARINA HORDEI AMYGDALATA.

Taddei: Amygdal. dulc. excort. Unc. quatuor, contunde cum pauxillo Farinae Hordei tum adde Farinae Hordei ad pondus Libr. trium, et Sacchari albi Libr. unam. In olla fictili, cum farina frumenti lutata, in furno calefiat, donec lutum sit bene coctum.

## FARINA HORDEI PRAEPARATA, Amylum Hordei Ph. Bavar., Hordeum praeparatum Ph. Saxon. Zubereitetes Gerſtenmehl.

Ex Hufelandi praecepto praeparetur sec. Ph. Bavar., Boruss., Hamb., Saxon., Slesv.-Hols. Rec. Farinae Hordei Libr. duas, immitte in saccum linteum ita colligandum, ut non omnino repleatur, sed spatium quatuor fere pollicum vacuum remaneat inter farinam et ligaturam. Saccus tunc in aheno cupreo, stanno obducto, aqua repleto ita suspendatur, ut undequoque satis distet ab aheni parietibus; coquatur aqua per horas duodecim ad quatuordecim (Hamb. hor. 24) donec farina in globulum solidum transierit. Massae globosae, e sacco in patinam excussae, stratum exterius seu corticem glutinosum accurate cultri ope separa, farinam vero aqua non tactam modico calore sicca, contere, et serva in vase fictili. — Praeparandi methodus satis inepta, quae plerumque totius farinae jacturam secum fert, quia omnino ab aqua irrigatur. Non enim ea pars, quae salva prodit, eo melior atque efficacior fit, quo majorem farinae jacturam feceris. Igitur praestat sacculum omnino replere atque vinculis ita perstringere, ut farina moveri nequeat, ideoque citius cutem aquae imperviam assumat. Farina quoque indolem gummosam digestione facile induit, quando in vase bene clauso calori balnei vaporis per longum tempus exponitur. Sit pulvis farinosus, albus, vix luteorubens, odoris panis recens cocti hordeacei, saporis farinosi subdulcis valde mucilaginosi. *Usus:* pro alimento levi adhibetur in phthisi, atrophia, macritudine ablactantium. Cum lacte vaccino et saccharo conditum propinatur.

FARINAE RESOLVENTES. Auflöſende Mehlſpecies. *Farines resolutives.*

Ph. Gall. Rec. Farinae Foenugraeci, — Fabarum, — Orobi, — Lupini āā par pondus. M. Spielmannus: Rec. Farinae Secalis, — Tritici, — Hordei, — Fabarum āā par pondus. M.

FEBRIFUGUM Cranii est Regulus Antimonii medicinalis inconcinna paratus methodo; fusione Antimonii crudi Unc. quinque, cum Salis culinaris Unc. quatuor et Salis Tartari Unc. una. In cono fusorio metallum a scoriis separatum est.

FEBRIFUGUM SALSUM vid. Decoctum febrifugum salsum (p. 231).

## FEL TAURI INSPISSATUM. Eingedickte Ochſengalle. *Fiel de boeuf epaissi.*

*Synon.:* Fel bovinum inspissatum, Extractum Bilis s. Fellis. *Bile inspissée, Bile de boeuf epaissie.*

Rec. Fellis taurini recentis (si

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0449-9
DFG